N
i
79

CONFINED

Digitized by Google

303318739.

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,
G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM
PARATA.

PARS XX.

CANTACUZENUS.

VOLUMEN II.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXI.

Digitized by Google

HAVERFIELD LIBRARY
OF ANCIENT HISTORY
OXFORD

JUL 1954

Digitized by Google

IOANNIS CANTACUZENI EXIMPERATORIS HISTORIARUM LIBRI IV.

GRAECE ET LATINE.

CURA

LUDOVICI SCHOPENI.

VOLUMEN II.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXI.

Digitized by Google

PRAEMONITUM.

Cum iam in eo sim, ut, quid in hoc altero Cantacuzeni volumine praestitum sit, exponam, facere *non* possum, quin acerbissimam casus illius memoriam renovem, qui necopinato nuper boni cuiusque animum perculit et afflixit. Cuius enim consilio auspiciique felicitate haec ipsa Byzantinorum scriptorum collectio et condita est et in laetam spem accrevit, eum subita atque immatura morte ereptum nobis esse, quis est, quem nunc demum edoceri oporteat? Quippe Niebuhrius ea erat nominis gloria, immortalibus in rem litterariam meritis parta, ut et vivus, si quis alius, inter humanitatis decora splendidissima celebraretur, et, ubi vita decessit, longe lateque triste sui desiderium diffunderet communisque iacturae sensum excitaret. Et vero nuntius iste eo gravius omnium animos affecit, quod in magna et multiplici calamitate, quam, tot viris praeclaris summaque doctrinae laude conspicuis, nescio qua fati iniquitate, intra hoc breve temporis spatium ex-

Digitized by Google

tinctis, litterae nostrae acceperant, is unus cum paucis superesse videbatur, qui rem afflictam sustineret, in quem ceteri velut in exemplum severioris ac prorsus antiquae eruditionis intuerentur, in quo, quaecunque sive ad amplitudinem litterarum, sive ad arcendam fortiterque repellendam superstitionem et barbariem facerent, summa inesse omnia constaret. O spem inanem fragilemque humanae magnitudinis conditionem! Hunc talem virum, in quo tanta esset ingenii vis ac pulchritudo, tantus in omnibus, quae proderet, generosae et excelsae mentis vigor, tanta amplitudo doctrinae, integritas animi et candor, morum denique suavitas, qua omnium voluntates alliceret et in maiorem sui admirationem raperet, hunc, inquam, eodem mox fato oppressum esse, et, cum ne summa quidem senectute decessurus sine bonorum querimonia fuisset, oppressum esse in ipso integrae aetatis cursu, florentem adhuc viribus deque litteris praeclare merendi studio occupatum felicissimo. Quanquam quid ego mortem queror immaturam? in qua quidquid acerbitatis et iacturae inest, non ad Niebuhrium, sed ad nos pertinet, quibus eo non amplius frui licet. Ille satis, dum viveret, nominis existimationi consuluit et virtute effecit sua, ut non annorum numero, nec spatio aetatis vita eius censeatur, sed fama et meritorum laude ac grata piaque memoria, quae tamdiu infixa haerebit in animis hominum, quamdiu litteris ipsis et honor et nomen constabit. At sentio me impetu quodam doloris, cuius est in

Digitized by Google

ipsa desideratissimi viri recordatione remedium aliquod et levamen positum, longius abripi atque ab eo, quod huic volumini praefari institui, aberrare. Quare, ut ad propositum me referam, *indi*candum est, eiusdem Niebuhrii beneficio et *in*credibili, quo totius Byzantini operis et utilitati et decori prospexit, studio effectum id quoque esse, ut, cum antea Cantacuzeni textus unius tantum Parisini codicis auctoritate niteretur, novum iam, idque valde a nobis, cum primum volumen edebamus, expetitum, rei criticae praesidium suppeteret, cuius ope emendatio huius scriptoris paullo certius institui posset. Cognoveram nimirum e censura tomi primi, a Spengelio V. D. in Seebodii *Bibl.* Crit. a. 1829. num. 87. sqq. facta, asservari in Monacensi bibliotheca codicem illum Bavaricum, unde Pontanus Cantacuzenum aliquot annis ante latine edidit, quam graeca e Parisino codice prodirent. Cumque lectionis specimina, inde enotata, satis ostenderent, non inutilem eius conferendi laborem fore, facile Niebuhrius a liberalitate Lichtenthaleri, viri humanissimi, qui bibliothecae Monacensi praeest, impetravit, ut liber huc mitteretur. Est autem codex saeculi XVI., chartaceus, forma maxima, foliis 606. constans, scriptura nitidissima. In margine exhibet lectionum varietatem satis amplam, cuius longe maxima pars ex codice vetustiore deprompta est; quaedam correctoris ingenio debentur. Diligentissime igitur hunc librum, quem Monacensem vocavi, cum Parisina editione contuli; qui quantum mihi pro-

fuerit emendandique operam meam levaverit, nihil attinet dicere: res ipsa docebit. Quoties enim vitia, quibus Cantacuzenus, qualis e Parisino codice prodiit, passim inquinatus est, ad huius fidem correxi, aut si quid prorsus omissum erat antea, inde supplevi et integritati suae reddidi, sedulo faciendum curavi, ut Parisini libri dissensum indicarem. Ubi utriusque codicis lectionem annotatam reperies, ibi scito, quod in textu legitur, coniectura a me restitutum esse; quanquam id et parcissime feci, et ea semper, ut debui, moderatione, ut nihil quidquam ex ingenio mutarem, nisi ubi res certissima videretur. Quin etiam in eo genere quaedam servavi, quae nunc correcta mallem, velut p. 21, 19., ubi pro eo, quod uterque codex habet *προσιστάμενον*, non dubito, quin emendandum sit *παριστάμενον*. Vid. p. 207, 3. 237, 10. Deinde scribendum est p. 80, 4. non *θεοῦ συναιρουμένου*, sed *θεοῦ συναιρομένου*, ut in eadem formula apud nostrum saepius. Reliquum est, ut moneam, quidquid variantium lectionum in duobus prioribus libris codex Monacensis habet, insertum iri volumini tertio, quod mox prodibit.

Scr. Bonnae mens. April. a. 1831.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ.

Digitized by Google

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

IOANNIS CANTACUZENI

HISTORIARUM LIBER III.

PERIOCHA.

Hic liber caeteris multo maior, cum proximo superiore connectitur. Causae indicantur, cur narranda, quae deinceps sequuntur: veritas promittitur. Magni domestici in palatio custodiendo diligens provisio: a quo et urbium provinciarumque praefecti monentur, ne quid novi incipiant. Imperatoris Andronici magnifica sepultura ac sacra funeralia (Cap. 1). *Patriarchae ambitio. Anathematismus in eos, qui mortuo Imperatore de filiis eius male meruerint. Iterum de ambitione patriarchae. De Sismano exule reddendo consultatio: Chumni in domesticum contumeliae. Binae de transfuga sententiae* (2). *Domestici in defunctum Imperatorem amor. Gubernationi nuntium mittere vult* (3). *Imperatricis lacrimatio et de sua viduitate filiorumque orbitate querimonia. Domesticum neglecti officii coarguit* (4). *Ea et patriarcha praesentibus, disertissime suspicionem affectati imperii a se depellit. Aliter ad gubernacula redeaturum negat, nisi imperatrix fidem dederit, calumniatoribus non credituram* (5). *Utrimque iuratur. Iurat eidem patriarchae* (6). *Sismanum Moesorum regi repetenti abnuit magnus domesticus, cuius prudentia se ingenti metu liberatam, cum proceribus laetatur imperatrix* (7). *Quid militem segniorem fecerit. Patricius quidam tabellio ad usum rei publicae grandem pecuniam offert. Stipendia et reditus militum explentur. Ad pugnam ardent animi* (8). *Domesticus imperatricem de filio Ioanne coronando monet et contra ratiocinantes refutat. Lydiae satrapae Thraciam incursanti occurritur. Domesticus in occidentem ducturus, cum Orchane pacem iungit. Mentem imperatricis ex patriarcha explorat. Ab eadem laudatur blandeque monetur, ne se conficiat tantis laboribus, neu de sumptu suo eroget. Eleganter respondet, ut viri virtutem cognoscas. Byzantio cum copiis discedit* (9). *Ex urbibus Thraciae senatores et praesidia ad expeditionem evocantur. Moesus foedere innovato domum abit. Persae praedabundi apud Chersonesum caeduntur, fugantur. Apocauchus tyrannidi studens deprehenditur: in arcem suam Epibatas confugit. Domesticum de rerum humanarum mutabilitate admonet. Eius pium ac solidum responsum* (10). *Latini Peloponnenses se subiiciunt cum conditionibus: quorum legati a do-*

mestico honorifice habiti. Apocaucho Sennacherim subrogatur. Conspiratio et legatio praefectorum occidentis (11). *Crales Macedoniae infestus. Magnus domesticus Peloponnesiacae expeditioni antevertendum, ideoque Byzantium revertendum censet. Excipitur a Byzantinis: imperatricem luctu et morbo afflictam consolatur: quid egerit, quid acturus sit exponit* (12). *Ad palatium nobiles et milites clamose cum patriarcha de honore domestici iurgantur. Imperatrix iurgantibus, triplici eorum peccato demonstrato, veniam dat* (13). *De poena Apocauchi cum domestico deliberat: eius natales et status pristinus. Quomodo idem Apocauchus Xenam, Imperatoris matrem, adversus domesticum concitarit. Invitatus domesticus ad communionem purpurae et imperii recusat* (14). *Metu mali obtrectatores domestici in eius se gratiam restituere desiderant et imprimis Apocauchus, cui supplici cum seria admonitione ignoscitur. Quo pacto ille idem propter praefecturam fisci non obtentam turbas fecerit et in domesticum praesente imperatrice invectus sit* (15). *Eum et imperatricem placat, Epibatis egredi non audet. Domestici ad Byzantios de pace cohortatio. Filiam Imperatori despondere differt. In itinere se Apocauchus ei permittit: cum matre domestici collocutus, ut se magis re, quam verbis, benevolum praestet, admonetur* (16). *Animum patriarchae subit, domesticum falso accusat, imperatricem adversus domesticum irritandam suadet et rationem proponit. Asanes pro filiis sexennium carcere detentis rogat* (17). *Domesticus operam pollicetur. Socerum contra generum Apocauchus inflammat* (19). *Coniurati sigillatim apud imperatricem domestici nomen deferunt. Singuli reiiciuntur. Postremo eo adigitur, ut iudicio arcessendum putet, quem patriarcha indicta causa damnandum arbitrabatur* (20). *Idem imperatricem periculi gravitate deterret vehementerque suspicionem auget. Asanes accusationem concludit* (21). *Dolet et angitur imperatrix atque in sententiam calumniatorum propendens, iis se cum liberis flens commendat. Mater domestici cum filio minimo natu et uxore alterius filii domi velut in carcere clauditur. Apocauchus urbis praefectus creatus, frustra militem ad diripiendas et evertendas domestici aedes mittit; cuius amici, qui periculi vitandi ex urbe fugerant, imperatrici se excusant, redeundi veniam orant. Gabalas praevaricatur* (22). *Qui Byzantio fugerant, Didymotichi quae acta sint narrant. Legatis missis iudicium de se domesticus postulat: a ministris Apocauchi male accipiuntur Idem domesticus hostis declaratur* (23). *Per litteras Imperatricis vicariatu iubetur abire. Quid agendum sit, militibus bellum flagitantibus, quaeritur. Oratio longiuscula domestici, qua crimen occupandi regni refellit. Ad imperatricem profectus, eius se arbitratui permittere cogitat* (24). *Proceres rectius rebus consulturum censent, si purpuram induat. Iis renitens, tandem rei publicae causa eorum voluntati obsequitur* (25. 26). *Didymotichi palam capit ornatum imperatorium cum faustis acclamationibus. Quaedam futurorum praesagia. Episcopi Didymotichensis visum et eius viri laus* (27). *Imperator rursus ab se suspicionem tyrannidis removet; militibus uxores ac liberos habentibus missionem dat; retentos in agrum Byzantinum mittit, eodem brevi venturus urbemque invasurus. Narratio longior de malis, quae Adrianopoli ex seditione ob novum Imperatorem extiterint. Item calamitates per Romanum imperium propter eundem* (28). *Adrianopolitani Alexandri, Moesorum regis, opem invocant: cuius adventus Cantacuzeno multum obest. Moesi praedones a Romanis partim caeduntur, partim capiuntur* (29). *Opes Cantacuzeni*

diripiuntur; eorum immensitas explicatur. Contra eum socer Andronicus Asanes dux deligitur. Vastatur provincia. E Zernomiano praedatores apud Didymotichum trucidantur. Adrianopolim Imperator tendit. Pincerna Pamphilo accersitur. Hebrus congelascit. Pamphilensium scelus. Byzantii Cantacuzenus contumeliose admodum per ora traducitur. A patriarcha anathematismo percellitur: imperatricem et archontas honorat (30). *Tribus praefectis, se celatos moleste ferentibus, factum suum de habitu et nomine Imperatoris probare contendit. Syrges, Pherarum praefectus, eius bona ad se avertit. Protostrator immutatus, Thessalonicam traditurum promittit. Chreles, dynasta Triballus, ad occidentem invitat, opem suam spondet. Vincunt, qui in consilio prius occidentem, quam Byzantium petendum sentiunt* (31). *Cantacuzenus uxorem cum filiabus Didymotichi relinquit; urbi et suburbio praefectos dat cum praesidiis. Bera castellum in gratiam monachorum intus degentium sine vi capitur. Batatzis timor in Imperatore persequendo. Anastasiopolis dicta ab Andronico iuniore Peritheorium obsidetur. Batatzis mendacium* (32). *Epistola Cantacuzeni ad patriarcham, qua se pacis cupidissimum demonstrat. Tabellarius carcere multatur. Imperatrix feminis suis Cantacuzenum excusat ac defendit deque eo honorifice loquitur. Resciscens id Apocauchus, coniuratos super imminente periculo monet. Imperatrici iuramentum indicere statuunt, ipsis nolentibus de pace nihil tentaturam* (33). *Apud eam adversus Cantacuzenum agunt acriter, praesertim patriarcha. Iurat et diu noctuque per coniuratos et famulos custoditur, quibus, ut dicta eius referant, aurum datur. Cantacuzenus e monte Atho monachorum sanctissimos evocat, quorum existimatio imperatrici pacem persuadet: sed religione a compositione impeditur* (34). *Patriarcha et socii monachis irascuntur: inter eos conflare discordias student: primores duriter habent. A protostratore nuntius. Peritheorium oppugnatur. De muro fiunt convicia Cantacuzeno: conviciator ab eodem christiane accipitur. Oppidani consilio perversi hominis deditionem retractant. Imp. Thessalonicam abit* (35). *Ioannes, Andronici filius, adolescens Byzantii coronatur. Coniurati dignitatibus ornantur. Patriarchae fastus. Apocauchus summum imperium sibi arrogat: propinquos Cantacuzeni iugulat: eius matrem in carcere usque ad mortem saevissime affligit: quam miseratur imperatrix. Theodorae, sororis Andronici iunioris viduae et monachae, in moribundam et mortuam caritas. Inventae pecuniae magnitudo et distributio. Gravis in Cantacuzenum calumnia. Contra eundem Apocauchus classem in occidentem parat* (36). *Syrges itinera Thessalonicam obsidens deluditur. Polystylus munitur. Protostratoris monitio et Chrelis responsio. Imperatoris angustiae. Syrges, Monomachus et episcopus metropolitanus ad castra Cantacuzeni exploratores mittunt. Per litteras ad eos datas suam innocentiam tuetur: de iuramenti causis disserit: eos improbitatis convincit* (37). *Melenicum Cantacuzenus occupat. Chrelis ex formidine cunctatio: eius adventu exercitus laetatur. Protostratoris anceps animus. Thessalonicae Zelotarum (ea erat factio Palaeologi) nefanda scelera. Protostrator cum optimatibus fugatus, agrum populatur. Cantacuzeni afflictio. Byzantini Thessalonicam magnis copiis ingrediuntur. Cum exulibus consultatio* (38). *In concione dicendae sententiae cuique sit potestas. Aliis tergiversantibus Imperator Thessalonica recedendum, nec ad caetera desperandum pronuntiat: Rhentinae praesidium augendum, Thessalonicam incursandam: quo facto*

Thessali, Acarnanes, reliqua item continens in potestatem veniat. Quidam Thessalonicenses deficiunt. Byzantini nobiles rebus suis metuentes, iter eius conantur impedire. Axius fluvius exundat. Exercitus Gynaecocastrum redit (39). *Apocauchus ad ostendendam potentiam insulas circumvectus, ob id ipsum Thessalonicam adnavigat. Protostrator ad eum desciscit. Imp. in desertores, ut ignavos, invehitur. Apelmenes ingratus et superbus* (40). *Protostrator obiurgatur, cui puer Asanes commendatur. Ostendit Imp., in quantis difficultatibus versetur: militum animos erigit: ad principem Triballorum pro auxilio eundum suadet. Discedentes Apocauchus insequitur, non tamen pugnatur. Transfugas Imp. excipit equites ab Apocaucho* (41). *Edessam obsidione Triballorum liberat. Zimpanus quidam pecuarius Imp. legatos vinctos Apocaucho dedit. Quid passi sint. Munifice ac perhumaniter a duobus dynastis accipitur Imperator. Scopiam venit* (42). *Eundem Liberus Triballus Crali conciliat. Is cum uxore occurrens, magno illum honore suscipit et regaliter tractat. Ab eo auxilium petit: ille societatis mercedem urbes occidentis usque a Christopoli postulat. Recusat Cantacuzenus et quasi parum ingenuum honorisque studiosum tangit* (43). *Prudens oratio Helenae Cralaenae de adiuvando hospite cum conditione tolerabiliore. Imp. suorum consilium de concedendis, quae Crales petat, repudiat* (44). *Ambo praesente archiepiscopo in certas conditiones iurant. De Chrele Triballo inter utrumque contentio. Cur is ad Cralem reverti noluerit. Melenicus Chreli deditur. Rhentinam castellum Syrges occupat. In dedititios saevit* (45). *Apocauchus Polystyli quid egerit: quid Didymotichum scripserit: quid ei et quam aculeate ac libere responsum sit. Byzantini redeuntem cum gratulationibus et plausibus excipiunt. Pro libidine imperat. Irene, uxor Cantacuzeni, cum fratre Manuele in timore est* (46). *Militum et ducum fides exploratur. Comitopulus constantiam suam profitetur. Iuratur. Nuntius ab Imperatore cum eius cereo sigillo* (47). *Didymotichi suburbani in urbanos insurgunt. Fugantur. In exilium voluntarium concedunt; eorum domus destruuntur. Episcopi vaticinium eventus probat. Triballos principes promissi auxilii poenitet: obsidem Cantacuzeni filium poscunt: Liberus filiam suam eius filio desponsam cupit* (48). *Imperator cum auxiliaribus Triballis quid apud Pheras egerit. Syrges ad sceptrum Armeniae vocatur. Pheraeorum obstinatio. Morbus in exercitu multos exstinguit. Christopolin praesidium ab Apocaucho mittitur. Ad Triballos abiturientes praeclara Imperatoris concio. Romani tumultuantes increpantur. Plurimi Christopolin se conferunt. Ducum ibidem periurium. Redeuntes Imperator suscipit* (49). *Eorundem ducum impudens de Cantacuzeno mendacium: inde Byzantii publica laetitia. Quae et quanta multi illic propter Cantacuzenum pertulerint. Praefectorum saevitia. Factum humanissimum Persae cuiusdam in flagellis laceratos. Impostor quidam sacrae confessioni illudit. Ad falsos nuntios denuo Deiparae aguntur gratiae* (50). *Crales Imperatori repetenti Edessam statim restituit. Apocauchus frustra Didymotichum movet. Empythium obsidet: Scytharum incursu territus, obsessionem relinquit. In Scythas abeuntes Scopelenses stulte et infelici exitu se inferunt. Apocauchus belli administrationem genero tradit* (51). *Anna imperatrix a Crale Cantacuzenum petit: urbes in praemium spondet. Triballorum procerum commemorabilis in illum fides* (52). *Thessali se Cantacuzeno subiiciunt ultro. Ioannem Angelum eis praetorem praeficit, quem in bulla commendat:*

multas ei conditiones praescribit et a se affectati imperii suspicionem removet (53). *Didymotichum vocatus venturum promittit. Quo scopo Apocauchus et Crales convenire voluerint. Illius in Cantacuzenicos crudelitas. Quare imperatrix stratopedarchae consilium respuerit* (54). *Ad Pheraeos de deditione Cantacuzeno facienda Cralis cohortatio. Praefracte abnuunt eiusdemque Cantacuzeni legatum atrociter mactant. Militibus Didymotichum anhelantibus obsequitur Imperator. Agrum Pheraeorum Crales depopulatur. Triballi auxiliares in Thraciam sequentes quales fuerint. Pro meliori auxilio reverti volentem Imperatorem ad Cralem milites cogunt Didymotichum vadere. Circa litteras Didymoticho ad eum perscriptas prodigium. Ad Triballos reditus. Protostrator praevaricationis suspectus se purgat. Byzantinorum ad reversionem Apocauchi gratulatio. De Cantacuzeno mendax rumor. Apocauchus quosdam includit in custodiam* (55). *Irenes imperatricis oratio. Ad Moesorum regem de societate legatio et eius ludificatio. Quantam is calliditatem adhibuerit in copiis Didymotichum missis. Moesorum ducum versutia. Episcopi cohortatio et praedictiones. Persae advenientes Moesos fugant. Amuris satrapa ut exceptus ab imperatrice Irene, illiusque in Imperatorem eximius amor, ad quem proficiscitur* (56). *Pheraeorum in commentitiis litteris, quibus decipitur Amurius et domum redit, pessimum facinus. Frigore enecti Persae una nocte quingenti. Didymotichenses praedatores algore semimortui ad hostes confugiunt et quomodo ab iis habiti. Oppida Irene imperatrici dedere se volentia cur non recepta. Mire anxium Imperatorem Arbenus, homo obscurus, consilio levat de Berrhoea occupanda. Crales opem promittit. Per legatos accersitur Imperator, cui Cralaena suos milites Germanos attribuit* (57). *A Berrhoeotis plaudentibus excipitur: a Thessalonica obtinenda per plebem et Zelotas impeditur. Cralis perfidia. Germanorum in Imperatore tuendo fidelitas. De Axio flumine transeundo. Duorum filiorum Cantacuzeni encomium* (58). *Agrestis quidam Triballorum insidias eidem indicat et ad flumen vado transeundum praeit. Germani Berrhoeae donativum accipiunt. Insidiatores ad Cralem deferuntur: quorum duces Imperatori ad poenam deduntur, quibus ignoscit. Apocauchus Cralem contra Imperatorem incendit: simulate agit: cui Imperator uberius respondens, eius scelera carpit, periculum demonstrat, ignaviam deridet* (59). *Apocauchus consilium quaerit. Monomachus Cantacuzeni felicitatem praedicat, timorem iniicit, pacem suadet* (60). *Crales ab Apocaucho instigatus, Cantacuzenum ad consultationem dolose invitat, a quo deluditur. Idem Berrhoeotas ad defectionem sollicitans, acerbissimas litteras accipit. Imperator etiam tertium a sagittario laedi non potuit: cui veniam petenti ignoscit et cum donis dimittit* (61). *Apocauchus consultat. Gemina sententia Monomachi. Denuo vafrum eiusdem consilium. Persarum ad Berrhoeam latrocinia. Apocauchus in Pepagomenum saevit* (62). *A Cantacuzeno ex Asia evocatur Amurius. Ficto nuntio contristatur. Eiusdem insignis oratio, qua causa expeditionis, studium iuvandi Cantacuzeni, amor et sollicitudo propter eum declaratur: milites ad laborem inflammantur: exustis navibus per continentem gradiendum suadetur. Vento secundo classis tota in Macedoniam defertur* (63). *Persae Thessalonicensem agrum vastant. Provinciae Cratis cavet Imperator et cum copiis Thessalonicam accedit. Amurii occursus. Zelotarum in Cantacuzenicos crudelitas. Peritheorii obsidio. In captivum Imperatoris humanitas. Legati amborum ad imperatricem*

Annam de pace '64). *Cantacuzeni legatus foede crudeliterque accipitur. Apocauchi maledicta. Amurius quare litteras sibi redditas ad Imperatorem detulerit. Episcopi Didymotichensis praedictio. Castella Meropes et pecuarii se dedunt; quibus Momitzilus praeficitur: cuius mores describuntur* (65). *Didymotichum ad Imperatorem cum Amurio venit. Thraciae urbes refractariae puniuntur. Morbus Amurii. Praesidium missum Adrianopolin, illiusque Didymotichum infelix excursio. Amurius mortem in conflictu evadit. Alexandro Moesorum regi, pro auxilio dantur urbes novem: eius tergiversatio. Qua ratione coniurati Persas e Thracia educere conati sint. Eos incassum nititur retinere Amurius: de quo apud Imperatorem conqueritur, reditumque ex Asia cum militibus melioribus pollicetur* (66). *Eum hortatur Imperator, legationem Byzantium mittat, quo naves et pecuniam ad reditum adipiscatur. Principes Constantinopoli Amurium de abiectione reprehendunt, naves cum pecunia promittunt. Defendit se. Locus de discrimine servitutis* (67). *Imperator divinitus a Persis praedonibus liberatur. Eius pugna cum obsessoribus Asomati et victoria. Discessus Amurii: et quare is discessus Imperatori commodaverit. Gratianopolis obsidio. Smyrna a Latinis capta* (68) *Ab eius praefecto Angelitze non modica pecunia. Episcopi Didymotichensis obitus. Alexandri a Morrha recessus* (69). *Momitzilus Persicas naves tres incendit. Persae, qui apud Cantacuzenum, custodes suarum navium interfectos ulcisci ardent. Eis Imperator Romanos adiungit; eius regiunculam depraedari iubet. Momitzilus improviso adventu Imperatorem terret: cuius milites fugiunt: ipse cum paucis strenue se tuetur. Lantzarethi famuli in dominum mirus amor et fides. Momitzilus ab Anna imperatrice despota renuntiatur; quem Cantacuzenus insuper data supplici venia Sebastocratorem creat. Persae in Asiam redeunt* (70). *Palaeologus Imperator aegrotat. Moesus, rupto foedere, Apocaucho mittit auxilia. Callidum Imperatoris consilium. Gener Apocauchi in Hebro summersus. Didymotico repellitur: Morrham vastat. Momitzilus sibi principatum proprium meditans, a Cantacuzeno et imperatrice Anna deficit* (71). *Archontes sive imperii pro puero Imperatore et vidua administratores miserum rei publicae statum dolent: imperatrici pacem suadent. Moleste fert Apocauchus, patriarchamque et Gabalam, magnum logothetam, se visentes ad suas partes reducit: imperatricem castigat: Gabalae filiam despondet* (72). *Apocauchus de integro Cantacuzenum in imperatricem irritat: ac rursum, quamquam submissus, dominatur. Legationis ad eum mittendae auctor est. Mittuntur simul binae epistolae, quibus significatur gaudium de eius voluntate imperii deponendi: ut falso narraverat Apocauchus Conditio ei proponitur, qua veniat* (73). *In acta Imperatoris inquiritur; bene praefuisse communi docetur. Longior Imperatoris oratio, qua archontibus ignobilitas et imprudentia obiicitur et rei publicae status deploratur. Respondet praeterea ad id, quod patriarcha eum ad reditum invitans, poena soluturum dixerat, et de vi anathematis disputat. In fine ingens pacis desiderium* (74). *Pheraei veniam et opem ab Imperatore flagitant et consequuntur. Ex ipsis mutabilitatis fortunae humanae documentum: quorum exemplo Byzantii terrentur, et non posse imperium defendere, multis probatur. Ostenditur item, Annam imperatricem sui iuris non esse. Chrysobergis, legati Imperatoris, constantia adversus minas et verbera. Archontum invictus animus in arcano reticendo. Garellae deditio. Rursum pacis petitio* (75). *Castella quaedam se*

dedunt. Batatzae ab Imperatore defectio et reversio: eius remuneratio. Sultani satrapae liberalitas. Cur pranderet in Thracia prima luce Imperator. Chorae cives maledicentiam terrae motu luunt. Muri reaedificantur, quibus perfectis ad pertinaciam redeunt (76). *Magnus dux iterum copiis praeficitur: Cantacuzenum conatur occidere. Mutuae litterae, illius minaces, huius exprobratoriae. Argutia in voce otzia. Derisio senis, ut imbellis. Iuxta Byzantium Persarum vastatio fervet. Apocauchi fastus. Urbes Thraciae praeter duas se dedunt. Imperatoris in illorum praefectis dimittendis humanitas et liberalitas. Comparatio inter Cantacuzenum et archontas* (77). *Urbes ad Pontum Imperator infestas habet. Amici eum Adrianopolin accersunt. Eorum stultitia et poenae. Imperatrix urbem recuperat Manuel, Apocauchi filius, praefectus deficit: accipitur ab Imperatore benigne et honoratur. Acta apud Bizyam* (78). *Amzas Persa socium ad Imp. occidendum subornatum prodit, quem ille liberum dimittit. Bizyenses se tradunt. Annae imperatrici et filio eius, deinde Cantacuzeno et uxori ut Imp. Bizyae et alibi acclamatur, omniumque mentio in sacris usurpatur. Plura oppida se subiiciunt. Bizyae praefectura Manueli Asani datur. Protostratoris caeterorumque Apocauchi amicorum miserrima conditio. Apocauchi astus, quo ignaviae opinionem vitare studebat, falso irridetur acriterque vituperatur* (79). *Fraus, impostura et nequitia admirabilis, qua idem Apocauchus Gabalam vita privare enisus est* (80). *Orchanes Cantacuzeno se adiungit. Capta ad Pontum aliquot oppida. Somnium Manuelis, filii Imp. Veniente ad urbem Cantacuzeno, Apocauchi timiditas. Ager Byzantinus, miserante Imp., devastatur* (81). *Galataei causam et originem belli huius sciscitantur: quibus a principio narrat omnia Imp., ut se innocentem testetur. De advocatis item Persarum auxiliis se defendit* (82). *Aregus monachus legatus omni culpa belli eum absolvit. Eius prudentiam laudat Imp., de adversariis conqueritur: si se Imperatorem et collegam esse sinant, quod facturus sit aperit. Amor in rem publicam. Quibus conditionibus abdicare se imperio velit* (83). *Aregus orationem commendat: dicta Byzantium renuntiare iubetur. Apocauchus arma et vota indicit. Quaedam oppida ab Imperatore subiguntur. Epistola Apocauchi et patriarchae de abdicatione Imperatoris. Aregus graece indoctus deluditur. Eam Imperator italice interpretatur: ambo stomachantur* (84). *Apocauchus frustra Empyriten obsidet: in portoriis exigendis nihil consequitur: ab aulicis proceribus dissimulanter irridetur. Aregus ad illum contemnit accedere: de impietate et imprudentia accusat: imperatricem Imperatori excusat. Imperator infestus Byzantium veniens recedit. Adrianopolis et aliquot finitima oppida in potestatem concedunt. Cum tribus dedititiis, quorum duo praefecti, quid actum* (85). *Quare Amurius ad Imperatorem non redierit. Concessu Sarchanis per Lydiam, inde per Hellespontum transit. Persarum in Moesiam impressio. Momitzilus cum parte exercitus sui caeditur, reliqua capitur. Imperator illacrimat. Momitzilus humanae fortunae exemplum. Xanthienses suorum funeribus lugent: urbem tradunt. In Momitzili coniugem Imperatoris clementia* (86). *Cralem ut foedifragum ulcisci decernit. Pheraeos Romani ad defectionem impellunt. Minatur Crali, ni Pheris abscedat et foedera violare desinat. Imposturae Apocauchi repetuntur. Continentem relinquere statuit: tyrannis eius in Byzantios. De carcere, quem in palatio Constantini aedificare aggressus est. Affinitatem imperatricis per filiae nuptias cum eius filio*

quaerit et litteris sub eius nomine ad pontificem Romanum confictis, periculum ei magnum conflat. Clementis sexti responsum. Quid facturus Apocauchus, si dolus non procederet (87). *Odium in illum commune. Urget aedificationem carceris et a vinctis obtruncatur. Amicorum et uxoris Imperatoris litterae de eius nece et invitatio Byzantium, urbisque occupandae indicata commoditas* (88). *Persae duces persuadent Cantacuzeno, uti statim cum omnibus copiis Byzantium tendat. Uxor Apocauchi in Epibatas migrat. Imperator culpam amissarum urbium Macedoniae in Persas duces confert, cum quibus in Macedoniam redit. Sulimanus moritur. Amurius provinciae suae a Sarchane timens, domum revertitur. Cra-les Pheras occupat et se Imperatorem, filium Cralem appellat* (89). *Batatzes iussus fines Byzantinos incursat: ad imperatricem immodica honoris cupidine transit. Causa, cur Imperatrix a pace sic abhorruerit. Batatzen ad se revocare quamobrem laborarit Imperator. Eius praeclarum quoddam visum. Batatzes a Persis propter Imperatorem occiditur. Empyrite imperatrici transditur. Phrangopulus quidam, invito Imperatore in castra adductus, a veneno eum servat* (90). *Hieracem sibi moliri interitum, non credit primum: quem deinde officii admonet. Cum Archontibus iterum ut proditor agit. Idem facit Paraspondylus et duas ob causas Hieracis nomen ad Imperatorem defert. Qui in pugna vulneratus, ad castra perducitur. Byzantium profugit; ibi de caede Imperatoris non obita causam dicit. Studiosi Imperatoris Byzantii iam manifesti ad eum perfugiunt. Hierum paene occupatum ac mox per negligentiam amissum* (91). *Adrianopoli Cantacuzenus coronatur. Ioanni, patriarchae Constantinopolitano, ab episcopis, Imperatore annuente, sacris interdicitur. Primores et exercitus Matthaeum filium Imperatorem designari rogant: quod Imperator sapienter recusat* (92). *Thessalonicensium caedes. Palaeologus praefectus a Ioanne Apocaucho interficitur. Zelotarum scelus et impietas. Quidam eorum a populo mactantur; unus per forum trahitur. Apocauchus pro Cantacuzenico se gerens, Zelotas punit: defectionem ad imperatricem simulat: patre mortuo aperte Cantacuzeno favet: Thessalonicam ei, concilio suffragante, tradit* (93). *Ad Cantacuzenum legati. Quaenam Thessalonicenses a filio eius petentes impetrarint. Andreas Palaeologus et Cocalas populum ad arma sollicitant. Apocauchus et socii carcere ac vita multantur. Humanus adeps comeditur. Matthaeus filius rem contra Hieracem in Thracia feliciter gerit* (94). *Patriarcha Constantinopolitanus a papa declaratus, Smyrnae ab Amurio Persarum satrapa, iugulatur. Chii compulsi Genuensibus se dedunt. Phaceolatus, capta iam Chio, cum triremibus suis Byzantium redit: Genuensem onerariam intercipit. Imperatrix Mpalicis, Carbonae principis, opem impetrat. Eius fratrem Tomprotizam exercitus Romani ducem facit. Orchani Theodora, Imperatoris filia, apud Selybriam solennibus cum caerimoniis nuptum traditur. Eiusdem matronae eximia virtus* (95). *Speculatores submissi ex Ponticis urbibus, quorum indicio sicarius deprehenditur. Imperatrix ad Sarchanis, Lydiae satrapae, auxilium confugit. Amurii techna ad succurrendum Imperatori. Persae a perfidioso facto cohibiti: obvios capiunt et spoliant. Duces eorum ab Imperatore convivio excipiuntur: iique praeternavigantes et conviciantes Byzantios sagittis petunt. Byzantii, eorum defectione perspecta, redeunt. Donatis ducibus, Persae domum remittuntur: Moesiam depraedantur: Imperator excusatur. De Romanis hostibus et auctoribus malorum omnium gravis querimonia* (96).

Monomachus ad caedem Imperatoris subornatus, monentibus amicis deprehenditur. De efficacitate veneni ab eo parati historia notabilis. Zyraces et Phaceolatus de urbe tradenda cum Imperatore agunt. Microcephalus ab his Selybriam hac de causa mittitur, quem Archontes eodem ob aliam causam mittunt (97). *Ratio, cur imperatrix Anna a patriarcha alienata, alte repetita. Eiusdem patriarchae furor in damnandis puniendisque episcopis, a quibus apud Imperatorem accusatur. Synodus in palatium indicitur* (98). *Adventus Cantacuzeni Byzantium nuntiatus, nec ab imperatrice creditus. Dolor et sollicitudo Cantacuzeni de amicis, ne discrimen adierint. Portam auream perfodiunt ad ingressum. Patriarcha gradu movetur. Cantacuzenus cum plausu populi urbem intrat. Imperatrix palatium communit: Galataeos auxilio vocat. Imperator coram episcopis et primariis de clero suam causam agit: ad imperatricem mittit, qui doceat, quam periculoso loco eius res sint* (99). *Commendatur virtus Imperatoris. Imperatrix legationem despicit. Palatii propugnatores defectionem cogitant. Ioannis filii suasu imperatrix se Imperatori Cantacuzeno submittit. Asanes socer legatus ab eo ut ingratus culpatur. Palamas, alter legatus, de constantia praedicatur. Conditiones pacis et utrimque iuramenta. Cantacuzenus palatium ingreditur* (100). *Hic liber ut reliquos mole, sic praecipuis quibusdam et maxime notandis capitibus superat. Sunt autem ista fere. Funus et exequiae Imperatoris Andronici minoris. Dolor et lacrimae imperatricis viduae propter abdicationem magni domestici, eiusdemque ad imperii administrationem regressio. In Sismanum exulem ac supplicem Byzantinorum humanitas. Fraudes inexpiabiles et scelera Apocauchi in magnum domesticum, quibus illum in summas saepe difficultates ex invidia coniecit. Pro rei publicae incolumitate a magno domestico induta purpura. Eiusdem varia nec levia infortunia. Pax ab eo frequentissime petita nec impetrata. Honores magnificentissimi in eum a Crale collati et eiusdem Cralis perfidia. Amurii Persae, satrapae Ioniae, mirificus ac perpetuus in Cantacuzenum amor eiusque iuvandi studium incitatissimum. Duarum mulierum, Irenes imperatricis et Helenae Cralaenae prudentia et magnanimitas. Diligens admodum et crebra defensio Cantacuzeni contra calumniatores de non factis insidiis imperatrici ac filiis eius nec affectata tyrannide. Res gestae adversus Momitzilum, eiusque pugna et interitus. Constantinopolis a Cantacuzeno capta et ibi eiusdem pietas, prudentia, aequitas, clementia.*

α'. Τὰ μὲν δὴ τῶν Παλαιολόγων βασιλέων, ὅσα τε περὶ τῆς ἀρχῆς πρὸς ἀλλήλους διηνέχθησαν, καὶ ὅσα καθ' ἑαυτὸν ὁ νέος μετὰ τὸν τὸν πρεσβύτερον τῶν πραγμάτων παῦσαι τῆς ἀρ- A. C. 1341 p. 348 v. 283

3. τὸ add. M.

1. Quemadmodum igitur Palaeologi Imperatores inter se contenderint, et quae separatim iunior, postquam senior imperio abivit, contra barbaros armis gesserit, quo modo domi semper rem publicam

A. C. 1341 ἰχῆς πρός τε βαρβάρους πολεμῶν καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους διετέλεσε
B πολιτευόμενος, ἐνταῦθα ἐτελεύτησε, καὶ ἡ πρόθεσις ἡμῖν
πέρας ἔσχηκεν ἡ ἐξαρχῆς, πάντα σὺν ἀκριβείᾳ καὶ μετὰ
ἀληθείας ἀπαγγείλασιν ὡς ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν Ἀν-
δρονίκου τοῦ νέου τελευτὴν ὁ χαλεπώτατος τῶν πώποτε μνη-
μονευομένων τοῖς Ῥωμαίοις πρὸς ἀλλήλους πόλεμος ἀνερρι-
πίσθη, ὃς ὀλίγου δεῖν πάντα ἀνατέτραφε καὶ διέφθαρκε,
καὶ τὴν εὐδαίμονα καὶ μεγάλην τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν
ἀσθενεστάτην καὶ ὥσπερ εἴδωλον ἀπέδειξε τῆς προτέρας,
ἀναγκαῖον ᾠήθην καὶ τὰ κατὰ τοῦτον τὸν πόλεμον γεγενημένα
ἐξηγήσασθαι, οὐ μόνον ἵν' εἰδεῖεν οἱ μετέπειτα, ὅσων κα-
C κῶν αἴτιος ὁ φθόνος, οὐ τοὺς φθονουμένους μόνον, ἀλλὰ
καὶ αὐτοὺς ἐξαφανίζων τοὺς φθονοῦντας, ὥσπερ τὸν σίδη-
ρον ὁ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενος ἰὸς, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτοὶ οἱ νῦν
τοῖς πράγμασι παρόντες τἀληθὲς εἰδέναι ἔχητε, καὶ μὴ ταῖς
ἔξωθεν φήμαις, μηδὲ τοῖς παρ' ἑκατέρων τῶν μερῶν ἢ ἑαυ-
τοῖς χαριζομένοις ἢ τοὺς ἐναντίους διαβάλλουσι προσέχον-
τες θρυλλουμένοις, παράγησθε δοξάζοντες τὰ μὴ ὄντα. ἄξιον
δὲ μετὰ ἀκριβείας ἐμοὶ προσέχειν καὶ μὴ παρέργως. οἱ μὲν
γὰρ ἄλλοι πάντες, εἰ δή τινες εἶεν οἱ συγγραψάμενοι περὶ
τοῦδε τοῦ πολέμου, ἢ παντάπασιν ἀπόντες τῶν πραγμάτων,
ὅσα ἢ ὄχλος ὁ δημώδης διεθρύλλει ἤ τινες ἕτεροι ἀπήγγελλον,
D οὐδὲν σαφὲς εἰδότες περὶ τῶν γινομένων, οἷα παρεδέξαντο

17. προσέχοντας P.

habuerit, huc usque a nobis explicatum est et promissa ab initio conservata, dum accurate et vere, ut contigerunt, omnia litterarum monumentis complexi sumus. Sed quoniam post Andronici minoris ex hac luce migrationem bellum omnium quotquot unquam litteris exstiterunt perniciosissimum inter Romanos ipsos inflammatum est: unde propemodum omnia prostrata et eversa perierunt, ac beatum illud et amplum imperium imbecillimum et veluti simulacrum quoddam et umbra tantum prioris evasit, necessarium existimavi, etiam eo ipso perpetrata contexere: non solum ut posteritas cognoscat, quantam vim incommodorum invidia importare soleat, quae tam sibi, quam aliis, instar rubiginis ex ipso ferro nascentis ferrumque consumentis, exitiosa est: sed etiam ut praesentes habeant, unde veritatem percipiant: ne peregrinis rumoribus neve iis, quae ab utraque parte vel ad suum decus per gratiam vel ad adversariorum dedecus per calumniam disseminantur, animos advertentes circumducantur, falsa pro veris opinantes. Erit autem operae pretium non oscitanter, sed studiose mihi dare operam. Nam caeteri omnes, si qui huius belli historiam composuerunt, aut neutiquam interfuerunt: quaeque sive multitudo popularis sive alii qui-

τωῖς ἀκοωῖς, τοιαῦτα καὶ τοῖς μετέπειτα ἐξέδωκαν μηδὲν φρον- A. C. 1341
τίσαντες τῆς ἀληθείας. ἢ εἰ καὶ συνεστρατεύοντο τοῖς βασι-
λεῦσιν ἑκατέροις, ἀλλ' οὐ δήπου γε βουλῆς μετεῖχον, οὐδὲ
τῶν ἀπορρήτοτέρων ἦσαν κοινωνοί, ἄλλως τε οὐδ' ἐφ' ἅπα-
σι παρόντες τοῖς πραττομένοις, συνεχοῦς καὶ πολυχρονίου γε-
γενημένου τοῦ πολέμου· ἐπὶ πέντε γὰρ ἔτεσι διήρκεσεν·
ἐμοὶ δὲ οὐδεμίαν τινὰ τοιαύτην ἔχοι τις ἂν ἐπενεγκεῖν αἰτίαν. P. 349
τοῖς γὰρ τῶν πραττομένων αὐτουργοῖς συμπαρὼν αὐτὸς, τὰ
μὲν οἶδα παρ' ἐμαυτοῦ, τῶν δὲ ἀκριβῆ τὴν γνῶσιν ἔσχον,
ἑαυτῶν ἀπαγγειλάντων τῶν πραξάντων, διὰ τὸ πολλὰς καὶ
συνεχεῖς ἐφ' ἅπαντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον τὰς μεταβολὰς
ὑπομεμενηκέναι· ὥστε εἰκὸς μὴ τῶν πραττομένων μόνον,
ἀλλὰ καὶ βουλευμάτων ἀπορρήτων καὶ δόλων καὶ ἐπιβουλῶν
καὶ ὅλως πάντων καὶ τῶν πραττομένων φανερῶς καὶ τῶν
ἀφανῶς κατασκευαζομένων ἀγνοεῖν μηδέν. οὐ μὴν ἀλλ'
ὅπερ ἔφην ἐξαρχῆς, οὐδὲ τῆς ἀληθείας προστήσομαι οὐδέν·
ἀλλ' ὡς αὐτὰ ἔσχον τὰ πράγματα ἀπαγγελῶ, πλὴν εἴ μήπου
τι παρήσομαι ἑκὼν τῶν ὅσα τισὶ λοιδορίαν ἢ μέμψιν εἰρημέ- B
να ἐμποιήσει. οὐ γὰρ ἐμοὶ φίλον τό τινας κακηγορεῖν, κἂν V. 284
καὶ πάντες εἰδεῖεν ἄνθρωποι. ἢν δέ πού τι φαίνωμαι διηγού-
μενος μὴ ὡς δοξάζουσιν οἱ πολλοὶ, οὐ χρὴ θαυμάζειν. οὐ
γὰρ τὸ μὴ ταὐτὰ τοῖς πολλοῖς φθέγγεσθαι φεύγων, λογοποι-
ήσω τα μὴ ὄντα, ἀλλ' ὡς ἔχουσι τὰ πράγματα ἀπαγγέλλων,

dam iactarunt, persecuti sunt: nihilque rerum gestarum liquido compertum habentes, qualia auribus acceperant, talia nullo ad veritatem respectu posteris tradiderunt: aut si etiam sub utrovis Imperatorum militarant, non utique consiliorum participes neque arcanorum conscii fuerunt. Deinde nec omnibus coram affuerunt, cum continenter et diu, nempe totum quinquennium, arma duraverint. Mihi vero huiusmodi culpam aliquam nemo obiecerit. Nam iis, qui ea fecerunt, ego praesens, alia per me ipsum novi, alia ex ore ipsorum, a quibus acta sunt, ad unguem didici. Et cum frequentes continentesque toto eo tempore mutationes fuerint, verisimile est, non gestorum modo, sed et consultorum arcanorum et fraudum insidiarumque et prorsus omnium, quaeque palam acta quaeque occulte comparata sunt, nihil me fugere. Verumtamen quod in vestibulo operis mei sum pollicitus, veritati nihil anteferam: sed ut res evenerunt, ita eas explanabo, excepto quod alicubi prudens praeteribo, quae nonnullis convicio aut vituperationi esse possint: non enim mihi amicum est cuiquam conviciari, etiamsi mortalium nemo rem ignoret. Quodsi interdum quaedam secus quam multi opinantur videbor exponere, ne sit mirum. Non enim dum vito eadem cum multis dicere, nova comminiscar: sed res ut se habent commemorans, vulgi opiniones ut falsas valere iubebo. Mortuo

A. C. 1341 χαίρειν ἐάσω τὰς δόξας τῶν πολλῶν ὡς ψευδομένας. τετελευτηκότος τοίνυν τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου, ἡ αὐτῷ σύζυγος Ἄννα ἡ βασιλὶς εἰς τρίτην μὲν ἡμέραν διεκαρτέρησεν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ὁδηγῶν. μετὰ τοῦτο δὲ ἐν βασιλεί-
C οις γενομένη, ἐπένθησεν ἐφ' ἡμέραις ἐννέα, πάντων ὁσημέραι πρὸς τὰ βασίλεια παραγινομένων, οὐ τῶν συγκλητικῶν μόνον καὶ στρατευομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὅσοι Βυζαντίων ἦσαν ἐν λόγῳ καὶ κοινῇ τὸν ἀπελθόντα θρηνούντων βασιλέα. δομέστικος δὲ ὁ μέγας ἐξ αὐτῆς ἡμέρας, ἧς ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς, οὐδαμῆ τῶν βασιλείων ἀπέστη, ἀλλὰ τῶν τε οἰκείων καὶ τῶν βασιλικῶν πεντακοσίους ἔχων, οὓς ἐγκατέστησε τοῖς βασιλείοις φρουρὰν, διὰ πάσης ἐπιμελείας ἐποιεῖτο καὶ σπουδῆς τῶν ἴσως νεωτεριούντων ἀπαμβλύνειν τὰς ὁρμάς. μετὰ δὲ τὴν ἐνάτην τῶν ἐπὶ τοῖς τειελευτηκόσι συνήθως γενενημένων ἱλασμῶν, τὴν μὲν φρουρὰν τὴν πολλὴν ἐξέβαλε τῶν
D βασιλείων, ὀλίγους καταστήσας, ὅσοι καὶ πρότερον ἐξ ἔθους ἦσαν. αὐτὸς δὲ οἴκοι γεγονὼς, συνήθως ἐπεμελεῖτο τῶν πραγμάτων· καὶ τοῖς τε τὰς ἀρχὰς ἐπιτετραμμένοις τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν πόλεων παρῄνει διὰ γραμμάτων ἀτρεμεῖν καὶ μηδὲν νεωτεριζειν, ὡς τῆς τε καλοκἀγαθίας καὶ τῆς εἰς βασιλέα εὐνοίας ἀξίας ἀπολῃψομένοις τὰς εὐεργεσίας, καὶ τοὐναντίον, ἤν τι νεωτεριζοιεν, τίσουσι δίκας. καὶ τοῖς τῶν δημοσίων συνεισφορῶν τὴν εἴσπραξιν ἐγκεχειρισμένοις ἐκέλευε κακουργεῖν περὶ τὰ χρήματα μηδὲν, ὡς οὐδὲν ἔλαττον ἢ βα-

6. πρὸ P. 22. τις P.

igitur Andronico iuniore Imperatore, Augusta triduo in monasterio Hodegorum mansit. Postea in regiam regressa, diebus novem luctui se dedidit, cum quotidie omnes, non senatores modo ac duces, sed quotquot Byzantii eminebant, accederent et defunctum Imperatorem communi lamentatione prosequerentur. Magnus porro domesticus ab eo ipso die, quo Imperator animam edidit, a palatio nusquam discedebat: sed quingentis partim suis, partim imperatoriis in eo ad custodiam collocatis, summum studium diligentiamque impendebat: ut si qui fortasse res novas attentarent, eorum conatus infringeret. Post diem nonum, peracta, ut assolet, pro defunctis piaculari caerimonia, custodes e palatio dimittit (paucis retentis, quot nimirum et antea esse consueverant), ipse domi, ut semper, rei publicae animum intendebat, et urbium provinciarumque rectores per litteras monebat, ne rebus novis studerent; utpote huius suae probitatis et egregiae in Imperatorem voluntatis condigna praemia accepturos: contra si quid machinarentur, poenas daturos. Quaestoribus item mandabat, ne quid sceleris in pecunia designarent, quod nihilo minus, quam Imperatore vivo, rationes relaturi essent. Atque ad

σιλέως ζῶντος περὶ αὐτῶν παρέξουσιν εὐθύνας. καὶ τοῦτον A. C. 1341
τὸν τρόπον ἐν πλείοσιν ἢ τριάκοντα ἡμέραις ὑπὲρ πεντακο- P. 350
σίας ἐφ' ἑκάστης πέμπων γραφὰς, εἰς τοσοῦτον εὐταξίας καὶ
εὐπειθείας τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους πᾶσαν κατέστησεν ἡγεμονίαν,
ὡς δοκεῖν καινὸν μηδὲν συμβεβηκέναι, ἀλλὰ ζῆν ἔτι βασιλέα
καὶ τοῖς πράγμασιν ἐφεστάναι. οὐδὲν γὰρ οὔτε μικρὸν οὔτε
μέγα ἐκινήθη, πλὴν οἱ κατὰ Θετταλίαν μόνοι νεμόμενοι Ἀλ-
βανοὶ, αἰσθόμενοι τὴν βασιλέως τελευτὴν, τῶν ἐκεῖ κατέδρα-
μον πόλεων καὶ ἐληΐσαντο οὐ πολλά. ὅπερ ὁ μέγας δομέστι-
κος πυθόμενος, κατὰ τάχος ἔπεμψε τοὺς ἀγγελοῦντας Ἀλβα-
νοῖς, ἢ τὴν λείαν ἀποδιδόναι καὶ μηδὲν νεωτεριζειν ἔτι, ἢ εἰ
μὴ πείθοιντο, ἐκδέχεσθαι αὐτὸν χρησόμενον ὡς πολεμίοις.
οἳ δὴ καὶ ὑποπτήξαντες τὴν ἀπειλὴν, οὐ μόνον τὴν λείαν B
ἀπέδοσαν τοῖς ἠδικημένοις, ἀλλὰ καὶ ἡσυχίαν ἄγειν ἐπηγγεί-
λαντο τοῦ λοιποῦ, εἰ μόνον ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις λήψον-
ται συγγνώμην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀλίγῳ ὕστερον. μετὰ δὲ
τὸ μέγαν δομέστικον ἐκ τῶν βασιλείων οἴκαδε ἐλθεῖν, κήρυκες
ἐφοίτων αὐτοῦ κελεύσαντος εἰς τὰς περὶ Βυζάντιον πόλεις καὶ
κώμας, πάντας ὅσοι τοῦ ἱεροῦ καταλόγου καλοῦντες πρὸς τὴν
Κωνσταντίνου πόλιν ἐφ' ἡμέρᾳ ῥητῇ, ὡς τῶν ὑπὲρ τοῦ τετελευ-
τηκότος βασιλέως τελεσθησομένων ἱλασμῶν. καὶ συνῆλθε πλῆθος
ἱερέων τοσοῦτον, ὥστε τὸν νεὼν τῆς Σοφίας τοῦ θεοῦ, μεγέθει μέγι-
στον ὄντα τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἁπάντων, ἐλάσσω τῆς χρείας τότε δο- C
κεῖν ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀκριβῶς πεπληρωμένον τῶν ἱερέων. ἐπεὶ δὲ

hunc modum diebus plus triginta missis epistolis amplius quingentis, ad tantum ordinem obedientiamque Romanum imperium universum redegit, ut nihil novi contigisse, sed Imperator adhuc aura vesci et praeesse rebus videretur. Nulli enim nec parvi nec magni motus audiebantur: nisi quod Albani in Thessalia, morte Imperatoris intellecta, urbes illic incursabant et, quamquam non admodum, depraedabantur. Quo comperto, magnus domesticus quam primum eo nuntium expedit. Albanis imperat, aut praedam restituant ac de caetero se contineant: aut si iussa detrectent, se apud ipsum in hostium loco futuros sciant. Quibus illi minis exterriti, non solum praedam spoliatis reddiderunt, verumetiam posthac nihil tale ausuros promiserunt, modo huius peccati gratia sibi fieret. Verum haec paulo post acciderunt. Postquam magnus domesticus e palatio domum concessit, praecones eius missu vicos et oppida Byzantio vicina concursant, omnem clerum Constantinopolim ad diem praefixam propter defunctum Imperatorem funebribus sacris expiandum evocantes. Confluxerunt tanti greges, ut Sophiae templum, omnium quae sol adspicit spatiosissimum, ad praesentem usum haud satis capax appareret, a sacerdotibus confertim repletum videlicet. Ubi

A. C. 1341 V. 285 καὶ ἡ προθεσμία παρῆν τῶν ἱλασμῶν, ἐτελοῦντο ἀθορύβῶς καὶ τεταγμένως οὕτως, ὡς δοκεῖν ὀλίγους τινὰς εἶναι καὶ εὐαριθμήτους τοὺς τελοῦντας. οὐδὲ γὰρ ἄσημός τις ἐξηκούετο θροῦς, οἷον ποιεῖν φιλεῖ τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἐξαισία τις εὐαρμοστία καὶ συμφωνία μέλους, πάντων ἐφεξῆς τοὺς ἱεροὺς ᾀδόντων ὕμνους. καὶ ἦν οὐκ ἔκπληξιν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡδονὴν τὸ θέαμα παρέχον, κατάλογος ἱερὸς ὁρώμενος τοσοῦτος ἅμα τοῖς ἱεράρχαις, στολαῖς ἱεραῖς κεκοσμημένοι καὶ μίαν τελοῦντες τελετὴν, ὑφ' ἑνὶ καθηγεμόνι τῷ πατριάρχῃ τεταγμένοι. λαμ-
D πάδων δὲ περιουσίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ πολυτελείᾳ τῆς παρασκευῆς καὶ τὰς πώποτε ὑμνουμένας παρηκόντισε τῶν ἑορτῶν. ἀναλώματα δὲ τὰ ἐπὶ τούτοις καὶ τοὺς τῶν ἱερέων μισθοὺς, φιλοτίμως μάλιστα γεγενημένους ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν, οἴκοθεν ὁ μέγας δομέστικος παρέσχετο αὐτός.

P. 351 β'. Ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν ἱλασμῶν τοιαῦτα ἐγεγόνει. αὐτὸς δὲ εἶχετο τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως ὥσπερ καὶ πρότερον, μηδένα ὑποπτεύων περὶ οὐδενός. τῷ πατριάρχῃ δὲ οὐκ ἤρκει μένειν ἐπὶ τοῖς προτέροις, ἀλλ' ἐδύκει δεῖν ἀντέχεσθαι τῆς τῶν κοινῶν πραγμάτων διοικήσεως, ὡς αὐτῷ προσηκούσης ἐκ τοιαύτης δή τινος αἰτίας. ἔτι περιόντος βασιλέως οὐκ ὀλίγῳ χρόνῳ πρὸ τῆς τελευτῆς συνεβούλευεν ὁ μέγας δομέστικος αὐτῷ πατριάρχην πεῖσαι ἐπιτίμιον ἀνατείνασθαι καὶ χωρισμὸν τῆς ἐκκλησίας τῶν πιστῶν, εἴ τις τετε-

dies placandis manibus dicta illuxit, omnia adeo citra tumultum tantoque ordine peracta sunt, quasi qui peragebant pauci ac numeratu faciles essent. Neque enim saltem obscurius murmur, quale in frequentia solet, sed admirabilis quaedam, omnibus alternatim sacros hymnos modulantibus, concinnitas atque convenientia vocum exaudiebatur: nec stupori tantum, sed voluptati quoque erat hoc spectaculum, dum ita ingens sacerdotum multitudo cum episcopis, induta sacris vestibus, sub uno patriarcha duce, iisdem ritibus fungeretur. Lampadum vero copia reliquique apparatus amplitudo omnium dierum festorum, qui unquam memorabiles exstiterunt, magnificentiam splendoremque superabat. Atque in haec et in sacerdotum amplissima honoraria pro cuiusque dignitate sumptum de suo fecit magnus domesticus.

2. Piamina quidem haec fuerunt. Ipse autem magnus domesticus, quomodo antehac, ad rem publicam procurandam incumbebat, de nemine nulla in re quidquam suspicans mali. Patriarcha in sua pelle quiescere non poterat, sed imperii administrationem, ut sibi congruentem, ex causa istiusmodi capessendam iudicabat. Non parum diu ante excessum Imperatori consilium dedit magnus domesticus, patriarchae auctor esset poenam et eiectionem ex ecclesia interminandi, si quis Imperatore mortuo

λευτηκότος βασιλέως ἐπιβουλεύσειε τοῖς ἐκείνου παισὶ καὶ τὴν A. C. 1341
βασιλείαν παρέλοιτο ἀδίκως. ἔφασκέ τε πείθειν ἐπιχειρῶν,
ὡς οὐδὲν ἔσονται τοιαῦτα πράττοντες τῶν ἀτόπων εἰργασμέ-
νοι καὶ παραλόγων, ἀλλὰ καὶ ὠφέλειαν οὐ μικράν τινα πα- C
5ρέξονται τοῖς παισὶν ἐκ τούτου, εἴ τι τοιοῦτον συμβαίη περὶ
αὐτούς. πᾶσι μὲν γὰρ ἄδηλον εἶναι τὸ τοῦ θανάτου τέλος,
ὁπότε ἥξει, μάλιστα δὲ αὐτοῖς ἀεὶ περὶ μάχας καὶ κινδύ-
νους ἠσχολημένοις. καὶ οὐδὲν εἶναι τῶν ἀδυνάτων, εἰ καὶ
ἀμφοτέροις αὐτοῖς συμβαίη περὶ μίαν μάχην πεσεῖν. εἰ δὲ
τοῦτο γένοιτο, ἀπρονοήτους παντάπασι συμβαίνει λείπεσθαι
τοὺς παῖδας, μήθ' ἑαυτοῖς ἀμύνειν διὰ νηπιότητα δυναμέ-
νους, μήθ' ἕτερόν τινα ἔχοντας τὸν προστησόμενον γνησίως
καὶ ἀδόλως. βασιλεὺς δὲ οὐκ ἐπείθετο ῥᾳδίως, γνώμης τε ὢν
ἀγαθῆς καὶ μᾶλλον οἰόμενος προσήκειν ἐπὶ τὴν πάντα δυναμέ-
15νην δεξιὰν τὰς ἐλπίδας τῆς τῶν παίδων σωτηρίας ἔχειν, ἢ πρὸς
συκίνην ἐπικουρίαν τὴν ἐξ ἀνθρωπίνης ἐπινοίας ἀποβλέπειν, συνο-
ρῶν, ὡς καὶ τοῖς πρὸ ἐκείνων βασιλεῦσι τοιαῦτα ἐπινενοημένα ὐπ- D
σαν οὐδέν. ἔφασκέ τε, ὡς ἡ θεὸς ἄνωθεν χεῖρα σώζουσαν ὑπερέχων
vos non ultra quam decet sapere: et vel Sismano triremibus trans Istrum Bidenen deportato, bellum civile inter vos suscitabimus (non enim nescitis, Moesos magnam partem ob amicitiae vetustatem cognationemque generis ad eum defecturos) et Alexandrum regno penitus exturbabimus aut certe non exiguis eum cladibus afficiemus: vel si hoc non probabitur, quia infirmius erit quam pro rei conditione auxilium, equidem ego ipse cum Romano exercitu mecum Sismanum habens, in vos profectus, acerrime vobiscum depraeliabor: non solum ut a foedifragis ipse offensus, sed et inique violato opem ferens: vobiscum, inquam, qui factionibus dissidentes, alii Alexandro adhaerebitis, alii libentius ab eo discedentes, cum Sismano vos coniungetis; quod e re vestra futurum non existimo. Ego vero et aliam belli viam, qua regionem vestram infestam habere, nostram tutam praestare licebit, non vos celabo: ut atrocissime multati, vosmetipsos ea mala vobis intrivisse agnoscatis. Etenim Amurius Aitinae filius, satraparum Asiae opulentissimus, quem et vos de fama cognovistis, cum de morte imperatoris accepisset, ratus se Romanorum terras facillime depraedaturum, quod iam propugnatore carerent, impletis ducentis quinquaginta navibus

A.C. 1341 εἶτο σπουδὴν κακοῦν τὴν ἡμετέραν. ἐπεὶ δὲ ἐπυθόμην αὐτὸς τῶν Περσῶν τὴν ἐσομένην εἰσβολὴν, πρεσβείαν πέμψας πρὸς ἐκεῖνον, ἐν τοῖς μάλιστα ἐξητασμένον τῶν φίλων τῶν ἐμῶν, ἐκέλευον ἀναστρέφειν καὶ ἀπέχεσθαι τῆς πείρας, ὡς οὐδέσιν ἄλλοις ἐπιστρατεύσοντα ἢ ἐμοί. ὁ δ' ἅμα τε ἐδέξατο τὴν πρεσβείαν καὶ ἀνέστρεφεν ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ. νυνὶ δὲ ἐνταῦθα πρὸς ἐμὲ πρεσβείαν πεπομφὼς, δεῖται μὴ περιιδεῖν αὐτῷ τὴν στρατιὰν εἰκῇ συνειλεγμένην, ἀλλ' εἴ τις πρός τινα
C πόλεμος ἡμῖν, χρήσασθαι αὐτῇ, ὡς ἂν ἥ τε στρατιὰ ὠφεληθείη ἀπὸ τῶν πολεμίων τῶν λαφύρων, ἐκεῖνός τε μὴ μάτην
V. 303 εἴη τοσαῦτα χρήματα ἀναλωκὼς, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτό γε καρπώσαιτο, τὸ ἀναλωκέναι ὑπὲρ φίλου. οὐ χρὴ δὲ ἀπιστεῖν τοῖς λεγομένοις, κόμπου ἕνεκα καὶ αὐχήματος διακένου πεπλάσθαι οἰομένους. πρὸς γὰρ τῷ μὴ εὐχερεῖς ἡμᾶς πρὸς πλάσματα καὶ ψεύδη εἶναι, ἔξεστι καὶ αὐτοῖς ἀνερευνῶσιν ἐξευρίσκειν
ὡς ἀληθῆ. ἐγὼ μὲν οὖν τὴν εἰρήνην πολλῷ βελτίω καὶ λυσιτελεστέραν ἑκατέροις οἰόμενος ἡμῖν, αὐτός τε ἀσπάζομαι καὶ ὑμῖν ἔχεσθαι ταύτης παραινῶ. διὸ οὐδὲ πρὸς ὑμᾶς ἀπαγορεύω τὸ νῦν ἔχον, ἀλλ' ὡς τάχιστα πρὸς τὸν πέμψαντα
D ἐπανελθόντες, Σίσμανον μὲν ἀπαγγείλατε μηδέποτε λήψεσθαι προσδοκᾶν· εἰ δ' ἐκείνῳ διὰ ταῦτα πρὸς ἡμᾶς δοκεῖ πολεμητέα εἶναι, ἐν εἴκοσιν ἡμέραις, αἷς δυνήσεσθε ἐπανελθεῖν, τὸν πόλεμον ἀπαγγέλλειν. ἐν τοσαύταις γὰρ καὶ τὸν Ἀμοὺρ πρεσβευτὴν ἐνταυθοῖ παρασκευάσω διατρίβειν, ἵν' εἰ ὁ πόλε-

omnes eo nervos intendit, ut agros nostros popularet. De cuius irruptione ego audiens, cum ego illum inter amicissimos meos numerarem, misi qui hortarentur, uti coeptis desistens reverteretur, utpote non in alios, quam in me iturum. Is simulac legatum audivit, e medio itinere retro rediit. Nunc ad me misit rogavitque, ne exercitum a se frustra collectum esse sinam; sed si quod nobis bellum sit, eo contra hostem utamur: ut et milites spoliis ditentur et ipse tantos sumptus sine ullo fructu ne effuderit, sed hunc saltem consequatur, quod pro amico eos posuerit. Ac nolim vos dictis meis fidem detrahere et ventosae cuiusdam ostentationis causa haec conficta arbitrari. Nam praeterquam quod ad figmenta et mendacia non propendemus, vos item si indagaveritis, vera esse comperietis. Quocirca pacem utrisque nostrum longe meliorem utilioremque statuens, et ipse eam amplector et vos ad eandem capessendam adhortor. Itaque propter vos in praesens non mihi concidit animus. Sed agite, ad regem vestrum quam citissime potest reversi, ut Sismanum se recepturum ne speret, renuntiate. Si idcirco nos bello lacessendos putabit, ut diebus viginti, quibus redire poteritis, bellum nobis indicat: tamdiu enim et legatum Amurii hic haerere

μος ἀπαγγέλλοιτο, γράμμασιν ἐκείνῳ τὴν ἐνθάδε ἄφιξιν ἐπι- A. C. 1341
τρέψω. πάντως δὲ ῥᾷον οἴεσθαι αὐτὸν ὑμᾶς καὶ προθυμότερον ἀφικέσθαι χρὴ, ἢ πρότερον ἐκ τῆς στρατείας ἀναστρέφειν, πειθόμενον τοῖς λόγοις τοῖς ἐμοῖς. ἂν δ' ἀμελήσαντες τὴν προθεσμίαν ὑπερβῆτε, ἐμοὶ μὲν ἀσφαλὲς οὐκέτι ἡσυχάζειν, ἀλλ' αὐτός τε οἴκοθεν ἐξαρτύσομαι τὰ πρὸς τὸν πόλε- P. 374
μον καὶ τὴν Περσικὴν συμμαχίαν οὖσαν παρεσκευασμένην ἐνθάδε ἄξω· καὶ τοῦ λοιποῦ οὐδ' ἂν αὐτοὶ ἐθέλητε, καταπίθεσθαι ῥᾴδιον ἔσται τὸν πόλεμον ἐμοὶ, οὐ μόνον διὰ τὰ ἀναλωθέντα χρήματα πρὸς τοῦ πολέμου τὴν παρασκευὴν, ἃ κομίζεσθαι ἐκ τῆς ὑμετέρας ἀναγκαῖον, ἀλλ' ὅτι καὶ τοὺς κατὰ συμμαχίαν ἥξοντας βαρβάρους οὐ κεναῖς χερσὶν, ἀλλ' ὠφεληθέντας ἐκ τῆς πολεμίας, πρὸς τὴν οἰκείαν δεῖ ἐπαναστρέφειν. διὰ ταῦτα ὑμᾶς τε σπουδῇ χρήσασθαι πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν ἀναγκαῖον, καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα πυθόμενον τὰ παρ' ἡμῶν, ἃ συνοίσειν οἴεται αὐτῷ, τὴν ταχίστην ἀπαγγέλλειν." ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπεν· οἱ δὲ Ἀλεξάνδρου πρε- B
σβευταὶ ὥσπερ ἐκλαθόμενοι τοῦ προτέρου φυσήματος καὶ τῆς μεγαλορρημοσύνης τῆς πρὸς τὰς δημηγορίας μεταβαλόντες, ἐγίνοντο ἱκέται, πλείω αὐτοῖς παρασχεθῆναι προθεσμίαν. αὐτοὶ μὲν γὰρ ἔφασαν πᾶσαν ἐπιδείξεσθαι σπουδὴν πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν· ἂν δ' ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἐν ἐσχατιαῖς διάγῃ τῆς ἀρχῆς, οὐκ ἐξαρκέσειν τὰς ἡμέρας, ἐνδεεστέρας οὔσας, ἢ προσήκει ἄνυσθῆναι τὴν ὁδόν. καὶ ἐπεὶ ἐδόκει ἡ ἀξίωσις αὐτῶν

3. χρὴ om. P.

faciam, quo bello denuntiato, per litteras ei huc veniendi copiam concedam; et omnino facilius atque cupidius huc venturum, quam antea auctoritati meae obsecundans, expeditione interrupta, rediit, existimandum est. Sin quadam neglectione diem praefixam transgrediemini, non mihi amplius tutum erit requiescere; verum et ipse per me bellum apparabo, et Persicas copias iam paratas huc accersam: nec de cetero, etiam vobis cupientibus, ego facile bellum omittere potero, non solum propter impensam in eo instruendo factam, quam e vestris vectigalibus reficere necesse erit, sed quod etiam socios barbaros non vacuis manibus, sed ex hostili solo auctos lucris domum remeare, oportebit. Igitur et vos iter properare et regem vestrum, responsione nostra percepta, quae in rem suam fore duxerit, celerrime nuntianda curare opus est. Hactenus ille. Oratores Alexandri velut obliti priorum spirituum et grandiloquentiae, reducto calculo, diem sibi laxiorem definiri rogitarunt. Ac se quidem summa festinatione iter facturos praedicabant. Sed si rex in ultimo regno degeret, spatium praestitutum esse brevius, quam ut viae conficiundae sufficeret. Probata petitione, dies tri-

A.C. 1341 δικαία εἶναι, τριάκοντα παρείχοντο αὐτοῖς ἡμέραι, ἐν αἷς ἔδει ἐπαναστρέψαντας ἢ τὴν οὖσαν εἰρήνην ἐπιβεβαιοῦν καὶ
C τὰς σπονδάς, ἢ πόλεμον καταγγέλλειν. οἱ μὲν οὖν Ἀλεξάνδρου πρέσβεις τοιαύτας ἀποκρίσεις παρὰ τοῦ μεγάλου δεξάμενοι δομεστίκου, πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανῆκον. βασιλὶς δὲ καὶ ἡ σύγκλητος πᾶσα, ἐθαύμαζόν τε τῆς συνέσεως αὐτὸν καὶ χάριτας ἤδεσαν πολλὰς, ὅτι οὓς αὐτοὶ ὠῤῥώδουν ἐν τῇ προτεραίᾳ καὶ πρὸς οὓς οὐδὲ ἀπολογίας εὐπόρουν εὐπροσώπου, ἀλλ' ἀπορίᾳ πάντοθεν συνείχοντο, τούτους οὕτω κατέστησεν αὐτὸς περιδεεῖς, ὥστε ἀμελήσαντας τῶν ἄλλων δεῖσθαι περὶ τῆς προθεσμίας, ὡς περί τινος ἀναγκαίου. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

D ἡ. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος τοῖς μὲν στρατιώταις κατὰ
V. 304 πόλεις ἐκέλευε διὰ γραμμάτων παρασκευάζεσθαι, ὡς, ἢν δέῃ, πολεμήσων τοῖς Μυσοῖς. ὁρῶν δὲ οὐ τοῦ καταλόγου μόνου τοῦ στρατιωτικοῦ πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγους προφάσει τοῦ μὴ τὰς παρὰ βασιλέως ἑκάστῳ τεταγμένας χορηγίας ἀκεραίους εἶναι, παντάπασιν ἀμελοῦντας πρὸς τὰς στρατείας
P. 375 καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας ἀποστεροῦντας τὸ κοινὸν, ἐσκέπτετο, ὅθεν ἂν ἐκείνους τε τῆς πιεζούσης ἀπορίας ἀπαλλάξαι, τὸ ἐλλεῖπον ἑκάστῳ πρὸς τὴν ἐκ βασιλέως πρόνοιαν ἀναπληρώσας, καὶ αὐτὸς αὐτοῖς πρὸς δέον χρήσαιτο ἑκάστῳ, πάντας πρὸς τὸ κοινῇ λυσιτελοῦν ἀποδείξας συνεισφέροντάς τι. οὕτω δὲ περὶ τούτων αὐτῷ φροντίζοντι πρὸς ἑαυτὸν, ὁ Πα-

10. μελήσαντας P. 16. πολλοὶ et ὀλίγοι P. 20. πενίας pro ἀπορ. M.

ginta concessi, quibus reversi, aut pacem antea compositam et foedus confirmarent, aut arma denuntiarent. Istiusmodi responsum a magno domestico ferentes, in Moesiam redierunt. Imperatrix totumque concilium et prudentiam eius admirati sunt, et gratias multas habuerunt, quod quos heri metuebant quibusque quid honeste responderent, non videbant, cum quo se verterent nescirent, eos ille tam formidolosos redegisset, ut neglectis aliis, diem ampliandum, velut rem necessariam, orarent. Sed de his dictum est satis.

8. At magnus domesticus, missis oppidatim epistolis, veteranos ad bellum cum Moesis gerendum, ubi necesse fuerit, paratos esse iussit. Sed cum animadverteret, non solum ex albo militari multos, verum etiam de aliis complures, obtentu quod decretum quisque ab imperatore stipendium non integre perciperet, ad expeditiones parum promptos et rem publicam privari, quas illi praestabant, commoditatibus: quo pacto et paupertatis eos onere levaret, supplcto quod cuique ad praescriptum imperatoris deerat, et ipse singulorum opera opportune usus efficeret, ut omnes ad communem fructum aliquid conferrent, secum considerabat. Interea Patriciota,

τριακώτης προσελθών, πολὺν δή τινα χρόνον περὶ ἀπογρα- A.C. 1341
φὰς ἠσχολημένος καὶ πεῖραν ἐν τοῖς τοιούτοις ἐσχηκὼς πολλὴν, ἀκηκοέναι ἔφασκεν αὐτὸν πάντας βούλεσθαι πρὸς τὰς στρατείας ἀπροφασίστους παρασκευάζειν ταῖς ἐκ τῶν δημο- B
σίων ἀποτεταγμέναις αὐτοῖς προσόδοις τὰ ἐλλείποντα ἀναπληρῶν ἢ καὶ προστιθείς. τὰ δὲ τοιαῦτα οὔτε βέλτιον, ὥσπερ ἂν εἰδείη καὶ αὐτὸς, οὔτε μὴν μετ' ἐμπειρίας πλείονος ἑτέρῳ τινὶ τῶν πάντων ἢ αὐτῷ ὑπηρετηθείη. ὅτι δὲ μὴ προσκληθεὶς, ἀλλ' αὐτὸς πρότερος προσελθὼν, ἐγχειρισθῆναι τὴν ἀπογραφὴν ἀξιοίη, οὐ δίκαιον ὑποπτεύειν. οὐ γὰρ ἐπιθυμίᾳ κέρδους μᾶλλον, ἢ τοῦ βούλεσθαι αὐτῷ πρὸς τὰ κοινῇ συναίρεσθαι λυσιτελοῦντα, τοιαῦτα προελέσθαι, μάλιστα ποιουμένῳ περὶ πλείστου, τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν μείζω καὶ περιφανεστέραν ἀποδεικνύναι. τούτου δὲ ἀπόδειξιν οὐ λό- C
γοις, ἀλλ' ἔργοις πειράσεσθαι παρέχειν ἐναργῆ. ἔτεσι γὰρ ἤδη καὶ πρότερόν τισιν οὐκ ὀλίγοις ἠσχολημένῳ περὶ τὰ τοιαῦτα, χρήματα ἠθροικέναι οὐκ ὀλίγα ἐξεγένετο, καίτοι πειρωμένῳ μάλιστα, μὴ βιαίῳ, μηδ' ἐκ παντὸς τρόπου κερδαίνειν, εἶναι. ἃ δὴ ὕστερον οὐκ εἴα ἠρεμεῖν, ἀλλὰ πολλοὺς ἐκίνει λογισμοὺς ἐν τῇ ψυχῇ, μὴ κατορύττειν, ἀλλ' εἰς εὐποιΐας ἀναλίσκειν τινῶν ἀνθρώπων, ὡς διὰ τούτου δυναμένῳ τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἀποτρίβεσθαι κηλῖδα. νῦν μὲν οὖν ἐδόκει φροντιστήριον ἐκ τούτων ἀνδρῶν οἰκοδομεῖν τῷ θεῷ καθάπαξ

14. τούτων M. 16. τὰ om. P. 18. βιαίως P. ἐκτὸς pro ἐκ P. et M.

qui diu publicis professionum tabulis conficiendis vacaverat, multamque in eo munere experientiam consecutus erat, accedens, se audisse narrat, illum velle omnes expeditioni citra excusationem accingi, et pensiones illis de publico constitutas supplere, vel augere etiam. Tale vero negotium nec melius (quod sciret etiam ipse) nec experientius a quoquam praeter se administrari posse. Iam quod non advocatus, sed sponte sua veniret, descriptionemque sibi mandari cuperet, nihil iustae suspicionis habere. Haud enim cupiditate questus magis, quam quod ipsum maximopere optantem Romanorum principatum amplificare et illustrare, in eo boni communis ergo adiuvare constituisset, hanc potissimum mentem suscepisse seque id non verbis, sed factis evidenter demonstrare conaturum. Nam antea pluribus annis in hoc munere versantem, magnam pecuniae vim, tametsi non vi, ne quo iure, qua iniuria compendia sua quaerere niteretur, confecisse, quam otiosam in posterum iacere non sivisse; sed frequenter in pectore volvisse, quomodo non humi defossam ad beneficentiam liberalitatemque conferret, et ita peccatorum suorum maculas deterere posset. Aliquando igitur aedificare monasterium virorum, qui plane se Deo dedicassent, et per liberalitatem in illos collatam sibi divinum numen placare, per

A.C. 1341 ἀνατεθεικότων ἑαυτοὺς, καὶ διὰ τῆς εἰς ἐκείνους εὐποιΐας
ἱλεοῦν τὸ θεῖον ἑαυτῷ, διαλλακταῖς ἐκείνοις τὰ τοιαῦτα μά-
D λιστα καταπράττεσθαι χρωμένῳ οὐσι δυνατοῖς· νυνὶ δὲ εἰς
πένητας ἀγύρτας ἀναλοῦν. ὡς τῶν προτέρων ἢ ἐκείνων μὴ
εἰς δέον τοῖς χρήμασι δυνησομένων χρήσασθαι, ἢ ἑτέρων
ἁρπαγῇ καὶ ἀδικίᾳ χρησομένων καὶ διαφθερούντων, ὡς δὲ
σοῦ μόνου καταστάντος ἐπὶ τοῖς πράγμασι καὶ τὴν διάνοιαν
κατεῖδον, ὡς ὑπὲρ ὠφελείας τῶν κοινῶν οὐ χρήματα μόνον,
ἀλλὰ καὶ ψυχὴν αὐτὴν, εἰ οἷόν τε, προΐεσθαι διανοῇ, καὶ τὸν
τρόπον προειδὼς ὡς ἀγαθὸς, ἔγνων δεῖν σοὶ τὰ χρήματα ἐκεῖ-
να ἐγχειρίζειν, ὡς οὐ καλῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐλόγως καὶ ἀκρι-
V. 305 βῶς ὑπὲρ τῶν κοινῇ Ῥωμαίοις συμφερόντων ἀναλωθησομέ-
νων, ἐπειδὴ καὶ ἐκ τούτων συνελέγησαν αὐτῶν. ἃ δὴ
πάντα ἥκω ἐγχειρίζων, ἐφ' ὅ,τι ἂν ᾖ σοι χρησομένῳ βούλησις.
P. 376 ἔξεστιν οὖν παντί τῳ ἀπόδειξιν λαμβάνειν ἐναργῆ, ὡς οὐ
χρηματισόμενος ἐκ τῆς ἀπογραφῆς, ἥκω δεόμενος καταστῆναι
πρὸς αὐτήν· (ἐξῆν γὰρ ἔχοντα, ἃ κέκτημαι, μηδὲν περαιτέρω
πολυπραγμονεῖν,) ἀλλά σοι φανεῖσθαι χρήσιμος ἐπιθυμῶν
καὶ πολλὰ συνάρασθαι δυνάμενος πρὸς τὸ τὴν ἀρχαίαν εὐ-
δαιμονίαν τοῖς Ῥωμαίοις ἀνασώζειν, πολλὴν τούτου ἕνεκα
καὶ συνεχῆ ποιουμένῳ τὴν φροντίδα." ὁ δὲ ἄσμενος ἀποδεξά-
μενος τοὺς λόγους, περὶ μὲν τῶν χρημάτων, ἔφασκε, χάριν
B αὐτῷ πολλὴν εἰδέναι, οὐ τῷ ὑπὲρ τῶν κοινῇ συμφερόντων

5. *δυναμένων* P. 11. *καὶ* alterum om. P. et M. 15. *τῳ* M., *τὴν* P.

reconciliatores nimirum, qui id praestare imprimis queunt: aliquando in mendicos circumforaneos consumere cogitasse. Sed cum reputarit, aut illos, aut hos commode pecunia non usuros, aut alios per rapinam et scelus usuros, eamque disperdituros, et illum solum rerum praesidem, eiusque sensum perspexerit, quomodo ob communem utilitatem non pecuniam modo, verum et ipsam animam, si facultas sit, pro nihilo habere meditetur, et morum eius honestatem iam noverit, statuisse ipsi offerendam pecuniam illam, non honeste solum, sed et cum ratione et diligentia ad publicam Romanorum utilitatem insumendam, quando et ab ipsis collecta sit. Hanc igitur omnem illi venisse tradere, ubicumque voluerit utendam. Itaque patere omnibus, non ideo se adesse, ut se huic muneri quaestus faciendi causa praefici roget, cum parta retinendi ac de cetero in otio vivendi libertas fuerit: sed quia ipsi ad veterem felicitatem Romanis recuperandam tam intensa et assidua cura incumbenti utilis et ad iuvandum idoneus videri cupiat. Hac oratione delectatus magnus domesticus, de pecunia se illi gratiam habere ait; non tantum quod eam ad communem usum contulerit: sed quod etiam sibi eius dispensandae rationem crediderit, quam

μόνον παρεσχῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τῷ αὐτῶν πεπιστευκέναι τὴν A.C. 1341
διοίκησιν αὐτῷ ὀρθῶς πεπεισμένῳ καὶ δικαίως ἀναλώσειν. τὸ μὲν γὰρ τινα τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν ἐγκεχειρισμένον μὴ τὴν οὐσίαν ποιεῖν βελτίω, ἀλλ' ὅσα πρὶν ἅπτεσθαι, τοσαῦτα ἔχοντα ἀπαλλάττεσθαι καὶ χρημάτων ὡς ἐπίπαν ὀφθῆναι κρείττω, οὐ χαλεπὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον σχεδόν. τὸ δ' ἔχοντα ἤδη καὶ μηδὲν ὑποπτεύοντα δεινὸν περὶ αὐτῶν, ἔπειτα ἑκόντα βουληθῆναι ἀποθέσθαι καὶ, ἃ συνέλεξε κακῶς, χρήσασθαι εἰς δέον, οὐ τῶν πολλῶν, ἀλλὰ τῶν βουλομένων σώζεσθαι καὶ πεπεισμένων ἀκριβῶς, ὡς πάντων παρέξουσιν εὐθύνας τῶν βεβιωμένων μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγήν. βέλτιον μὲν γὰρ, μὴ ἁμαρτάνειν τὴν ἀρχὴν, μηδὲ κηλῖσι πολλαῖς καταμιαίνειν τὴν ψυχήν· C
ἂν δ' ἄρα τοῦτο συμβαίνῃ, δευτέρας ἀναμαρτησίας ἀρχὴ, τὸ μὴ μόνον πεπαῦσθαι τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ ἀντίῤῥοπον ἐπιδείκνυσθαι τῶν ἀγαθῶν τὴν ἐργασίαν. διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἐπαινῶ σε τῆς μεταβολῆς καὶ τοῦ μὴ τρόπον ἕτερον, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν κοινῇ συμφερόντων τὰ χρήματα βουληθῆναι ἐπιδοῦναι. ὅτι δὲ μὴ προσκληθεὶς, ἀλλὰ πρότερος προσελθὼν αὐτὸς τὸ ἐπανισοῦν τοῖς στρατιώταις τὰς ἐκ τῶν δημοσίων ᾔτησας τοῦ βίου ἀφορμὰς, τοσοῦτον ἀπέχω καταγινώσκειν, ὥστε καὶ πρότερον αὐτὸν οἴκοθεν ὁρμημένον, διὰ τὴν περὶ ταῦτα ἐμπειρίαν σοὶ τὴν ὑπηρεσίαν ἐγχειρίζειν, νῦν μᾶλλον ἀνέπεισας βέλτιον οἴεσθαι καὶ δικαιότερον τὰ τοιαῦτα διοικήσειν. οὐ γὰρ ὁμοί- D

14. τε παῦσθαι P.

recte fideliterque collocare velit. Nam quemplam, cui communium rerum mandata est procuratio, non inde augere facultates suas, sed quae ante magistratum acquisivit, in his emori et a pecunia invictum prorsus apparere, non difficile solum, sed nunquam contingere. Possidere autem iam ac ob id nihil formidare mali, deinde aequo animo velle erogare et male collectis bene uti, hoc non multorum, sed salvari volentium esse certoque credentium, se post finem huius lucis omnium in vita gestorum rationem reddituros. Praestat quidem non peccare prorsus, neque maculis multis foedare animam: si tamen id evenerit, non iterum peccandi principium erit, non modo a delictis abstinere, sed et admissa sequentibus recte factis compensare. Ideirco te ob istam mutationem, quod non aliter quam ad communem fructum pecuniam tuam donandam censueris, laudo. Quod vero non vocatus, sed ultro ad me adiens vitae subsidia a militibus de publico pendi solita exaequare petivisti, tantum abest, ut damnem, ut cum prius ipse meopte impulsu tibi propter experientiam hoc ministerii committere voluerim, nunc amplius credam, te id melius ac iustius obiturum. Non enim aeque et qui promissis largus est, et qui nihil promittit, promissa

A. C. 1341 ὡς ὅ, τε πολλὰ ἐπαγγειλάμενος καὶ ὁ μηδὲν, περὶ τῶν ἐπηγγελμένων τὴν ἐκπλήρωσιν σπουδάσουσι. τὴν μὲν οὖν ὑπηρεσίαν τῶν τοιούτων ἐπιτρέπω. σὲ δὲ καὶ αὐτὸν οἴεσθαι προσῆκον, μὴ μικρά τινα καὶ εὐκαταφρόνητα μετιέναι, μηδ' οἷα μήτε διοικούμενα καλῶς, πολλὴν ὠφέλειαν παρέχειν τῷ κοινῷ, μήτ' ἐπίσης βλάπτειν, ἂν ῥᾳθύμως καὶ πανούργως πράττωνται. ὅπερ γάρ ἐστι τοῖς πολιτικοῖς πράγμασιν ὁ κριτὴς, τοῦτο τοῖς δημοσίοις δύναιτ' ἂν ὁ ἐξισωτής. ἐκεῖνος τε γὰρ εὐνομίαν ταῖς πόλεσι παρασκευάζει, δικαίως διαιτῶν καὶ τοῖς νόμοις πείθεσθαι καταναγκάζων, καὶ οὗτος, ἂν ἐθέλῃ τὰ δίκαια ποιεῖν καὶ τὰ λυσιτελοῦντα τῷ κοινῷ, τῶν μὲν P. 377 ἀφαιρήσεται, ἂν πλέον καρπῶνται τοῦ δικαίου, τοῖς δὲ ἔλαττον ἔχουσι προσθεὶς, προθύμους πρὸς τὰς στρατείας παρασκεύασει πάντας καὶ φυλάττοντας τὴν τάξιν καὶ πειθομένους ἄριστα τοῖς στρατηγοῖς. ὡς οὖν μεγάλα πεπιστευμένος καὶ τὰ μέγιστα συμβαλλόμενα πρὸς τὴν διοίκησιν τῶν ὅλων, οὕτω χρὴ καὶ πεπεῖσθαι καὶ προσήκουσαν σπουδὴν καὶ προθυμίαν ἐπιδείκνυσθαι ἐπὶ τοῖς ἔργοις." τοιαῦτα μὲν διῆλθε B πρὸς αὐτὸν, ἀπολογίαν ποιούμενος ἐφ' οἷς ἠξίου. ἔπειτα τῶν χρημάτων ἐπυνθάνετο τὸν ἀριθμὸν ὁπόσος εἴη. τοῦ δὲ ἀποκριναμένου, χρυσίου μὲν εἶναι μυριάδας δέκα, ἔπιπλά τε καὶ σκεύη, ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα καὶ ἀργύρου, χρυσίων τετρακισμυρίων ἄξια, καὶ ταῦτα φαμένου πάντα τὸ νῦν ἔχον V. 306 ἑτοίμως ἐπιδοῦναι ἔχειν, τῶν οἰκετῶν μετακαλεσάμενός τινα,

implere enituntur. Hanc igitur provinciam tibi iniungo. Te quoque par est existimare, non parva quaedam et despicabilia abs te tractari et quae nec, si probe curentur, communi admodum proficiant: nec non perinde noceant, si seguiter ac nequiter fiant. Quod namque in re politica iudex, hoc in publicis stipendiis praestare possit exaequator. Etenim et ille ex aequitate arbitriis faciendis et ad legum obedientiam cogendo, bonum civitatis statum conciliat, et hic, si iustus esse communique commodare velit, alios spoliabit, si ultra iustum fructus percipiant, aliis minus habentibus plus addet, omnesque ad militandum promptos et ordinum observantes et ducibus obsequentissimos reddet. Quia igitur magnarum et ad gubernationem summae rei publicae utilissimarum rerum tibi credita cura est, te id sentire et in opere conveniens studium alacritatemque adhibere oportet. Atque haec quidem ad eius petitionem disseruit ac respondit: post, quantum esset pecuniae, quaesivit. Eo respondente, aureorum centum millia, supellectilem vero et vasa ex auro argentoque quadraginta millibus aestimata, quae omnia in praesens donare paratus sit, quodam famulorum accito, abi igitur, inquit, et huic da isthaec. Qui cum sine mora abiret, iussa con-

„οὐκοῦν" ἔφη „ταῦτα τούτῳ παράδος ἀπελθών." ὡς δὲ μη- A.C. 1341
δὲν μελλήσας ἐπορεύετο τὰ προστεταγμένα ἐκπληρώσων,
πρὶν οἴκαδε ἐλθεῖν ὁ μέγας δομέστικος ἐκέλευεν ἀναστρέ-
φειν. καὶ τῆς μὲν προθυμίας ἕνεκα ἐπῄνει, τὰ χρήμα-
5τα δὲ ἐκέλευεν αὐτὸν φυλάττειν, ὡς νῦν μὲν αὐτῶν οὐ
δεομένῳ. ἐὰν δὲ τῶν ἰδίων ἀναλωθέντων, καὶ τούτων δε-
ηθῇ, τότ' ἤδη λαμβάνειν, ὡς αὐτῷ καὶ ταῦτα διαφέροντα,
καὶ ἀναλίσκειν, ὅποι ἂν δοκῇ τῷ κοινῷ ἀναλωθέντα μά-
λιστα λυσιτελήσειν. ὁ δ' ἀπηγόρευε μὲν τῶν χρημάτων C
10τὴν φυλακὴν, οὐ καθ' ἡδονὴν εἶναι, φάσκων, αὐτῷ παρα-
κατέχειν ἔτι· ὅμως ἀναγκαίως προσταττόμενος ἐπείθετο.
μετὰ τοῦτο δὲ ὁ μέγας δομέστικος τῶν τε συγκλητικῶν καθ'
ἕνα καὶ τῶν ἄλλως εὐγενείᾳ διαφερόντων, ἔπειτα καὶ στρα-
τιώτας μετακαλούμενος, τῆς τε παρὰ βασιλέως ἀποτεταγμέ-
15νης ἑκάστῳ προνοίας ἐπυνθάνετο τὸν ἀριθμὸν καὶ εἰ τοσοῦ-
τον κέκτηται νῦν ἢ τοῦ τεταγμένου ἧττον. τῶν δὲ ἀποκρι-
ναμένων ἑκάστου, ὅπως εἶχε τὰ αὐτοῦ, τοῖς μὲν ἀπεστερη-
μένοις τῶν δεόντων τὸν Πατρικιώτην ἐκέλευεν ἀναπληροῦν
καὶ προσέτι προστιθέναι, ὅσον αὐτῷ καλῶς ἔχειν ἐδόκει,
20ἀναλόγως ἑκάστῳ τὴν εὐεργεσίαν προστιθείς· τοῖς δὲ ἀνεν- D
δεεῖς τὰς ἐκ βασιλέως ἔχουσι προσόδους καὶ αὐτοῖς ἐκέλευεν
ὁμοίως πρὸς οἷς ἔχουσι καὶ ἑτέρας προστιθέναι. καὶ ἐν ἑξή-
κοντα ἡμέραις μάλιστα γεγενημένου τοῦ ἀναδασμοῦ, τοῖς τε
ἔλαττον ἔχουσι προσετίθετο τὸ ἐλλεῖπον μετὰ προσθήκης, καὶ
25τοῖς λειπομένοις μηδενὸς ἡ προσθήκη προσεγίνετο. καὶ πάν-

16. ἀποκρινομένων P.

fecturus, priusquam domum attingeret, magnus domesticus eum revocat, et de lubentia collaudatum, pecunias servare iubet, quod iis modo non egeat. Ubi suis consumptis, et his indiguerit, tum ipsas quoque ut sibi necessarias accepturum, ibique eas positurum, ubi earum erogatio rei publicae plurimum profutura videbitur. Hic ille primum tergiversari et dictitare, parum sibi iucundam esse pecuniae custodiam. Verumtamen imperata facere necesse habuit. Secundum haec magnus domesticus, primoribus singulis et alioqui nobilitate praestantibus et praeterea militibus accersitis, quantum cuique Imperator decrevisset, percunctabatur et tantumne modo, an minus possiderent. Quibus sigillatim quod res erat respondentibus, Patriciotae mandavit, ut qui fraudati essent, eorum damna resarciret: et insuper quantum decere iudicaret, spectata cuiusque dignitate et meritis, adiiceret. Qui ab Imperatore sufficientia haberent stipendia, illis similiter alia addi iussit. Sic diebus sexaginta maxime divisione facta, cum minus habentibus, quod decrat, accederet cum auctario, et reliquis nihil desiderantibus tamen addere-

A.C. 1341 τες ἔξαρκούσας τὰς προσόδους ἡγησάμενοι, χάριτάς τε ὡμολόγουν τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ πολλὰς, καὶ πρόθυμοι ἦσαν τοῖς ὁπουδήποτε γῆς τῶν Ῥωμαίων πολεμίοις μάχεσθαι. καὶ ὅπλα ἐπεσκεύαζον διασμήχοντες, καὶ ἵππους προσεποριζοντο καὶ πλείους καὶ βελτίους τῶν προτέρων· καὶ ὅλως ἐδόκουν καὶ ἀγανακτεῖν, ὅτι μὴ τάχιον πρὸς ἄμυναν ἐξάγονται τῶν πολεμίων.

P. 378 Θ'. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα αὐτῷ διῴκητο καλῶς, συνεβούλευε Β τῇ βασιλίδι, τὸν υἱὸν βασιλέα τὸν Ἰωάννην χρίειν τε μύρῳ τῷ ἁγίῳ καὶ στέφει τὴν κεφαλὴν κατακοσμεῖν. καὶ ἔπεισέ γε δόξας βουλεύεσθαι καλῶς. τῶν δὲ καθ' αἷμα προσηκόντων βασιλεῖ τινων μὴ δίκαιον εἶναι παραινούντων, τοῦ πατρὸς ὀλίγῳ πρότερον τετελευτηκότος βασιλέως, τὸν υἱὸν πανηγυρίζειν, (τοῦτο δὲ αὐτοῖς ὁ παρακοιμώμενος Ἀπόκαυκος ὑπετίθει λέγειν, ὡς ἐκ τῶν ὕστερον γέγονε καταφανὲς, τὴν γε- γενημένην στάσιν μελετῶν καὶ μὴ βουλόμενος βασιλίδα τῆς εἰς αὐτὴν καὶ τὸν υἱὸν εὐνοίας ἐνέχυρα πιστὰ κεκτῆσθαι παρὰ μεγάλου δομεστίκου,) εἰς τὴν ὑστεραίαν τὸ ἔργον ἀνεβάλλετο ἡ βασιλὶς, τὴν μέμψιν τινῶν αἰτιωμένη, ὅτι δὴ πυ- C θόμενοι κατηγοροῖεν, ὡς οὐ κεχρημένων τῷ πράγματι κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐν οἷς ἔδει κόπτεσθαι καὶ θρηνεῖν, πανηγυριζόντων αὐτῶν καὶ τὴν βασιλικωτάτην τελούντων ἑορτήν. ὁ δ' ἀνοηταίνειν ἔφασκε παντάπασι τοὺς εἰρηκότας καὶ μηδὲ

1. ἐξαρχούσας P. 3. τῶν om. M. 10. καὶ alterum om. P. 14. Ἀπόκαυχος P. ubique.

tur, universi contenti stipendiis, magnum domesticum gratiarum actione prosequebantur: et ubicumque terrarum adversus Romanorum hostes ad decertandum se paratos ostendebant, arma extergentes et equos consuetis plures ac meliores comparantes dolentesque, quod non citius ad hostium iniurias defendendas educerentur.

9. His tam praeclare gestis, imperatrici suadere institit, uti Ioannem filium imperatorem oleo sancto ungendum et corona exornandum curaret. Placuit consilium: sed e consanguineis nonnullis dissentientibus, qui dicerent, haud aequum esse, patre imperatore paulo ante mortuo, filium agitare panegyrin (id quod illis Apocauchus, sacri cubiculi praefectus, suggesserat, concitatam deinde seditionem iam tum meditans, ut postea claruit, et nolens imperatricem benevolentiae in ipsam et filium fidele pignus habere a magno domestico,) Augusta rem in diem posterum distulit, quorumdam reprehensionem causata: qui videlicet crimini darent, negotium a tempore alienum suscipere et festum ducere panegyricum diemque peragere regalissimum, quando adhuc plangere lamentarique oporteret. Quos ita loquentes, prorsus delirare affirmabat magnus do-

τοῦτο ἐννοεῖν, ὡς πολλοῖς τῶν βασιλέων τελευτῶσιν ἡ ἀνάρ- A.C. 1341
ῥησις ἐγίνετο τῶν παίδων, οὐδενὸς αὐτοῖς τὴν ἀκαιρίαν μεμ- V. 30η
φομένου, ἀλλὰ πάντων, ὥσπερ δίκαιον ἦν, λογιζομένων, μάλιστα προσήκειν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς, οὐ τρυφῆς ἕνεκα
5καὶ ἡδονῆς, ἀλλὰ τοῦ μηδεμίαν πρόφασιν στάσεως καὶ ταραχῆς ἐγγενέσθαι τοῖς πολλοῖς, πάντων ἤδη πεπεισμένων ἀκριβῶς, ὡς ὑπὸ βασιλέα τελοῦσι καὶ δίκας δώσουσι τῆς D
παρανοίας, ἂν ἐπιχειρῶσι στασιάζειν. παρῄνει τε αὐτῇ, τοὺς μὲν ἐκείνων λόγους χαίρειν ἐᾶν, αὐτοὺς δὲ χωρεῖν ἐπὶ
10τὸ ἔργον, ὡς ἅμα λυσιτελὲς καὶ δίκαιον ὄν. ἡ δὲ μὴ πολυπραγμονεῖν ἐδεῖτο, ἀλλὰ νῦν μὲν ἐᾶν διὰ τὰς δόξας τῶν πολλῶν, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ποιεῖν, ἡνίκα ἂν ἐξῇ καὶ τὰς λοιδορίας διαφεύγειν. ὁ μέγας δὲ δομέστικος πρὸς μὲν τῆς βασιλίδος τὴν ἔνστασιν οὐδὲν ἀντεῖπεν· ἤχθετο δὲ, ὅτι οὐκ αὐ-
15τῷ τὰ βελτίω, ἀλλ' ἑτέροις ἀλυσιτελῆ βουλευομένοις πείθοιτο. ἐκεῖνο μὲν οὕτως ἐκωλύθη. μικρῷ δὲ ὕστερον ἠγγέλλετο, ὡς Σαρχάνης ὁ Λυδίας σατράπης καὶ Γιαξὴς πρὸς Θρᾴκην περαιοῦσθαι παρασκευάζονται, ναυσὶ λῃσόμενοι Ῥωμαίους. ὁ μέγας δὲ δομέστικος οὐκ ἠμέλει, ἀλλ' αὐτίκα τριήρεις, P. 379
20ὅσας ἐξαρκέσειν ᾤετο, πρὸς πόλεμον τοῖς βαρβάροις ἐκέλευε πληροῦν. τὴν δὲ δαπάνην τῶν τριήρεων, τὴν μὲν ἐκ τῶν δημοσίων τοῖς ταμίαις ἐκέλευε παρέχειν, τὴν δ' ἐκ τῶν ἰδίων παρείχετο αὐτός. ἐπεὶ δὲ ἐπεπλήρωντο, ταῖς μὲν ἐπέστησε

21. τῆς δὲ δαπάνης M.

mesticus et nec saltem cogitare, multis imperatorum morientibus successores statim promulgatos esse filios, nemine hoc ut intempestivum vituperante: quin omnibus, prout aequum erat, tali tempori id convenientissimum iudicantibus, non luxus et voluptatis gratia, sed ne qua vulgo seditionis ac tumultus daretur occasio: cunctis iam prorsus sentientibus, se imperatori subiectos et amentiam luituros, si seditiones agitarint: monebatque imperatricem, ut valere iussis eorum sermonibus, ad opus tam utile quam aequum procederet. Imperatrix orare, poneret nimiam solicitudinem et nunc quidem multorum opinioni ne repugnaret: paulo post, cum licebit obtrectationes imperitorum effugere, facturam quod suaderet. Ille renuenti contradicendum non putavit: quamvis doleret, non sibi, qui potiora, sed aliis, qui parum frugifera consulerent, morem geri. Ita res quievit. Brevi nuntius apportatur, Sarchanem, Lydiae satrapam, et Gyaxen in Thraciam Romanos depopulatum transmissuros. Quem nuntium magnus domesticus minime negligendum ratus, statim triremes, quot ad barbaris occurrendum fore satis autumabat, remigibus et militibus adornari sumptumque in classem partim a quaestoribus ex aerario suppeditari praecepit, partim de suo ipse contulit. Triremibus instructis, Apocauchum ducem

A.C. 1341 στρατηγὸν τὸν παρακοιμώμενον Ἀπόκαυκον, καὶ ὅσα ἔδει ἐντειλάμενος καὶ τοῦ λοιποῦ κελεύσας αὐτῷ μέλειν τὸν ἀπόπλουν, αὐτὸς Ὀρχάνῃ, τῷ τῆς κατὰ Βιθυνίαν ἑῴας σατράπῃ, διεπρεσβεύετο περὶ εἰρήνης. οὐδὲ γὰρ ἐδόκει δεῖν αὐτῷ πρὸς ἑσπέραν μέλλοντι στρατεύειν, πόλεμόν τινα Ῥωμαίοις ὀπίσω καταλιπεῖν. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ πρὸς ἐκεῖνον εἰρήνη τέλος εἶχεν, αὐτὸς μὲν πρὸς τὴν ἔξοδον παρεσκευάζετο. ἤδη γὰρ καὶ ἡ
B στρατιὰ κατὰ Διδυμότειχον καὶ τὴν Ἀδριανοῦ πόλιν, αὐτοῦ κελεύοντος, συνελέγοντο. ἐν ᾗ δὲ ἔμελλεν ἡμέρᾳ Βυζαντίου ἐξιέναι, τὸν πατριάρχην μόνος μόνον παραλαβὼν καὶ πρὸς τὸν ἐν βασιλείοις τοῦ μυροβλύτου Δημητρίου τοῦ μάρτυρος γενόμενος ναὸν, „τοὺς μὲν ἐμοῦ τε μεταξὺ καὶ βασιλίδος" ἔφη „γεγενημένους λόγους οὐκ ἀγνοεῖς. οὐ γὰρ μόνον παρῆς τοῖς παρ' ἀμφοτέρων λεγομένοις, ἀλλὰ καὶ τῶν πρότερον ἰδίᾳ ἡμῶν ἑκάστῳ εἰρημένων αὐτὸς ἦσθα μηνυτής. οὐδὲν δὲ πα-
ράλογον ἢ θαυμαστὸν, εἰ τότε μὲν περὶ ἐμοῦ τοιαῦτα ἐπῄει
C τῇ βασιλίδι λέγειν, ἴσως οἰομένῃ μεγάλα τινὰ καταπράξεσθαι ἐμὲ, νυνὶ δὲ ἐπὶ τῶν ἔργων, μὴ κατ' ἐλπίδας αὐτῇ τῶν πραγμάτων ἐκβαινόντων, μεταμέλειά τις εἰσῆλθε τῶν γεγενημένων. εἰ μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, πρός τι τῶν γινομένων ἀηδῶς διατεθεῖσα, τὰ δεδογμένα μηκέτι στέργειν ἐθέλει, διαῤῥήδην λέγειν ἀξιῶ καὶ μὴ συγκαλύπτειν ὑπ' αἰδοῦς. ἐγὼ γὰρ ὥσπερ καὶ πρότερον ἑτοιμότατα ἔχω παραιτεῖσθαι τὴν ἀρχήν. εἰ δ' ἐκείνη διὰ τέλους ἔγνωκε στέργειν τὰ ἐψηφισμένα καὶ τοὺς

2. τοῦ ἀπόπλου M. mg.

praeposuit; cui cum mandata necessaria dedisset, et oram solvendam discessumque commisisset, ad Orchanem, orientalis Bithyniae satrapam, legatos de pace misit; non enim, in occidentem ducturus, bellum aliquod Romanis a tergo reliquendum iudicabat. Pace cum illo firmata, et Didymotichi atque Adrianopoli domestici evocatu congregato exercitu, itineri se accinxit. Quo autem die exiturus erat, patriarcham solum solus conveniens, et ad templum Demetrii martyris myroblytae, id est oleum stillantis, cognominati adducens, Quae inter me et imperatricem dicta sunt, inquit, non te latent: nec enim tantum interfuisti, sed et quae prius uterque nostrum separatim dixit, tu eorum internuntius fuisti. Nihil porro inopinatum aut admirabile, si tum quidem imperatrici talia de me loqui occurrebant, quae forsitan eximia quaedam me perpetraturum arbitraretur: nunc autem in ipso opere, rebus secus quam sperabat evenientibus, poenitudo quaedam facti eam subiit. Si igitur in pristino iudicio acquiescere amplius non vult, aperte id mihi indicari nec pudore quodam celari cupio. Ego enim, quomodo antea, abdicare me administratione imperii paratissimus sum. Quod si ipsa

ὅρκους, οὓς ὁμώμοκε, τηρεῖν, οὐδ' αὐτὸς ἀμελήσω τοῦ μὴ πάντα A. C. 1341
πράττειν, ὅσα ἂν αὐτῇ τε καὶ παισὶ καὶ κοινῇ λυσιτελῇ Ῥωμαίοις." τοῦ πατριάρχου δὲ πρὸς τὴν ἀκαιρίαν τῶν λόγων μεμψαμένου καὶ μὴ τοιαῦτα προσήκειν αὐτὸν μήτε διανοεῖσθαι φαμένου, μήτε λέγειν· βασιλίδα γὰρ μηδὲν περὶ αὐτοῦ λογίζεσθαι τοιοῦτον, ἀλλὰ βασιλέα οἴεσθαι ἐν ζῶσιν εἶναι D
καὶ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ὥσπερ ὑπ' ἐκείνου διοικεῖσθαι, V. 308
τῶν σῶν μεμνημένην λόγων, ὧν διεξῄεις πρὸς αὐτὴν, ἡνίκα ἐποιεῖσθε τὰς συμβάσεις·" „οὐκοῦν" ὁ μέγας δομέστικος ἔφη
„περὶ μὲν ἐκείνης οὕτω δεῖ πεπεῖσθαι, ὥσπερ αὐτὸς διϊσχυρίζῃ. περὶ δὲ σοῦ τί ποτε ἔξεστι νομίζειν; ἆρ' ἐμμενεῖς ταῖς ὁμολογίαις, μᾶλλον δὲ τοῖς ὅρκοις, οὓς ἐποιήσω πρὸς ἐμέ;" ὁ δ' αὐτίκα πάλιν ἀναστὰς, „εὐλογητὸς" εἶπεν „ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι καὶ πρότερον
καὶ νῦν οἷσπερ εἶπον ἐμμενῶ καὶ οὐδενὸς ἀμελήσω τῶν σῶν δικαίων· ἀλλ' ἀνθέξομαι παντὶ σθένει, οὐ μόνον ὡς εὐεργέ- p. 380
την ἀμειβόμενος ἔργοις ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ ὡς υἱοῦ κηδόμενος πνευματικοῦ." ἐπὶ τούτοις δὲ αὐτῷ πολλὰς ὁ μέγας δομέστικος χάριτας ὁμολογήσας καὶ συνταξάμενος, καταλιπὼν τὸν πατριάρχην, ἦκεν ὡς βασιλίδα. ἡ δ' εὐθὺς ὡς εἶδε, χάριτας ἔφασκεν ὁμολογεῖν αὐτῷ πολλὰς, ὅτι ἃ πρότερον ἐπηγγέλλετο λόγοις, νῦν ἀποδείκνυσιν ἐπὶ τῶν ἔργων ἀληθῆ, μήτε σώματος φειδόμενος, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν κοινῇ συμφερόντων νύκτωρ

usque ad extremum, quod decrevit, complecti et quod iuravit, servare constituit, ego quoque in omnibus, quae ipsi liberisque eius et Romanorum communi conducant, efficiendis, nullum diligentissimi hominis officium praetermittam. Patriarcha cum de importuno sermone castigare dicereque, non decere ista vel cogitare vel proloqui. Imperatrici enim de bello nihil huiuscemodi in mentem venire: sed imperatorem putare adhuc vivere et quasi ab illo Romanum principatum gubernari, memorem verborum, quae in pactis faciendis ex ipso domestico audierit. Tum domesticus, De illa quidem sic credendum, ut affirmas: de te autem quid senticndum? Ecquid pactis stas: imo vero iuramentis, quibus te mihi obstrinxisti? Hic patriarcha iterum exsurgens, ait, Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, quod et prius servavi, quae dixi, et nunc servabo, nihilque negligam, quod tibi iure debeatur: sed omnibus nervis tuendum te suscipiam, non solum ut bene merito respondeam, verum ut de filio quoque spirituali solicitus. Cui post actas gratias valedicens magnus domesticus, ab eo ad imperatricem digreditur. Quem illa simul ut conspexit, grates se illi magnas agere affirmavit, quod verbis promissa, nunc rebus confirmaret, neque corpori parcens, cum noctu diuque pro re publica laboraret: neque

A.C. 1341 πονῶν καὶ μεθ' ἡμέραν, μήτε χρημάτων· (ἦν γὰρ δὴ ὁ μέγας δομέστικος οὐ μόνον πρὸς τῶν τριήρεων τὴν δαπάνην χρήματα ἀναλωκὼς πολλὰ ἐκ τῶν ἰδίων, ἀλλὰ καὶ ἐν πολλοῖς
B ἑτέροις, ἃ συνοίσειν ἔμελλε πᾶσι κοινῇ, φιλοτίμως ἄγαν καὶ δαψιλῶς καταναλίσκων μετὰ τὴν βασιλέως τελευτήν·) παρῄνει τε, μὴ οὕτω ποιεῖν, ὡς οὐκ ἐξαρκέσοντα πρὸς τοὺς πόνους ἐπιπολύ, ἀλλ' ἑαυτοῦ τε πρόνοιαν ποιεῖσθαι καὶ χρημάτων φείδεσθαι, χρώμενον τοῖς δημοσίοις. ὁ δ' ἔφασκε μᾶλλον ἥδεσθαι πονῶν αὐτὸς ὑπὲρ τῶν κοινῇ λυσιτελούντων, ἢ ἕτεροι πρὸς ἀνέσεις τετραμμένοι καὶ ἡδονάς. τό, τε χρήματα καταναλίσκειν οὐ ζημίαν, ἀλλὰ πάντων κερδῶν ἡγεῖσθαι χαριέστερον, ἄχρις ἄν, καὶ τοῦ θεοῦ συναιρομένου, τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐπὶ μέγα ἴδοι αἰρομένην καὶ πάντων κρατοῦσαν
C πολεμίων. ἐλπίζειν δὲ μετὰ μικρὸν, εἰ μή τι κώλυμα συμβαίη, τοσαῦτα Ῥωμαίοις ὠφελήσειν, ὅσα καὶ αὐτὴν ὁρῶσαν, θεῷ χάριτας ὁμολογεῖν τῷ συνεργῷ τῶν καλῶν. οὐ μικρὰ γάρ τινα διανοεῖσθαι παρασκευάσειν τοῦ χειμῶνος, ὡς ἅμα ἦρι πολλοὺς τῶν πρότερον κατὰ Ῥωμαίων θρασυνομένων ὑποφόρους καὶ δουλείαν ὁμολογοῦντας βασιλεῖ Ῥωμαίων ἀποδείξων. καὶ τοιαῦτα ἕτερα πολλὰ προσεπειπών, ὅσα τε αὐτὸς διενοεῖτο πράττειν καὶ βασιλίδα ἤδει ἀκούουσαν πρὸς ἡδονήν, καὶ τελευταῖον συνταξάμενος, ἔξῄει Βυζαντίου ἅμα στρατιᾷ καὶ τῶν εὐπατριδῶν πολλοῖς, τὴν μητέρα καταλιπὼν

pecuniis, (non enim in triremes dumtaxat grandem summam de suo impenderat, sed in alia praeterea multa, ex quibus communis caperetur utilitas, perstudiose liberaliterque post mortem imperatoris impendebat) hortabaturque, ut de contentione laborandi remitteret, quo ferre laborem diutius posset, sibimet curae esset, a pecuniis suis abstineret, publicis uteretur. Ad ea ille hunc in modum; solidius se gaudere gaudium pro communibus emolumentis desudantem, quam alios otio voluptatique deditos. Quod vero de sua pecunia in sumptum conferret, id non detrimentum, sed omnium quaestuum censere iucundissimum: donec Deo bene fortunante, Romanorum principatum magnopere exaltatum et omnibus hostibus suis superiorem cerneret. Sperare autem, nisi quid impedimenti intervenerit, brevi adeo Romanis profuturum, ut et ipsa imperatrix id intuens, Deo bonorum auctori gratias actura sit. Non enim parvi momenti quaedam per hiemem moliri efficere: utpote multos ante refractarios et audaces eo adacturum, ut se Romano imperatori tributarios et subiectos confiteantur. Plura in hanc sententiam narrabat, et quae ipse versabat animo, et imperatrici auditu periucunda fore non ignorabat. Qua tandem salutata, Byzantio cum ex-

ἐκεῖ, ὡς παραμυθίαν οὐ μικρὰν ἐσομένην βασιλίδι πρὸς τὰς A. C. 1341
συμφοράς.

ι. Ἐπεὶ δὲ γένοιτο πρὸς Διδυμοτείχῳ, προὔργου μὲν D
ἐποιεῖτο παντὸς, τοὺς κατὰ τὰς τῆς Θρᾴκης πόλεις κατοικοῦν-
τας συγκλητικοὺς καὶ τὴν στρατιὰν ἀπροφασίστους ποιεῖν P. 381
περὶ τὰς στρατείας, ὥσπερ δὴ καὶ Βυζαντίους· καὶ ἐποίησεν
ὀλίγων εἴσω ἡμερῶν. ἔπειτα πυθόμενος, ὡς ὁ τῶν Μυσῶν
βασιλεὺς Ἀλέξανδρος στρατιὰν ἔχων, ἐστρατοπέδευσεν ἐν V. 309
Σιλβνῳ Μυσοῖς ὑπηκόῳ πόλει ἐν μεθορίοις τῆς αὐτοῦ τε
καὶ Ῥωμαίων ἡγεμονίας ᾠκισμένῃ, ἔγνω δεῖν πρεσβείαν
πέμπειν πρὸς αὐτόν. καὶ πέμψας, ἐν Ἀδριανουπόλει τε ἐδή-
λου διατρίβειν καὶ μαθεῖν ἐθέλειν, εἰ ὁ πόλεμος αὐτῷ μᾶλ-
λον αἱρετέος, ἢ εἰρήνη. τὴν γὰρ προθεσμίαν, ἣν τοῖς ἐκείνου
πρέσβεσι παρέσχετο αὐτὸς ἐν Βυζαντίῳ γενομένοις, περὶ
ἐξόδου ἤδη εἶναι. Ἀλέξανδρος δὲ ὁρῶν οὐ κατεπτηχότας, ὥσπερ B
ᾤετο, Ῥωμαίους, ἀλλ' ἑτοίμους ὄντας ἀμύνεσθαι τοὺς αἰρου-
μένους ἀδικεῖν, καὶ μήτε ταῖς διὰ τῶν πρέσβεων ἀπειλαῖς,
μήτ' αὐτοῦ τῇ πρὸς τὸν πόλεμον παρασκευῇ δυνάμενος πεί-
θειν, τὰ κατὰ γνώμην αὐτῷ ποιεῖν, πρὸς πόλεμον χωρεῖν
ἀλυσιτελὲς οἰόμενος αὐτῷ, ἐχώρει πρὸς συμβάσεις. καὶ τῶν
προτέρων αὖθις σπονδῶν καὶ ὅρκων ἀνανεωθέντων, Ἀλέξαν-
δρος μὲν εἰς Τρίνοβον τὰ οἰκεῖα βασίλεια ἐπανεζεύγνυε· δο-
μέστικος δὲ ὁ μέγας εἰς Χερρόνησον μετὰ τῆς στρατιᾶς ἐχώ-
ρει, πεπυσμένος στρατιὰν Περσῶν πεζὴν μέλλουσαν εἰς Χερ-

7. πειθόμενος P. 15. ἤδη om. M. 16. Ῥωμαίοις P. 24. πολλὴν pro πεζὴν M.

ercitu et nobilium magno numero exivit: relicta ibidem matre, quae calamitatem eius non mediocribus solatiis leniret.

10. Didymotichi cum esset, maximum operae pretium duxit urbium Thraciarum senatores et quod erat ibi militum citra excusationem, uti et Byzantios, expeditioni adscribere: idque intra paucos dies effectui datum est. Deinde resciscens, Moesorum regem Alexandrum apud Stilbnum oppidum Moesis subiectum in confinibus castra habere, per legatos ei significat, se Adrianopoli subsistere velleque discere, bellone an pace delectaretur magis: diem enim, quam Byzantii eius legatis praefixisset, prope exitum esse. Alexander videns, Romanos non esse consternatos, ut augurabatur, sed paratos ad ulciscendum volentes inferre iniuriam: et neque per legatos minis, neque apparatu suo militari eos potuisse commoveri, ut libidini suae satisfacerent, ad dimicationem venire haud utile sibi ratus, ad conventa descendit: rursumque priori foedere sancito, ipse Trinobum in sedem suam, magnus domesticus Chersonesum abiit, quod frequentes Persarum copias, Giaxe duce, Pergamo adve-

A.C. 1341 ῥόνησον ἐμβάλλειν ἐκ Περγάμου ἀφιγμένην, ἧς Γιαξὴς σατράπης ἦν. ἅμα δὲ τῷ Ῥωμαίους εἰς Χερρόνησον ἀφικέσθαι, καὶ ἡ στρατιὰ Περσῶν παρῆν. καὶ γενομένης μάχης, οὐδὲ πρὸς ὀλίγον ἴσχυσαν οἱ Πέρσαι Ῥωμαίοις ἀντιστῆναι, C ἀλλ' ἡττηθέντες κατὰ κράτος, οἱ μὲν ἔπεσον κατὰ τὴν μάχην, οἱ δ' ἑάλωσαν· ὅσοι δὲ ἠδυνήθησαν διαφυγεῖν, ἐμβάντες ταῖς ναυσὶν, ἀπέπλεον ἐπ' οἴκου. οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις ἐκ τῆς αὐτῆς χώρας καὶ δευτέρα στρατιὰ ἐπεραιοῦτο, ὡς τὴν προτέραν ἧττων ἀναμαχεσόμενοι. συμβαλόντες δὲ καὶ τούτοις οἱ Ῥωμαῖοι, ἐνίκησάν τε καὶ ἀπέκτειναν τοὺς πλείους. ἐπεὶ δὲ Γιαξὴς δὶς ἐπλήγη ἐφεξῆς καὶ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν ἀπώλεσε στρατιὰν, ἀπογνοὺς τὸ Ῥωμαίοις πολεμεῖν, ἐχώρει πρὸς συμβάσεις. καὶ ἐτίθετο πρὸς αὐτὸν ὁ μέγας δομέστικος D σπονδὰς εἰρηνικάς. ἐπεὶ δὲ ἀπετρίψατο τὴν ἐκ τῶν Περσῶν προσδοκωμένην βλάβην, αὖθις εἰς Διδυμότειχον ἐπανελθὼν, παρεσκευάζετο πρὸς τὴν εἰς τὴν ἑσπέραν ἐκστρατείαν καὶ τὴν στρατιὰν ἀποκαθίστη, ἣ ἔμελλε συνέψεσθαι αὐτῷ. τούτων δὲ πραττομένων ὑπ' αὐτοῦ, ὁ παρακοιμώμενος Ἀπόκαυκος νεωτέρων πραγμάτων ἐπιθυμῶν καὶ τρόπῳ παντὶ πειρώμενος μετάγειν εἰς ἑαυτὸν τῶν πραγμάτων τὴν ἀρχὴν, ἐσκέψατο, ἐπεὶ τοῦ κατὰ Περσῶν αὐτὸς κεχειροτόνητο στόλου στρατηγὸς καὶ δυνάμεως εὐπόρει ναυτικῆς, βασιλέα τὸν νέον Ἰωάννην εἰς μίαν τῶν τριήρεων ἐνθέμενος, ἀγνοούσης βασιλίδος τῆς μητρὸς, εἰς τὸν περὶ Βυζάντιον πρότερον αὐτῷ πύρ-

5. κατὰ τὴν M., παρὰ τὴν P. 10. οἱ add. M. 14. τρίψατο P. 21. στόλου add. M. 23. τριηρῶν P.

nientes, eo irrupturas audivisset. Simul autem ac Romani, etiam Persae illic affuerunt, qui collato pede adversum Romanos ne paulum quidem valuerunt: sed vi ac virtute victi, pars in pugna ceciderunt, pars capti sunt. Quibus fuga contigit, conscensis navibus, in Asiam renavigarunt. Paucis diebus intermissis, alia manus priorem vindicatura indidem traiecit. Qui similiter devicti, plurimos amiserunt; Giaxes bis continenter caesus, multisque ac strenuis suorum desideratis, desperatione debilitatus, pacem concupivit, quam cum eo pepigit magnus domesticus. Depulsa calamitate a Persis imminente, Didymotichum regressus, ad occidentalem sese expeditionem comparabat, exercitumque delectibus novis supplebat. Interea Apocauchus novarum rerum cupidus, manibusque ac pedibus enitens, ut ad se rem publicam transferret, iam classis contra Persas praefectus et facultatem navalis exercitus adeptus, Ioannem adolescentem imperatorem in unam triremium, matre insciente, impositum, in arcem propter Byzantium, ante a se aedificatam, altitudine et crassitudine murorum munitissimam, Epibatae nominatam, includere

γον φκοδομημένον ὀχυρώτατον ὄντα ὕψει τε καὶ καρτερότητι A.C. 1341
τειχῶν Ἐπιβάτας προσαγορευόμενον ἀγαγεῖν· ἐκεῖ δὲ μετὰ
τῶν συγγενῶν καὶ τῶν οἰκειοτάτων βασιλέα φρουρῶν, σπου-
δὰς τίθεσθαι πρὸς βασιλίδα, ὥστε αὐτὸν μὲν καὶ συγγενεῖς
καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς συνόντας τιμὰς τὰς παρὰ Ῥωμαίοις P. 382
πρώτας καρποῦσθαι καὶ χωρῶν εἶναι καὶ πόλεων κυρίους,
ὁπόσων ἂν δόξειεν αὐτοῖς, καὶ μηδὲν ἐλλείπειν εἰς εὐτυχίας
λόγον· βασιλέα δὲ οὐδ' οὕτως ἀπολύειν τοῦ φρουρίου, ἀλλ'
ὥσπερ ὅμηρον κατέχοντα, μιᾷ τῶν θυγατέρων ἐπὶ γάμῳ
προσαρμόζειν. ὁ μὲν οὖν τοιαῦτά τε διενοεῖτο καὶ ὥρμητο
ἤδη πράττειν. τῶν συνειδότων δέ τινος βασιλίδι ἀπαγγεί-
λαντος, ἐπεὶ βασιλέα τε ἤδη περιΐστατο φρουρὰ καὶ αὐτὸς
ἔγνω φωραθείς, ᾤχετο φυγὼν εἰς Ἐπιβάτας, τὸν ἐκ τῶν πραττ-
τομένων, ὥσπερ ἦν εἰκὸς, κίνδυνον διαδιδράσκων. περὶ τῶν
τοιούτων δὴ ὁ μέγας δομέστικος μαθὼν, καίτοι πρὸς τὴν
ἐκστρατείαν παρασκευαζόμενος, ὅμως τὸν Ταρχανειώτην Μα- B
νουὴλ, τὸν καὶ Κουρτίκην προσαγορευόμενον, μετὰ στρατιωτῶν
ὀλίγων πέμψας, ἐκέλευεν Ἐπιβάτας ἔξωθεν φρουρεῖν ἐστρα-
τοπεδευμένον, ἄχρις ἂν ἀφίκηται αὐτός. πέμψας δὲ καὶ πρὸς
Ἀπόκαυκον, ἐπυνθάνετο εἰ ἀληθῆ τὰ θρυλλούμενα εἴη περὶ V. 310
αὐτοῦ. ὁ δὲ ἔφασκε μὲν συκοφαντεῖσθαι· δείσας δὲ, μὴ
φθάσῃ διαφθαρεὶς ὑπὸ διαβολῆς πρὶν διερευνώμενα φανῆναι
ἀληθῆ, τὴν σωτηρίαν ἐκ τῶν ἐνόντων ἑαυτῷ πορίζειν, κατα-

13. φοραθείς P.

meditabatur, ibique inter cognatos ac familiarissimos eo custodito, cum imperatrice foedus ferire, ea conditione, ut ipse cognatique ac familiares sui praecipuis apud Romanos honoribus insignirentur provinciarumque et urbium, quantum ipsi vellent, dominatum obtinerent et ad felicitatem nihil requirerent. Imperatorem autem ne sic quidem custodia liberare, sed loco obsidis tenere et unam filiarum connubio ei copulare. Atque is quidem haec mente pertractabat et iam ad rem parabat aggredi, cum a quodam e consciis imperatrici indicio facto et imperatore iam custodia circumsepto, Apocauchus se deprehensum intelligens, Epibatas, impendens sibi e malitia sua discrimen, ut verisimile est, declinans aufugit. Quibus rebus ad magnum domesticum perlatis, etsi ad expeditionem instructus erat: nihilo minus Manuelem Tarchaniotam, qui et Curtizes appellabatur, cum aliquot manipulis ad Epibatas, tentoriis excitatis, quoad ipse veniret, custodiendas misit. Ad Apocauchum quoque sciscitatum misit, num vera essent, quae de illo rumor spargeret. Qui se sycophantiis oppugnari asseverare. Et cum timeret, ne prius ob calumnias vita multaretur, quam veritas indagata patesceret, a re praesenti salutem petere decrevisse ac se in ea-

A.C. 1341 κλείσαντα ἐν τῷ φρουρίῳ. συνεβούλευέ τε παράδειγμα τῶν
C ἀπροσδοκήτων τῶν πραγμάτων μεταβολῶν λαμβάνειν ἐξ αὐτοῦ. καὶ πρότερόν τε γὰρ αὐτῷ τὰ τοιαῦτα ὑποτίθεσθαι ἔφασκεν, εἰ καὶ μὴ ἔπειθε, συμβουλεύων τὰ λυσιτελῆ, καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον συμβουλεύειν, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἔχων τῆς ὠφελείας τὴν ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ τελούντων φρουρίων ἓν, (πολλὰ δὲ εἶναι,) τὸ μάλιστα ἐπιτηδείως ἔχον πρός τε γῆς καὶ θαλάσσης εὐφυΐαν ἐκλεξάμενον, κατασκευαῖς χειροποιήτοις ὀχυρώτατον ποιεῖν, ἵν' εἴ τι συμβαίη τῶν ἀπροσδοκήτων, ἀναχώρησιν ἔχῃ καὶ τῶν δεινῶν ἀποφυγήν. ἐδεῖτό τε, εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἀλλὰ νῦν πείθεσθαι αὐτῷ, εὐνοϊκῶς διακειμένῳ πρὸς αὐτὸν, καὶ μὴ ἀτιμάζειν τὴν βουλήν. καὶ γὰρ καὶ αὐτῷ νυνὶ, καίτοι καὶ
D ψευδῶν ὄντων τῶν εἰρημένων κατ' αὐτοῦ, μηδεμίαν ἑτέραν εἶναι σωτηρίας πρόφασιν, ἢ τὸν πύργον, εἰς ὃν κατέφυγε τὸν κίνδυνον διαδιδράσκων. εἰ δὲ καὶ ἀληθῆ συνέβαινε τὰ εἰρημένα εἶναι, ἢ πρὸς τὸ τόλμημα ἂν συνήρατο ἢ ἐρρύσατο τοῦ θανάτου φωραθέντα. Ἀπόκαυκος μὲν οὖν τοιαῦτα συνεβούλευε· δομέστικος δὲ ὁ μέγας πάλιν πέμψας πρὸς αὐτὸν, περὶ μὲν τῶν λεγομένων, ἔφη, κατ' αὐτοῦ μάλιστα βούλεσθαι καὶ αὐτὸν μὴ εἶναι ἀληθῆ, ὥσπερ δῆτα καὶ αὐτὸς διϊσχυρίζεται. οὕτω γὰρ αὐτός τε εὔνους ἔσται ἀποδεδειγμένος βασιλεῖ, καὶ οἱ συκοφάνται αὐτὸ τοῦθ', ὅπερ εἰσὶν, ἐξεληλεγμένοι. εἰ δ' ἄρα καὶ αὐτὸς ἐλπίσι κεναῖς ἀπατηθείς,

stollo illo inclusisse. Praeterea monuit, ut e suo casu saluti suae prospiceret et improvisae rerum commutationis exemplum a se sumeret. Nam et prius se idem utiliter eum monuisse et hortatum esse, quamquam nullo effectu, et nunc nihilo minus suadere, cum ex re ipsa suasionis suae utilitatem probare queat, subiectorum ipsi castellorum (multa enim habere) ad terrae marisque commoditates praecipuo situ unum deligeret et illud operibus quam firmissimum redderet: ut si quid improvisum emergeret, secessus malorumque effugium suppeditaret. Rogabat autem, ut si non antehac, saltem nunc benevolentis animi consilium amplecteretur. Etenim et sibi in praesens, tametsi falsis criminibus appetito, nullam aliam salutis tuendae occasionem relinqui, praeter arcem, in quam se periculi vitandi recepisset: quae si vera esse contingeret de se iactata, vel audaciam suam adiuvaret vel deprehensum et convictum a morte liberaret. Apocauchi quidem consilium hoc fuit. Ad quem magnus domesticus iterato mittens, adversus illum vulgata se quoque falsa reperiri (quemadmodum videlicet ipse quoque affirmaret) imprimis cupere testatus est: sic namque ipsum imperatori amicum et benevolum, at sycophantas hoc ipsum, quod sunt,

ὅπερ δὴ πολλοῖς συμβέβηκε, τοῦ δέοντος ἐξετράπη, καὶ μήτε A.C. 1341
δυνατὰ, μήτ' αὐτῷ προσήκοντα διενοήθη, οὐ χρὴ διὰ ταῦτα P. 383
τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον αἱρεῖσθαι, τείχεσι θαῤῥοῦντα, ἐξ
ὧν ἔσται πλέον ὄφελος οὐδέν. ἀλλ' ἐπὶ τοῖς προτέροις ἑαυ-
τῷ μεμψάμενον, ὡς κακῶς βεβουλευμένῳ, ἐν τοῖς ἐφεξῆς
βελτίω παρέχειν ἑαυτὸν καὶ τὴν προσήκουσαν φυλάττειν τά-
ξιν καὶ συγγνώμης ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις δεῖσθαι τυχεῖν.
βέλτιον μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν μὴ ἁμαρτάνειν· εἰ δ' ἄρα συμ-
βαίη, δεύτερον ἀγαθὸν ἑαυτόν τινα ἐπανορθοῦν ἀποστάντα
τοιῶν κακῶν. ἐπεὶ δὲ ὅσον οὔπω παρέσται καὶ αὐτὸς, ὃν εἴ-
ωθεν αὐτὸς ἰατρὸν ἑαυτοῦ καλεῖν, ἔχων πολλὰ φάρμακα
τοῖς ἑκάστου κατ' ἄλληλα νοσήμασιν, εἴ γε βούλοιτο αὐτὸς,
ῥᾳδία τῶν τραυμάτων ἡ ἴασις ἐκείνῳ ἔσται. ἦν γὰρ δὴ ὁ B
παρακοιμώμενος πρὸς τοῖς ἄλλοις, οἷς τὸν μέγαν δομέστικον
προσηγόρευε, καὶ ἰατρὸν εἰθισμένος ἑαυτοῦ καλεῖν, οἷα δὴ
ἐκ πολλῶν τῶν περισχόντων πολλάκις αὐτὸν κινδύνων ἐξαρ-
πάσαντα καὶ τεθεραπευκότα πονήρως ἐσχηκότα. τῆς γε μὴν
ἔπειτα βουλῆς, ἧς αὐτῷ συνεβούλευε περὶ τοῦ φρουρίου τι
ἑαυτῷ κατασκευάσαι, ἵν' εἴη καταφυγὴ πρὸς τὰς τῶν πρα-
γμάτων μεταβολὰς, χάριτας μὲν ἔλεγεν εἰδέναι τῆς περὶ C
ἐκεῖνον προθυμίας καὶ σπουδῆς· αὐτῷ δὲ μὴ τὴν ἐκ τῶν
τοιούτων ἀσφάλειαν εἶναι περισπούδαστον. ἀλλ' ἡδέως ἂν
ἔχειν, τὴν ἡμέραν ἐκείνην μετὰ τῶν ἐν ᾅδου προσομιλεῖν,

10. ὅσων P. 18. αὐτοῦ P. 21. αὐτῶν P.

ostensum ac probatum iri. Sin et ipse spe vana delusus, quod multis evenit, ab officio detortus et quae neque posset efficere, neque se deceret, machinatus sit, non idcirco bellum contra imperatorem capessendum, fiducia murorum, in quibus nulla insit utilitas: sed priora, ut male consulta, detestando, in posterum se melius gerere et loco se digno contentum esse admissorumque veniam petere debere. Melius quidem esse omnino non peccare: si tamen peccaveris, quasi secundam post naufragium videri tabulam, semet nihil tale amplius perpetrando corrigere. Et quia mox affuturus sit, quem ille suum vocare medicum consueverit, multa habens medicamenta, uniuscuiusque morbis congruentia, siquidem velit, facile eius vulnera sanaturum. Solebat nimirum Apocauchus inter ea, quibus magnus domesticus honorabat, nomina, et medicum suum appellare: utpote cuius opera multis saepenumero implicitus periculis et miseris affectus modis, ereptus atque curatus fuisset. Quod autem adhiberet ad consilium parandi locum aliquem munitum, quo rebus conversis perfugeret, se eius propenso studio gratias habere; non tamen securitatem ex rebus huiusmodi vehementer expetere: sed libenter illo die cum inferis futurum, quo post spem supernae dex-

A.C. 1341 ἐν ᾗ μετὰ τὴν ἐκ τῆς ἄνωθεν ἐλπίδα δεξιᾶς τῆς ἐκ τῶν φίλων ἀσφαλείας ἀμελήσας καὶ τοῦ τούτων τὰς καρδίας, ὥσπερ ἀκροπόλεις, οἷα δὴ ἀσφαλεστάτῃ φρουρᾷ κατέχειν, τῇ φιλίᾳ, ξύλοις καὶ λίθοις καὶ λογισμοῖς ὑγιὲς οὐδὲν ἔχουσι πιστεύσειε τὴν σωτηρίαν. πρώτην μὲν γὰρ εὐδαιμονίαν καὶ ἄκρως ἀγαθὸν ἀνθρώποις τὸ θεῷ προσομιλεῖν καὶ διὰ παντὸς αὐτῷ συνεῖναι τῇ πρὸς ἐκεῖνον διὰ καθαρότητος ἀναβάσει, αὐτὸς εἰδέναι. δευτέραν δὲ μετ' ἐκείνην, τὸ φίλοις χρῆσθαι ἀσφαλέσι καὶ πιστοῖς, πρῶτον μὲν τοῖς ὀλίγοις καὶ συνέσει διαφέρουσι τῶν πολλῶν, ἔπειτα δὲ μετ' ἐκείνους καὶ τὴν παρὰ τῶν πολλῶν εὔνοιαν καρποῦσθαι, πάντων ἐκείνοις διὰ χρηστότητα τρόπων προσεχόντων. καὶ τοῦτο οἴεσθαι οὐ πύργων μόνον ἁπάντων ἀναλωτότερον, ἀλλὰ καὶ χρημάτων καὶ δόξης καὶ τιμῆς ἁπάσης τιμιώτερον καὶ βασιλείας αὐτῆς ὑψηλότερον εἰς εὐτυχίας λόγον. ὅθεν οὐδὲ πείσεσθαι αὐτῷ τοιαῦτα συμβουλεύοντι, ἀλλ' ἣν ἐξαρχῆς προείλετο, μέχρι τέλους ἑαυτῷ ἀσφάλειαν τηρήσειν, ὥσπερ δῆτα καὶ σὺ τὴν ἐκ τῶν φρουρίων καὶ ὀχυρωμάτων." Ἀπόκαυκος μὲν οὖν ὁ παρακοιμώμενος οὕτως ἐν Ἐπιβάταις ἐγκεκλεισμένος ἐφρουρεῖτο.

V. 311

D

P. 384 ια'. Τοῦ μεγάλου δὲ δομεστίκου Διδυμοτείχῳ ἐνδιατρίβοντος καὶ περὶ τὴν παρασκευὴν τῆς στρατιᾶς ἠσχολημένου, ἦκον ἐκ Πελοποννήσου πρέσβεις πρὸς αὐτὸν, ἐπίσκοπός τε ὁ Κορώνης καὶ ὁ Σιδηρὸς Ντζιουὰν, ἐκ τῶν ἡγεμόνων τῶν

9. τῷ P. et M., τὸ em. *ED. P.*

terae, securitate ex amicis neglecta et contempto, quod horum corda, velut arces, per amicitiam, tutissimam utique custodiam, possideret, liguis et lapidibus et consiliis nihil sincerum ac probum habentibus, salutem suam credidisset. Non se nescire, primam felicitatem et summum hominis bonum esse, cum Deo versari et ascensu ad illum per puritatem animi semper ei adhaerere. Secundam, amicis uti certis ac fidelibus, principio quidem paucis et prudentia supra vulgus excellentibus. Deinde post illos etiam multitudinis frui benevolentia, quae illis propter bonitatem morum dedita et addicta sit: et hoc putare non solum quibusvis propugnaculis inexpugnabilius, sed et pecuniis et gloria et omni decore pretiosius, imperioque ipso longe beatius. Quocirca se eius monitis haud pariturum: verum quam ab initio securitatem elegerit, eam usque ad extremum retenturum, ipse munitionibus et arcibus suis fideret. Igitur Apocauchus sic in Epibatis conclusus custodiebatur.

11. Magno domestico Didymotichi agente et apparatu bellico distento, legati ex Peloponneso veniunt, episcopus Corones et Ioannes Siderus, missi a praesidibus urbium, quae Latinis parebant.

πόλεων, αἳ ἐπήκοοι Λατίνοις ἦσαν, ἀπεσταλμένοι. ἡ πρε- A.C. 1341
tus, sed ipsa quoque vita ignominiose ac nefarie eripietur. Te autem admiror magnopere, si nunc, dum abest Byzantio et domari nullo labore potest (siquidem quae in eam cuduntur ignorat) adeo ab armis in illum refugis; post tantum vero spatium, in quo quae nunc dicta sunt, eorum nihil nescire poterit, cum non pauci in hac urbe degant, qui cum voluptate eius causa sanguinem profundent et accingi parati sint, quibus ille potissimum eos accingi voluerit, non difficile te superiorem fore confidis. Non etenim, ut et tu putas et ille nos ludificans iactabat, sic Byzantium redibit, amicis relictis et quibus colitur obsequiis illis tam multis, ut eum pro arbitrio tractare possis. Sed cum se suspicione laborare sciat, non modo de nobilioribus complures donis et promissis magnificis, verumetiam totum exercitum largitione corruptum, ad partes suas tuendas alliciet, et potentia ingenti praeditus, non solum nos, qui cum eo, studio erga vos adducti, bello contendere dicemur, nullo negotio concidet; sed de te quoque et filiis, nemine contra opem ferente, omnibus illis gloriose dictis et fallaciis et simulationibus valedicens, pro commoditate sua statuet; quae nescio quomodo non vides, nec tibi liberisque salutem ex data opportunitate conciliare vis, sed iudicia et calumnias et probationes somnias, nec te citius

καὶ ἐλέγχους, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο βουλομένη ἐννοεῖν, ὅτι φθά- A. C. 1341
σαις ἂν διαφθαρεῖσα πρὶν εἰς ταῦτα ἥκειν. ἐγὼ μὲν οὖν, ἃ καὶ πρότερον ἔφθην εἰπών, οὐ τῆς βασιλέως μόνον εὐμενείας μεμνημένος, ὑφ' οὗ πολλῶν ἀπήλαυσα καὶ μεγάλων εὐεργετημάτων, ἀλλὰ καὶ τῆς σῆς, ἄλλως δ' ὅτι καὶ νόμων αὐτῶν καὶ δικαίων προβεβλημένος, πᾶσιν ἀνάγκην ἔχων τοῖς ὁπωσοῦν ἀδικουμένοις συναίρεσθαι τὰ δυνατὰ, ἐκείνου τε ἀπεσχόμην τῆς φιλίας, ἄδικα καὶ παράνομα διανοηθέντος, καίτοι πολλὰς ἀφορμὰς τῆς εἰς ἐκεῖνον εὐνοίας ἐσχηκὼς, καὶ τοσοὶ τὰ λυσιτελοῦντα συμβεβούλευκα, κύβον, ὅ φασι, ῥίψας, B
καὶ σὺν ὑμῖν ἑλόμενος ἢ ζῆν νικώντων, ἢ ἀποθνήσκειν, ἂν τῆς ἐναντίας πειρᾶσθαι συμβαίνῃ τύχης. θειοτέρᾳ δέ τινι καὶ τοῦδε παρόντος τύχῃ, ὃς ἐκείνου τε οὐκ ἄν ποτε ἕλοιτο καταψεύδεσθαι συνοικοῦντος θυγατρὶ, καὶ σοὶ βουλεύσαιτο πὰ δέοντα οὐ μόνον διὰ τῶν πραγμάτων τὴν ἐμπειρίαν καὶ τὴν σύνεσιν, ἣν ὁ πολὺς αὐτῷ τῆς ἡλικίας χρόνος ἐστὶ συνειλοχὼς, ἀλλὰ καὶ τὴν εἰς βασιλέα καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐκείνου εὔνοιαν καὶ πίστιν ἄδολον καὶ καθαρὰν, ἄξιον πυν- C
θάνεσθαι καὶ πείθεσθαι παραινοῦντι, οὐδὲν ἄδικον, οὐδ' ἐπισφαλὲς βουλησομένῳ συμβουλεύειν." Ἀσάνης δ' ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἐφεδρεύοντες, ὥστε τοῖς νικῶσιν αὐτοὶ συμπλέκεσθαι, πρὸς τοὺς λόγους παρεσκευασμένος ὤν, „τὴν μὲν ἐμὴν" ἔφη „πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον γνησιότητα καὶ πατρικὴν στοργὴν, ἣν ἔχω πρὸς ἐκεῖνον, τῇ φιλτάτῃ συν-

occisum iri perspicis, quam ad eas veniatur. Quare, id quod etiam antea dixi, meae cum in imperatorem, cuius multa eaque praeclara constant in me officia, tum in te benevolentiae memor (adde quod et legum ac iustitiae patronus, quomodocumque iniuriam passis, quantum in me est, opitulari necesse habeo) et ab illius amicitia, iniqua legibusque adversantia parturientis, tametsi multis eum nominibus complecti deberem, me seiunxi tibique utile consilium dedi et ut dicunt, aleam ieci, vobiscum praeoptans aut vivere, si viceritis, aut interire, si in contrarium fortuna ceciderit. Porro et hunc divina quadam sorte praesentem (qui nunquam in eum, utpote generum, mentiri velit, tibique non tantum propter rerum usum atque prudentiam, quam ei aetas longinqua peperit; sed propter eam nihilo minus, qua in imperatorem fuit et in liberos adhuc est germana sinceraque caritate et fide, recte consulet,) percontere licet eique obtemperes; nihil enim iniquum periculosumve suasurus est. Asanes autem perinde, ut qui in gymnicis ludis subsidunt, quo cum victoribus ipsi quoque congrediantur, ad dicendum meditatus, Meam quidem, inquit, patriam et germanam caritatem erga magnum domesticum, carissimae filiae maritum,

A.C. 1341 οἰκοῦντα θυγατρὶ, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου. ὅθεν οὐδ' ἐξαρνεῖσθαι τὰ λῦσι φανερὰ προσῆκον ἤγημαι ἐμοί. εὔδηλον οὖν, ὡς, ἐκείνου κατορθωκότος, ἃ διανοεῖται, βασιλεὺς μὲν ἐκεῖνος ἔσται καὶ βασιλίδι τῇ ἐμῇ θυγατρὶ συνοικῶν, ἐγὼ δὲ πατὴρ
V. 338 βασιλέων καὶ τὴν ἀρχὴν συμμεριζόμενος αὐτοῖς καὶ ἐπὶ μέγα ἦκων καὶ δόξης καὶ πλούτου καὶ περιφανείας. ἀλλὰ τὰ λαμπρὰ ταῦτα καὶ σεμνὰ, ἅπερ ἑτέρῳ παντί τῳ ἤρκεσαν ἂν εἰς εὐδοξίαν, ἐμοὶ τῶν παρόντων ἀποδέοντα φαίνεται πολλῷ.
D τῇ γὰρ εἰς βασιλέας εὐνοίᾳ καὶ πίστει καθαρᾷ ἐκ πρώτης ἡλικίας συντραφεὶς, μᾶλλον ἂν βουλοίμην ἐκείνοις συνὼν κακοπραγεῖν, ἢ τοῖς ἐπιβουλεύουσι προσθέμενος, τῶν πρώτων τιμῶν καὶ δωρεῶν παρ' ἐκείνοις ἀπολαύειν. περὶ μὲν οὖν τοῦ μεγάλου δομεστίκου ὅσα τε πατριάρχῃ καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀδελφοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις εἴρηται, πάντα σύνοιδα ὡς ἀληθῆ, καὶ περὶ οὐδενὸς ἐκείνων σὲ προσῆκον ἀμφιβάλλειν, ἀλλ' ἐμοὶ πείθεσθαι πάντα ἀκριβῶς ἐπισταμένῳ. εἰ δέ σοι ταῦτα πρὸς
P. 418 ἀπόδειξιν τῶν εἰρημένων ἀσθενῆ δοκεῖ, ἀλλ' ἐκεῖνό σε πειθέτω πάντως τὸ μὴ μέτριά τινα περὶ σοῦ καὶ τῶν παίδων τὸν ἄνθρωπον διανοεῖσθαι. σοῦ γὰρ πρὶν ἐνθένδε ἀπελθεῖν τὴν θυγατέρα τῷ σῷ υἱῷ καὶ βασιλεῖ πρὸς γάμου κοινωνίαν συνάπτειν καταναγκαζούσης, οὐκ ἠθέλησεν ἐκεῖνος, ἀλλ' εἰς τὴν ἐκ τῆς ἑσπέρας ἐπάνοδον ἀνεβάλλετο τὴν πρᾶξιν. ἠσχύνετο γὰρ μετὰ τοσαύτας ἀποδείξεις τῆς εἰς ἐκεῖνον εὐμενείας

5. συμμετριζόμενος P.

nemo utique ignorat. Unde quae omnibus nota sunt, negare me non decet. Manifestum est itaque, si, quod cupit, bene processerit, illum imperatorem, gnatam meam imperatricem, me imperatorum patrem imperii consortem et illustri gloria, magnis opibus ac splendore futurum. Atqui ego claritates istas et augustos honores, qui cuivis alteri ad celebritatem sufficerent, hoc rerum statu nequaquam convenire arbitror. Nam cum a prima aetate fide non fucata imperatoribus studuerim, malim illis adhaerendo in miserias et aerumnas incidere, quam cum insidiatoribus faciendo amplissimos honores et dona adipisci. De magno itaque domestico quae et patriarcha et fratres mei et alii locuti sunt, omnia certa esse scio; et te nihil vocare in dubium, sed mihi, ut qui singula penitus noverim, fidem adiungere par est. Quod si haec ad demonstrandam veritatem infirma videntur: at illud tibi omnino persuadeat, hominem super te filiisque tuis aliquid monstri alere. Etenim cum tu sub discessum de filia ipsius, filio tuo imperatori despondenda, eum urgeres, noluit remque in reditum suum ab occidente reiecit. Erubescebat enim post tot argumenta tuae in se tam effusae voluntatis hostis apparere infensissimus, et cui paulo ante gnatam ad

παρὰ σοῦ πολεμιώτατος ὀφθῆναι, καὶ ὃν πρὸ μικροῦ τῇ θυ- A. C. 1341
γατρὶ πρὸς γάμου συνῆπτε κοινωνίαν, οὐ μόνον βασιλείας, ἀλλὰ καὶ ζωῆς ἀποστερῶν. οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο φαίη τις ἂν νοῦν ἔχων, ὡς περιφανέστερον ἢ θαυμασιώτερον ἐκείνου νυμ- 5φίον ἀγαγέσθαι ποτὲ ᾠήθη τῇ θυγατρί. ὅθεν οὐδὲ σὲ τῆς B σωτηρίας χρὴ καταμελεῖν, ἀλλὰ πάντα πράττειν σὺν σπουδῇ, ὅθεν ἂν γένοιτο ἐπιβουλεύοντος ἐκείνου περιγενέσθαι. ἐγὼ δὲ καὶ ὅσοι τῶν ἐπιφανεστέρων νῦν ἐπιδημοῦσι Βυζαντίῳ, οὐ χρήματα μόνον καὶ σώματα καὶ οἰκέτας, ἀλλὰ καὶ ψυχὰς 10αὐτάς, εἰ δέοι, ὑπὲρ τῶν σοὶ καὶ τέκνοις συμφερόντων προησόμεθα προθύμως.

κβ'. Ἐπὶ τούτοις ὥσπερ ὑπὸ λύπης ἡ βασιλὶς καταβα- C πτισθεῖσα τὴν ψυχὴν, καὶ μήθ' ὡς ἀπιστεῖν τοῖς ὑπὸ πολλῶν καὶ οὕτως ἀξιόχρεων πρὸς πίστιν εἰρημένοις ἔχουσα, μήθ' 15ὥστε πιστεύειν μηδεμίαν ἐλλείπουσι κακίας ὑπερβολὴν, ἐφ' ἱκανὸν πολλὰ τῶν ὀφθαλμῶν καταγαγοῦσα δάκρυα, ἔπειθ' ὥσπερ ἐκ τῆς ἀθυμίας ἀνενεγκοῦσα, „ἔτι μὲν" ἔφη „τῶν προτέρων ἔχομαι λογισμῶν, καὶ οὐ δύναμαι παραδέξασθαι ὡς ἀληθῆ τὰ κατὰ μεγάλου δομεστίκου εἰρημένα. μαρτύρομαι D 20γὰρ τὸν πάντα γινώσκοντα καὶ πρὶν γενέσθαι θεὸν, ὡς οὐδέποτε ᾠήθην ἀμελέστερον ἐκεῖνον διακείσεσθαι περὶ ἐμὲ, ἢ περὶ μητέρα τὴν ἰδίαν ἢ γνησιωτάτην ἀδελφὴν, καὶ τῶν βασιλέως παίδων οὐχ ἧττον προνοήσεσθαι, ἢ βασιλεὺς αὐτὸς,

14. ἀξιόχρεω P. et M., ἀξιόχρεων V. 17. ὑπ' pro ἐκ τῆς M. mg.

communionem thori iunxisset, eum imperio et vita exuere. Illud namque nullus profecto dixerit qui sapit, filiam clariori insigniorive copulandam existimasse. Quamobrem non tibi salus tua floccipendenda est, sed enitendum sedulo, ne te eius insidiae pessumdent. Ego et quotquot ex nobilioribus nunc Byzantii adsunt, praeter sumptus etiam oppositus laterum nostrorum et servos nostros vitamque et sanguinem nostrum, si opus erit, tuae ac liberorum tuorum tuendae dignitati cupide pollicemur.

22. Ob haec imperatrix doloris veluti quibusdam demersa fluctibus, cum non videret, quomodo pro falso repudiaret, quod a tam multis testibus iisque locupletibus asseveraretur, neque quomode crederet supra modum improbis mortalibus, diu plorans largiter, ubi se ex moerore collegit, Adhuc, ait, in pristina opinione iudicioque persisto, nec possum pro veris amplecti, quae adversus magnum domesticum dicta sunt. Testor enim omnia, etiam antequam fiant, cognoscentem Deum, putavisse, me ab ipso non secus, quam matrem aut sororem germanissimam semper dilectum et curatum iri, et orphanis imperatoris aeque ut ipsum parentem, si su-

A. C. 1341 εἰ περιῆν, οὐ μόνον τὴν αὐτοῦ καὶ βασιλέως πρὸς ἀλλήλους
μικροῦ καὶ ἀπιστουμένην φιλίαν ἐννοοῦσα, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμε-
V. 339 τέραν πρὸς αὐτόν. ἐπεὶ δ' αὐτὸς οὐκ ἄλλοθέν ποθεν, ἢ
θεοῦ παραχωροῦντος ἐπὶ τῷ Ῥωμαίους ὑπὸ πολέμων ἐμφυ-
P. 419 λίων διαφθείρεσθαι, πρὸς τοιαύτην ἀτοπίαν ἐξήχθη λογισμῶν
καὶ οὕτως ἄδικα καὶ βίαια διενοήθη, ἐκείνῳ μὲν θεὸς, ὁ πάν-
τα ἄνωθεν ἐφορῶν, τῆς ἐπιβουλῆς δικάσαι καὶ τῶν πραττο-
μένων ἀξίας παράσχοιτο τὰς ἀντιδόσεις. ἐγὼ δ' ὑμῖν ἐμαυ-
τὴν καὶ τέκνα ἐπιτρέπω μετὰ θεὸν, ἵν' ὑπ' ἐκείνῳ μάρτυρι
πάντα καὶ διανοῆσθε καὶ πράττητε ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς τὸν ἴσον
τρόπον, ὃν αὐτοὶ πρὸς ἐμὲ καὶ τέκνα, διακεισομένῳ πρὸς
ὑμᾶς." ἐκείνη μὲν οὖν περίδακρυς τοιαῦτα εἶπεν, ἀγνοήσα-
σα, οἷ κακῶν ὑπὸ συκοφαντίας κατηνέχθη καὶ διαβολῆς. οἱ
δ' ὑφ' ἡδονῆς οὐδὲ κατέχειν ἑαυτοὺς ἐπιπλέον δυνηθέντες, ἧ
B τάχους εἶχον, ἀναστάντες καὶ τοῖς ἄλλοις, οἳ τῶν ἀπορρήτων
ἐκοινώνουν, πάντα ἀπαγγείλαντες, ἔγνωσαν δεῖν μηκέτι δια-
μέλλειν, ἀλλ' ὁμόσε πρὸς τὸν πόλεμον χωρεῖν, ἵνα μή τι
συμβὰν τὰ μελετώμενα κωλύσῃ. αὐτίκα δὲ τὴν μὲν μητέρα
τοῦ μεγάλου δομεστίκου καὶ Ἀνδρόνικον τὸν υἱὸν καὶ τὴν
γυναῖκα Ματθαίου τοῦ πρώτου τῶν υἱῶν, ἐν Βυζαντίῳ οὖ-
σαν καὶ αὐτὴν, φρουρὰν περιστήσαντες, ἐφύλαττον οἴκοι δια-
τρίβοντας. Ἀπόκαυκον δὲ τὸν παρακοιμώμενον ἄρχοντα Βυ-
ζαντίου ἀποδείξαντες, ἐκέλευον τὸν πόλεμον κινεῖν, ὅθεν ἄν

23. ἐκέλευεν P.

peresset, prospecturum; dum non solum, qui ipsi cum eodem imperatore fuit amor mutuus isque ob excellentiam vix credibilis, sed nostrum quoque in ipsum amorem reputarem. Quia vero non nisi Deo permittente, ut Romani videlicet bellis intestinis inter se mactent, tam nefandas cogitationes suscepit, et tam scelerata et tyrannica sibi proposuit; illum caeleste numen omnia e sublimi intuens, ut insidiatorem iudicet et pro talibus ausis dignam mercedem retribuat. Ego me ipsam liberosque meos secundum Deum vobis commendo; quo teste omnia pro nobis et cogitate et facite, qui quo pacto vos me et filios meos habueritis, eodem pacto vos tractaverit. Haec illa uberrimo cum fletu elocuta est, ignorans misera, quo malorum a sycophantis et calumniatoribus istis redigeretur; qui prae voluptate diutius non se tenentes, sed ut primum licuit exsurgentes, ad populares conspirationis omnia perferunt. Non procrastinandum, sed bellum a proximo comparandum decernunt: ne quid interveniens cogitata dissipet. Mox magni domestici matrem cum Andronico nepote et uxorem Matthaei nepotis senioris, quae et ipsa tum erat Byzantii, circumiecta domui custodia, inclusas detinent; Apocauchum urbi praeficiunt, bellum, unde consultius putet, auspicari iubent; quod etiam ante diem VIII.

αὐτῷ δοκοίη βέλτιον. καὶ ἤρχετο ὁ πόλεμος ἀρχομένου Ὀ- A.C. 1341
κτωβρίου. Ἀπόκαυκος δὲ τοὺς ἐν λόγῳ μάλιστα πάντας εἰ- C
δὼς οὐκ ἂν ἀνασχομένους ὑπ' ἐκείνου ἄγεσθαι, ἔγνω δεῖν τὸν δῆμον ἐρεθίζειν πρὸς τὸν πόλεμον, οὐ μόνον ἀλόγως πρὸς πᾶν ὁτιοῦν φερόμενον κέρδους ἕνεκα ὀλίγου, ἀλλὰ καὶ ῥᾳδίως ὑποκεισόμενον τοῖς προστάγμασιν ἐκείνου. καὶ πρῶτα μὲν ἀπόρους τινὰς καὶ λάλους περιέστησεν ἑαυτῷ, ἑτοίμως ἔχοντας ὑπὸ πενίας καὶ τῶν δεινοτάτων κατατολμᾶν. ἔπειτα δ' ἐκείνων τὸν δῆμον συνταράξας καὶ πλῆθος ἐπαγαγόμενος πολύ, πρὸς τὴν οἰκίαν ἀφῖκτο τὴν μεγάλου δομεστίκου καὶ διαρπάζειν ἐκέλευε τὰ ὄντα καὶ τὴν οἰκίαν καταστρέφειν. οἱ δὲ τῶν συνεσκευασμένων συνειδότες μηδὲν καὶ τὴν μεγάλου δομεστίκου δύναμιν κατεπτηχότες ἔτι, μέχρι μὲν αὐλῆς προῆλθον, ἔπειθ' ἕστησαν, ἀπορούμενοι πρὸς ὅ,τι τράπωνται. D
τῆς μεγάλου δομεστίκου δὲ μητρὸς ἄνωθεν ἐκ τῶν οἰκημάτων τὴν ἄφιξιν αὐτῶν πυνθανομένης ὅ, τι εἴη, σωφρόνως ἐκεῖνοι καὶ συνετῶς, ἀγνοεῖν μὲν ἐφ' ὅ, τι, ἔφασαν, κληθεῖεν· νυνὶ δὲ γνόντες, ἀναχωρεῖν, μὴ τοιούτοις ἐπιχειρεῖν τολμῶντες. αἱ μὲν οὖν, τῆς μεγάλου δομεστίκου μητρὸς χάριτας αὐτοῖς ὁμολογούσης τῆς εἰς αὐτὴν αἰδοῦς, ἐκεῖθεν ἀνεχώρουν καὶ διελύοντο κατ' οἴκους. πατριάρχης δὲ καὶ ἡ συνωμοσία, ἐπεὶ μὴ κατὰ νοῦν αὐτοῖς ἡ τοῦ δήμου κίνησις ἐτελεύτα, πρὸς τοὺς ἐπιτηδείως ἔχοντας ἐτράποντο τῷ μεγάλῳ δομε-

1. ὁγδόῃ M. mg. pro ἀρχομένου.

Idus Octobres coeptum est. Verum cum Apocauchus maxime cives primarios omnes ductum suum recusaturos sciret, vulgus ad arma concitandum censuit: quod et temere parvi compendii gratia quovis rapiatur, et facile etiam iussis eius se subderet. Ac primum quidem quosdam egentes et lingua nimium promptos pro stipatoribus sibi delegit, paratos ad consolandam mendicitatem suam nihil non audere, quantumvis scelestum ac nefarium. Deinde per eos plebe conterrita, cum magna multitudine ad aedes magni domestici progreditur, mandans, uti eas diripiant ac disturbent. Qui sutelarum et machinationum inter conspiratos nescii et etiamnum domestici potentiam formidantes, atrio tenus processerunt. Tum constiterunt, haerentes, quo se verterent. Matre magni domestici de caenaculo sciscitante, quid adventus eorum sibi vellet: illi modeste ac prudenter, se nescisse, quam ad rem vocati essent; nunc cognovisse et recedere, quod tale facinus eorum audacia reformidet. Qua gratias ob sui reverentiam agente, domum quisque suam abscesserunt. Patriarcha et coniurati, quia plebeculae motus aliter exierat, quam volebant, ad magni domestici studiosos ac necessarios se converterunt: et quosdam eodem die comprehensos, in cu-

A. C. 1341 στίχῳ, καί τινας κρατήσαντες αὐθημερὸν, ἐνέθεσαν φρουρᾷ
P. 420 καὶ διήρπαζον τὰς οὐσίας. οἱ δὲ λοιποὶ σφᾶς αὐτοὺς ὁρῶντες ἐν χρῷ κινδύνου καθεστῶτας ἤδη καὶ δείσαντες, μὴ καὶ αὐτοὶ κατασχεθέντες μυρίοις προσπαλαίσωσι κακοῖς, (κοινὴ γὰρ εὐθὺς πανωλεθρία τῶν μεγάλου δομεστίκου φίλων κατεψηφίσθη,) τὴν τοῦ Πορφυρογεννήτου προσαγορευομένην πυλίδα διατεμόντες, (ἦσαν δὲ δύο καὶ τεσσαράκοντα τὸν ἀριθμὸν,) Ἀπελμενὲ πρὸς τὴν πρᾶξιν ἡγουμένου, ὃς τῶν οἰκειοτάτων τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἦν, ἔξω τειχῶν ἐγένοντο Βυζαντίου. ἐπεὶ δὲ τῶν προσδοκωμένων ἀπηλλάττοντο δεινῶν, ἐδόκει δεῖν πρεσβείαν ποιεῖσθαι πρὸς τὴν βασιλίδα, τοῦτο μὲν ὑπὲρ τῶν τετολμημένων παραιτούμενοι, ὡς οὐ διὰ κα-
B κίαν, ἀλλὰ δείσαντες τὸν κίνδυνον τολμήσαιεν, τοῦτο δὲ καὶ
V. 340 δεόμενοι αὐτῆς, ὡς, εἰ παράσχοιτο συγγνώμην, ἐπανήξοντες πρὸς τὰς οἰκίας. ἐδεδίεσαν γὰρ, μὴ, καίτοι πρὸς ἀνάγκην εἰς τοιαῦτα συνελαθέντες, καὶ παρὰ μεγάλῳ δομεστίκῳ τῶν τετολμημένων ἕνεκα ὡς νεωτεριζοντες εὐθύνοιντο. ἐπεὶ δὲ τοιῶτα ἔδοξε, τὸν Καντακουζηνὸν ἀπολεξάμενοι Νικηφόρον, ὃς ἐξάδελφος τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἦν, καὶ Γαβαλᾶν, οὔπω μέχρι τότε τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ πολέμιον ἀναδεδειγμένον φανερῶς, ἀλλ' ἔτι τοῖς ἐκείνου φίλοις συνεξετάζεσθαι δοκοῦντα, πέμπουσι πρὸς βασιλίδα. ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο, Γαβαλᾶς
C μὲν, οἷα δὴ τὰ ἀπόῤῥητα ἐκείνοις συνειδὼς, τῶν τε διαδρᾶντων ἀπιστίαν κατηγόρει προφανῶς καὶ κατὰ μεγάλου δομεστίκου τὰ ἴσα τοῖς ἄλλοις λέγων, ἐδόκει ἀξιόχρεως εἰς πίστιν

stodiam immiserunt, eorum facultatibus in praedam concessis. Ceteri se periculo iam proximos cernentes timentesque, ne et ipsi comprehensi, sexcentis malis exercerentur (statim enim consensu amicos magni domestici extremo exitio damnaverant) per portulam, quae Porphyrogeniti appellatur, viam secantes, (erant autem duo et quadraginta, Apelmene duce, magni domestici familiarissimo,) Byzantio excesserunt. Securi iam malorum, legationem ad imperatricem destinandam censent, partim audaciae culpam deprecaturi, quod solo timore periculi, non malo animo id fecissent; partim veniam ipsam rogaturi, qua domum redire liceret. Erant enim in metu, ne, quamvis istuc necessitate coacti fuissent, a magno domestico nihilo minus pro rerum novarum cupidis reprehenderentur. Hoc statuto, Nicephorum Cantacuzenum, magni domestici patruelem, et Gabalam, qui nondum usque ad illam horam apertum se eius inimicum declaraverat, sed adhuc amicus apparebat, ad imperatricem mittunt. Ibi Gabalas, ut unus de coniuratis omnium guarus, et fugitivorum infidelitatem aperte accusare et contra magnum domesticum eadem, quae ceteri, effundere. Imperatrici fidem me-

βασιλίδι. καὶ πατριάρχῃ καὶ τοῖς ἄλλοις φανερῶς συντεταγμένος, τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον οὐδὲν ἠμέλει τῶν κατὰ μεγάλου δομεστίκου πραττομένων. ὅθεν καὶ τῆς εἰς βασιλίδα εὐνοίας ἆθλον, τὸ πρωτοσεβαστοῦ ἀξίωμα εἰλήφει, χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ τὸ μεγάλου λογοθέτου. Νικηφόρος δὲ ὁ Καντακουζηνὸς ἐν δεσμωτηρίῳ κατακλείεται. A. C. 1341

23. Οἱ φυγάδες μέντοι γε ἐκεῖνοι, ἐπεὶ τῶν πρέσβεων τὸν μὲν ἐπύθοντο εἰργμένον, Γαβαλᾶν δὲ τοῖς μεγάλῳ δομεστίκῳ πολεμοῦσι συντεταγμένον φανερῶς, ἀπογνόντες τὴν ἐπάνοδον, εἰς Διδυμότειχον παρὰ τὸν μέγαν δομέστικον ἀφικνοῦνται καὶ τὰ γεγενημένα πάντα ἀπαγγέλλουσι καὶ τὸν πόλεμον τὸν κεκινημένον πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ πιστεύειν οὐκ ἠβούλετο διὰ τῶν ἀπαγγελλομένων τὴν ἀτοπίαν. ἀλλ' ᾤετο αὐτούς τι βασιλίδι προσκεκρουκότας διαδρᾶναι, δείσαντας τὸν κίνδυνον, καὶ συνηγοροῦντας ἑαυτοῖς, τοιαῦτα βασιλίδος καταψεύδεσθαι. μηδὲ γὰρ ἄν ποτε ἐκείνην ἐν τοσούτῳ χρόνῳ τοιαύτην ὑποστῆναι τὴν μεταβολήν. ὅθεν καὶ διενοεῖτο, τοὺς μὲν φυγάδας αὖθις εἰς Βυζάντιον καὶ ἄκοντας ἐκπέμπειν, εἴ τι βασιλίδι προσκεκρούκασι, δίκας ὑφέξοντας ἀξίας. αὐτὸς δὲ πρὸς τὴν εἰς τὴν ἑσπέραν ἐκστρατείαν ἤδη παρεσκευασμένος ὤν, ἔμελλεν ἔργου ἤδη ἔχεσθαι. ὡς δὲ μετὰ μίαν καὶ δευτέραν ἡμέραν πολλοὶ ἐκ Βυξαντίου ἀφιγμένοι τὰ ἴσα καὶ αὐτοὶ ἀπήγγελλον τοῖς φυγάσιν, ἐδόκει δεῖν περιμείναντα μικρὸν, πρεσβείαν πρὸς βασιλίδα περὶ τῶν πραττομένων πέμ- P. 421 D B

reri videbatur; et omnino patriarchae aliisque palam se aggregans, nihil eorum, quae contra magnum domesticum agitarentur, pro sua parte negligebat. Ex quo huius sui erga imperatricem studii praemium Protosebasti, postea magni logothetae dignitatem accepit. Nicephorus autem Cantacuzenus carcere multatus est.

23. Fugitivi autem, ut alterum legatorum custodiae mandatum, Gabalam vero inter domestici hostes nomen suum palam profiteri audiverunt, reditione desperata, Didymotichum ad eundem domesticum proficiscuntur, acta omnia et bellum in eum susceptum exponunt. Qui tam nova et inexspectata nolens credere, putabat eos, offensa in quopiam Augusta, periculum fugisse et haec de compacto contra eam confinxisse: nec enim tali tempore sic mutari potuisse. Quare eos Byzantium, quamquam invitos, cogitabat remittere, ut si quid in imperatricem peccavissent, id debitis poenis expiarent. Ipse vero ad expeditionem occidentalem iam instructus, ita volebat rem aggredi. Sed ubi post unum alterumve diem multi Byzantio superveuientes, eadem cum fugitivis retulerunt, paululum subsistendum legationemque ad imperatricem mittendam iudicavit. Itaque praefectum Gaurae monasterio, virum virtuti deditum et politicis

A. C. 1341 πειν. καὶ τὸν τῆς Γαυρᾶ μονῆς ἡγούμενον ἀπολεξάμενος, ἄνδρα ἀρετῆς ἀντιποιούμενον καὶ πολιτικοῖς πράγμασιν ὁμιλεῖν ἔχοντα ἐπιτηδείως, καὶ Σγουρόπουλον ἐκ τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, συνετόν τε ἅμα καὶ δυνάμενον ἀπταίστως τὰ παρ' ἑκατέρων ἀπαγγέλλειν διαπρεσβευόμενα, πρὸς βασιλίδα εἰς Βυζάντιον ἐκπέμπει. καὶ πρῶτα μὲν ὅρκοις ἐπιστοῦτο, ὡς οὐδὲν αὐτῷ τῶν κατηγορημένων συνειδείη, ἔπειτα ἐδεῖτο, μὴ τῶν ὀλίγῳ πρότερον ἐπὶ τοῦ πατριάρχου πρὸς ἀλλήλους
V. 341 αὐτοῖς γεγενημένων ὅρκων ἐκλαθέσθαι, μηδὲ ἐρήμην αὐτοῦ
C καταψηφίσασθαι, τοῖς συκοφάνταις πειθομένην μόνοις, ἀλλ' ἐπὶ δίκην καλεῖν καὶ τῶν ἐγκλημάτων ἔλεγχον ποιεῖσθαι. αὐτὸν γὰρ εἶναι παρεσκευασμένον τῷ κατηγοροῦντι παντὶ ἀντικαθίστασθαι πρὸς δίκην. τοῖς δὲ ἐκπεμφθεῖσι πρέσβεσι προθεσμίαν ἡμερῶν παρείχετο, ὅσην ᾤετο ἀρκέσειν βασιλίδι, ὥστε περὶ τῶν παρόντων σκεψαμένην ἀκριβῶς ἀπολογίαν ἀποδοῦναι, ἵν' εἰ μὲν ὁμοῦ τὰ λυσιτελῆ καὶ δίκαια πράττειν ᾔρημένη, δικαστήριον καθίζοι καὶ τὴν ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων ἀπαιτοίη, στέργῃ τὰ ἐψηφισμένα καὶ αὐτὸς, ὁποῖά ποτ' ἂν ᾖ, πολυπραγμονῶν μηδὲν, ἵνα καὶ ἡ προσδοκωμένη τοῦ συγγενικοῦ πολέμου φλὸξ ἀπομαρανθῇ. ἂν δ' ἀγνωμονοίη καὶ
D μὴ βούλοιτο τὰ δίκαια ποιεῖν, ἀλλ' ἢ μηδαμῶς τὴν ἐξέτασιν ἀνέχοιτο ἢ τὸν καιρὸν ὑπερτιθεμένη, διακρούοιτο αὐτοὺς μετὰ τὴν εἰρημένην προθεσμίαν, τὸν θεὸν τῆς ἀδικίας καὶ αὐτὸν μάρτυρα προστησάμενος, ἃ ἂν αὐτῷ τε καὶ τοῖς συνοῦσιν

19. ἵν' ἡ προσδοκωμένη P.

negotiis obeundis idoneum, delegit eumque cum ministro eius Sguropulo, homine non stulto et qui legationem dextre ac diserte posset exponere et referre, ad imperatricem Byzantium legat. Ac primum quidem iureiurando affirmat, se nullius, quorum accusaretur, sibi esse conscium. Deinde orat, ne obliviscatur, quae nuper praesente patriarcha vicissim iurasset, neve se inauditum, sycophantarum tantummodo vocibus permota, reum pronuntiet, sed in iudicium vocet, ubi crimina sibi imposita demonstrentur; se enim paratum, cuivis accusatori apud legitimos iudices respondere. Legatis certum dierum numerum praefixit, quot imperatrici sufficerent, ut, re praesenti diligenter considerata ac perpensa, responsum daret: ut, si commode ac iuste secum agere volens, iudicium constitueret et delationum probationes exigeret, sententiam iudicum qualemcumque absque omni curiositate boni consuleret et civilis belli, quod exspectabatur, incendium ne erumperet. Sin se improbum duceret et quod iustitia postularet, facere nollet et aut nullam inquisitionem pateretur, aut tempus ducens, ultra definitum eos moraretur, Deo iniuriarum teste appellato, quae in rem suam suorum-

ᾤοιτο λυσιτελήσειν πράττειν. πρὶν δὲ μηδὲν κινεῖν τῶν κα- A.C. 1341
θεστώτων, κἂν πάντ' ἄνω καὶ κάτω γινόμενα ὁρᾷη. οἱ μὲν
οὖν πρέσβεις οὕτω προστεταγμένοι πράττειν, ἐξῆεσαν Διδυ-
μοτείχου. ἐπεὶ δὲ εἰς Σηλυβρίαν ἦκον, οἱ ἐκ τῆς παρακοι-
μωμένου οἰκίας ἐντυχόντες καὶ ἵππους διαρπάσαντες καὶ τὴν
ἄλλην ἀποσκευὴν, αὐτοὺς εἶχον ἐν φρουρᾷ. ἀγγελθέντων δὲ
τοῖς ἐν Διδυμοτείχῳ τῶν περὶ τοὺς πρέσβεις τετολμημένων,
οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἐδυσχέραινον οὐ μετρίως καὶ οὐδ' ἀνε- P. 422
κτὸν ἡγοῦντο, οὕτω παρὰ φαύλων ἐπὶ μηδεμιᾷ προφάσει προ-
πηλακίζεσθαι ἀνθρώπων. ὁ μέγας δὲ δομέστικος παρῄνει μὴ
μικροψυχεῖν. οἴεσθαι μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὰ
τοιαῦτα τελευτήσειν, ἀλλὰ μεγάλων ἔσεσθαι πραγμάτων ὑπο-
θέσεις. δεῖν δὲ ὅμως τοῖς παρὰ σφίσιν αὐτοῖς ἐμμένειν
ἐψηφισμένοις καὶ μηδὲν νεωτερίζειν πρὶν τὴν προθεσμίαν
ἥκειν. οὐ γὰρ ἀγαθὸν τοῖς παρὰ σφίσι κεκριμένοις ἐναντία
πράττειν. ἂν δέ τι παρὰ δόξαν καὶ τοῖς ἡμετέροις πρέσβεσι
συμβέβηκε, θαυμαστὸν οὐδέν. τῷ γὰρ πάντα τολμῶντι πα-
ρακοιμωμένῳ καὶ οἰκέταις οὐδὲ τὰ τοιαῦτα εἶναι ἀνεπιχεί-
ρητα προσῆκεν. οὐ δὴ δίκαιον, τὰ τοῖς ἄλλοις ἀνοήτως καὶ
θρασέως τολμηθέντα, τῇ βασιλίδι, πρὸς ἣν ἡμεῖς τὴν πρε- B
σβείαν πεποιήμεθα, λογίζεσθαι· ἄλλως τε εἰ μὲν ἐκείνη τὰ
δέοντα ποιοῦσα, συμφερόντως βουλεύσεται περὶ τῶν ὅλων καὶ
τὸν προσδοκώμενον πόλεμον διαλύσει, ὡς μηδὲν ὄντα τὰ γε-
γενημένα περιιδεῖν προσῆκον. ἂν δ', ὃ μὴ γένοιτο, πρὸς μεί-

que fore arbitraretur, ea transigeret; prius quae constituta sint, etiamsi omnia sursum ac deorsum miscerentur, non moturum. Cum his mandatis legati Didymoticho egredientes, ubi Selybriae propinquarunt, a domesticis Apocauchi, in quos inciderant, equis sarcinisque spoliati et in custodiam contrusi sunt. Didymotichum tam nefario facinore nuntiato, ceteri quidem omnes non parum indignari, et minime ferendum ducere, a vilissimis hominibus tam foede sine ulla causa multari. At magnus domesticus eos admonere, ne id imbecillius ferrent; se quoque existimare, non bene illis id eventurum et magnarum rerum esse quaedam fundamenta ac prooemia. Perstandum tamen in his, quae ipsi decrevissent, et donec dies praefinita illuxisset, nihil novandum. Non enim expedire, contra suam ipsius sententiam venire. Quod si quid praeter opinionem etiam nostris legatis accidit, nihil mirum. Nam praefecto cubiculi et servis eius audentibus omnia, qui tandem conveniebat, non etiam hoc audere? Proinde quae alii stulte et confidenter admiserunt, ea imperatrici, ad quam legatos misimus, adscribere iniustum est. Ad haec, si ipsa pro munere suo summae rei publicae consuluerit et bellum imminens discusserit, tum quae facta sunt, pro nullius

A.C. 1341 ζονα τὴν ἀτοπίαν ἐξαχθῶσι, τότ' ἤδη περὶ τῶν μεγίστων ἡμῖν, οὐ περὶ τοιούτων, προκείσεται σκοπεῖν· ὥστ' ἐξ ἀμφοτέρων δεῖ τῶν γεγενημένων καταφρονεῖν καὶ μὴ ὡς περί τινων ἀναγκαίων θορυβεῖσθαι." ἐκεῖνος μὲν δὴ τοιαῦτα εἰπὼν, κατέπαυσε τὴν ταραχὴν, πάντων εὐξαμένων εἰς ἀγαθὸν, ὥσ-
C περ εἴρηκεν αὐτὸς, ἀποβαίνειν τὰ παρόντα, καὶ μὴ ὥσπερ ἐκ τῶν πραττομένων ἀναγκάζονται στοχάζεσθαι αὐτοί. οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνοι κατεστέλλοντο τοῦ θορυβεῖσθαι. βασιλὶς δ' ἐπεὶ μάθοι τὰ περὶ τοὺς πρέσβεις εἰργασμένα, πρὸς ὀργήν τε ἐποιεῖτο καὶ ἐκέλευεν ἀποδόντας τὰ διηρπασμένα ἄγειν πρὸς αὐτήν. ἐπεὶ δὲ ἦχθησαν, πατριάρχου τε καὶ τῶν λοιπῶν συγκλητικῶν παρόντων, ἐπὶ τῆς βασιλίδος τοὺς λόγους τῆς πρεσβείας ἐποιοῦντο καὶ οὐδεὶς ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀξιουμένων ἐπῆγε μέμψιν, ἀλλ' ἐδόκουν πᾶσι δίκαια πρεσβεύειν. ἐδέοντό τε καὶ βασιλίδος καὶ πατριάρχου οἱ πρεσβευταὶ, μὴ μέλλειν περὶ πραγμάτων ἀναγκαίων, ἀλλὰ ταχεῖαν τὴν διόρθωσιν ποιεῖσθαι. ἢ δὲ ἦν γράμμασι τὸν μέγαν δομέστικον εἰς
D δικαστήριον καλεῖν. ἐτιμῶντό τε θάνατον ἑαυτοῖς, εἰ μὴ παV. 342 ρέσται ἅμα τῷ τὰ γράμματα λαβεῖν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἡσυχίαν ἦγον. Ἀπόκαυκος δὲ δείσας, μὴ ἡ βασιλὶς πρὸς τὴν ἀξίωσιν ὡς δικαίαν ἀπιδοῦσα, ἐπιψηφίσηται τὴν δίκην, καὶ πρὸς τῷ μηδὲν αὐτὸς ἠνυκέναι τῶν ἐσκαιωρημένων καὶ αὐτῆς σωτηρίας ἀποστερηθῇ, ἔγνω δεῖν ἰταμότητι χρή-

21. δικαία P. et M., δικαίαν V.

momenti factis habere decebit. Sin, quod absit, in maioribus improbi fuerint, tum non de parvis, sed de maximis consultabimus. Quapropter tum hanc, tum illam ob causam, quae facta sunt, contemnenda, nec tamquam de singularibus molestiam capiendam aio. Haec ubi dixit, tumultum sedavit, omnibus optantibus, ut quemadmodum dixerat, res bene verteret: non, ut ex anteactis coniectare ipsi cogebantur. Tumultuantes ita compescuit. Imperatrix, ut primum legatos esse violatos didicit, graviter tulit iussitque raptores spolia reddere et ad se deportare. Tum patriarcha reliquisque optimatibus et Augusta coram praesentibus, legati suo munere perfuncti sunt, cunctis, quae petebantur, ut aequa approbantibus. Rogabant autem illam et patriarcham legati, ne in rebus tam magni momenti tempus eximerent, sed celeriter emendationem adhiberent. Si litteris magnum domesticum ad tribunal citarent, nisi simulatque eas accepisset, advolaret, se, quin capite punirentur, non recusaturos aiebant. Hic omnes conticuerunt. Apocauchus tamen solicitus, ne imperatrix petitionem ut aequam respiciens, iudicium decerneret, et cum hoc, quod consiliorum suorum pravitate nihil promovisset, ipse etiam vita multaretur, temeritate et impudentia,

σασθαι ἐπικαιρὸν, ὡς δι' ἐκείνης δυνησόμενος ἀνατρέψαι καὶ A. C. 1341
συγχέαι τοὺς περὶ εἰρήνης λόγους. καὶ ἀναστὰς εὐθὺς τοῦ
συνεδρίου καὶ τῇ χειρὶ κατασείσας σιωπὴν, πρίν τι προείπεῖν ἢ
τὴν αἰτίαν, ἐξ ἧς εἰς τοιαῦτα ὥρμητο, προσθεῖναι, πολλὰς κατὰ P. 423
μεγάλου δομεστίκου ὕβρεις διεξῄει, πολέμιον κοινὸν καὶ ἄπιστον
βασιλεῦσιν, ἐπίορκόν τε καὶ ψευδόμενον ὡς τὰ πολλὰ καλῶν, καὶ
τελευταῖον εἰς αἰσχρὰς καὶ ἀνελευθέρους κατέληγεν ἐπιτιμίας.
ἔχων δὲ περὶ αὐτὸν πολλοὺς ὁμοίως τε ὑβριστὰς καὶ πρὸς πᾶν
ἀναιδείας χωρεῖν ἑτοίμως παρεσκευασμένους, ἐκέλευεν ἐρεσχε-
λεῖν τοὺς πρέσβεις. καὶ τοῦ μοναχοῦ μὲν ἁπτόμενοι θρασέως „ὃ
τοῦ Καντακουζηνοῦ πατριάρχης" ἐπεβόων „οὗτοσί," χριστε-
μπαίκτην καὶ ὑποκριτὴν καὶ τοιαῦτα ἄττα δεινότερα προσαγορεύ-
οντες. Σγουρόπουλόν τε ὁμοίως πολλὰ περιυβρίσαντες καὶ λοιδο-
ρησάμενοι, εἶτα ἀμφοτέρους, εἰς ἣν ἐξενίζοντο οἰκίαν, ἐφρού-
ρουν ἀπροΐτους. βασιλὶς δὲ, εἴτε καὶ αὐτὴ πρὸς τὰ πεπρα- B
γμένα μηδὲν ἀγανακτοῦσα, εἴτε ἤδη καὶ ἀναστέλλειν τὰς τῶν
στασιαζόντων ὁρμὰς οὐ δυναμένη, ἤνεγκε σιγῇ. οἱ δὲ τῶν
πραγμάτων ἄρχοντες τῇ μεγάλου δομεστίκου μητρὶ κατὰ τὴν
οἰκίαν διαγούσῃ ἅμα τῷ ἐγγόνῳ Ἀνδρονίκῳ πλείονά τε φρου-
ρὰν ἐφίστουν καὶ ἀσφαλέστερον ἐτήρουν. ἐπεὶ δὲ ὁ πόλεμος
ἐν Βυζαντίῳ ἤδη λαμπρῶς ἀνήφθη, ἐδόκει δεῖν καὶ τὰς ἄλ-
λας πόλεις καὶ μείζους καὶ ἐλάσσους προσεταιρίζεσθαι πει-

11. χριστεπέμκτην M. mg. 21. λαμπρὸς P.

quibus de pace sermones confundere atque evertere posset, opportune usurum se existimavit. Et illico in consessu surgens manuque silentium indicens, priusquam praefaretur aut causam adduceret, ob quam huc ferretur, multa adversus magnum domesticum maledicta congerebat, communem hostem, imperatoribus infidum, periurum, mendaciloquum nominans tandemque in foeda et illiberalia convicia desinens. Et quia comites habebat, sibi maledicentia similes et ad omnem inverecundiam proiectos, imperavit illis in legatos torquere scommata. Ac monachum quidem impudenter lacerantes, acclamabant: hic est Cantacuzeni patriarcha, illusor Christi et hypocrita, et aliis demum contumeliosioribus vocabulis eum proscindebant. Sguropulum quoque variis probris perquam iniuriose lacerabant. Deinde ambos in aedibus, ubi diversabantur, ita custodierunt, ut egredi nusquam possent. At imperatrix, an quia horum illi etiam nihil dolebat, an quia seditiosorum impetus iam reprimere et coercere non poterat, silentio ista ferebat. Archontes seu primores illi, in quorum manibus iam erat res publica, matrem magni domestici cum nepote Andronico domi inclusam, aucta custodia, tutius servabant. Ubi belli flamma Byzantii iam emicuit, alias quoque urbes, maiores minoresque, ad eius societatem dedita opera traducere oportere iudicatum est. Ergo ad omnes imperatoriae

A.C. 1341 ρᾶσθαι. γράφεται δὴ πρὸς πάσας γράμματα βασιλικὰ, κε-
C λεύοντα τὸν μέγαν δομέστικον πολέμιον ἡγεῖσθαι, καὶ μηδε-
μίαν δέχεσθαι ἐπιδημοῦντα, ἀλλὰ παντὶ σθένει πολεμεῖν καὶ
διαφθείρειν. ὡς δὲ καὶ ταῦτα ἠγγέλλετο τῷ μεγάλῳ δομε-
στίκῳ καί τινα τῶν γραμμάτων ἐκομίζετο εἰς ἀπόδειξιν ἐναρ-
γῆ τῶν λεγομένων, ἐθορυβεῖτο μὲν σφοδρῶς ἤδη καὶ ἐκυμαί-
νετο τὴν ψυχὴν καὶ αὐτὸς καὶ οἱ συνόντες. οὐδὲν μέντοι
καὶ αὐτοὶ νεωτερίζειν ἐπεχείρουν, τὴν προθεσμίαν περιμένον-
τες, ἄτοπον ἡγούμενοι πρὸ ἐκείνης τι τολμᾶν. ἐπεὶ δὲ ἤκού-
σης οἵ τε πρέσβεις παρῆσαν οὐδαμοῦ καὶ οὔτε γράμμασιν,
οὔτε μὴν λόγοις ἠδυνήθησαν δῆλα θέσθαι τὰ γεγενημένα ὑπὸ
τοῦ φρουρεῖσθαι ἀσφαλῶς, ὅσοι τῶν συγκλητικῶν παρῆσαν
ἐν Διδυμοτείχῳ καὶ ἡγεμόνες τῆς στρατιᾶς ἅμα πρὸς τὸν μέ-
D γαν δομέστικον ἐλθόντες, μηκέτι μέλλειν συνεβούλευον, ὡς
πάσης προφάσεως ἤδη περιῃρημένης, ἀλλὰ σκεψαμένους ἐξευ-
ρίσκειν, ὅθεν ἂν εἴη καὶ αὐτοῖς ποριζεσθαι τὴν σωτηρίαν.
τῷ δ' ἐδόκουν μὲν τὰ λυσιτελοῦντα συμβουλεύειν. οὐδὲ γάρ,
βασιλίδος καὶ τῶν περὶ αὐτὴν, ἃ λυσιτελεῖν αὐτοῖς ἐνόμιζον,
πραττόντων, αὐτοὺς ἀργοὺς προσήκειν ᾤετο καθῆσθαι. ἔτι
γε μὴν οἰόμενος ἔσεσθαί τινα μεταβολὴν καὶ κατάλυσιν τοῦ
πολέμου, παρεκάλει τοὺς συνόντας, μὴ μικροψυχεῖν, μηδ'
ἀφορμὰς παρέχειν τῷ πολέμῳ.

P. 424 κδ'. Ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις ἦκε πρὸς αὐτὸν ἐκ
V. 343 Βυζαντίου ἐκ τῶν τῆς βασιλίδος οἰκετῶν ὁ Τζυράχης ὠνο-

5. γραμμάτων M., πραγμάτων P.

transmittuntur epistolae, quibus praecipitur, magnum domesticum hostis loco habeant: ad se venientem nulla excipiat: nervis omnibus ei resistant cumque disperdant. Haec ut illi nuntiata sunt et ad luculentam confirmationem aliquod huiusmodi epistolae apportatae, cum suis nimiopere conturbatus, curarum aestu fluctuavit; nihil tamen novi tentarunt, diem oratoribus reversuris praefinitam praestolantes, indecorum rati, prius quidquam inceptare. Ea ubi affuit, nec legati usquam comparerent et neque litteris, neque internuntiis, quae acta essent, significare possent, propterea quod caute custodiebantur: quotquot optimates Didymotichi versabantur et duces item exercitus simul ad magnum domesticum adeuntes, auctores erant, ne procrastinaret, omni iam praetextu sublato, et de ipsorum etiam salute incolumitateque cogitaret. Placuit consilium. Cum enim imperatrix cum factione sua utilitates suas curaret, haud ille sibi sedendum arbitrabatur. Nihilo minus aliquam adhuc conversionem bellique dissolutionem sperans, suos ne animis concidercnt neve bellum irritarent, hortabatur.

24. Paucis post diebus ex aulicis imperatricis Cyriacus Byzan-

μασμένος, γράμματα φέρων, ἃ ἐκέλευεν αὐτὸν ἀποσχόμενον Δ.C. 1341
τῶν πραγμάτων οἴκοι διατρίβειν καὶ μηδὲ τῆς Διδυμοτείχου
πύλης ἐξιέναι, ἄχρις ἂν αὐτὴ ψηφίσηται περὶ αὐτοῦ, ὅ,τι ἂν B
δοκῇ. τὴν αἰτίαν δὲ τῶν εἰρημένων οὐκ ἐν τῷ παρόντι δή-
λην εἶναι ποιήσεσθαι, ἀλλ' ὕστερον ὀλίγῳ αὐτῷ τε καὶ πᾶ-
σιν ἂν γενέσθαι φανεράν. πρὶν δὲ τὰ γράμματα ταυτὶ γρα-
φῆναι ἕτερα ἐγράφοντο, τοῦ παρακοιμωμένου ὑπαγορεύοντος,
πικρίας μεστὰ καὶ ὕβρεως καὶ εἰρωνείας, ἃ ἐκώλυσεν ἡ βα-
σιλὶς πεμφθῆναι, μόλις πείσασα τοὺς ἄγοντας. ἐπεὶ δὲ ἀνε-
γιγνώσκετο ἐπ' ἐκκλησίας, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες τὴν τῶν γε-
γραμμένων ἀτοπίαν ἐκπεπληγμένοι, ἅπτεσθαι ἤδη παρῄνουν
τοῦ πολέμου καὶ μὴ διεφθορόσιν ἀνθρώποις τὸν καιρὸν προ-
ἴεσθαι, καθ' ὃν ἐξέσται διασώζειν ἑαυτούς. ὁ μέγας δὲ δο- C
μέστικος ὁρῶν ἤδη τὰ πράγματα εἰς ἀκμὴν ἥκοντα κινδύνου
καὶ μηκέτι διαμέλλειν καὶ αὐτὸς οἰόμενος, ἐτράπετο ἤδη πρὸς
τὸ βουλεύεσθαι καθ' ὅ,τι χρηστέον ἂν εἴη τοῖς πράγμασι
καὶ αὐτούς. καὶ πρῶτος αὐτὸς εἰς τὴν βουλὴν καταστάντων,
εἶπε τοιάδε. „ἄνδρες συστρατιῶται, τὰ μὲν παρόντα πρά-
γματα εἰς ὅσον δυσκολίας καὶ ταραχῆς νῦν τε ἥκουσι καὶ
μᾶλλον μέλλουσιν ἐπιδιδόναι, ὁμοίως ἔξεστι πᾶσι στοχά-
ζεσθαι ἡμῖν. ἐγὼ δ' εἰ μὲν ἢ νῦν ἐξ ἀλλοδαπῆς ἐλθὼν ἢ
διατρίβων παρ' ὑμῖν, τῶν πολλῶν οὐδὲν ἄμεινον διακείμενος
ἠγνοούμην, εἶχεν ἄν τινα λόγον ἴσως, ὁποῖος τὸν τρόπον καὶ

13. αὐτούς M.

tio venit cum litteris, quibus imperabatur, ut se abdicaret ac domi suae privatus viveret, neve extra portam Didymotichi pedem efferret, quoad ipsa de eo pro arbitrio statuisset. Causam mandati sui nolle in praesens patefacere: paulo post ipsi et omnibus manifestam fore. Antequam autem hae litterae conscriberentur, aliae, Apocaucho dictante, exaratae fuerant, felle contumeliarum et irrisionum plenae: quas mitti imperatrix vetuit, vix eius auctoritate quiescentibus, a quibus ad mittendum impellebatur. Illis in conventu apud Didymotichum recitatis, ceteri quidem omnes scriptorum absurditate attoniti, bellum capessendum nec perditis hominibus suae salutis opportunitatem esse condonandam dictitare. At magnus domesticus iam se inter sacrum saxumque stare videns et nec ipse ultra prolatandum censens, ad consilium refert, quid tali praesertim tempore faciendum sit, exquirit ac princeps ipse consilii, hunc in modum disserit. Quae nunc sit rerum difficultas perturbatioque, viri commilitones et quanto afflictior status hic futurus sit, omnibus vobis sine discrimine exputare licitum est. Ego vero si aut modo ex peregrina regione adventarem, aut apud vos degens, velut unus de media plebe, ignorarer, esset fortasse, cur mores ingeniumque

A.C. 1341 τὸ ἦθος, ἐφ' ὑμῶν διεξιέναι. ἐπεὶ δ' ἐκ πρώτης ἡλικίας ἄχρι
D νῦν οὐ παρ' ὑμῖν ἐπολιτευόμην μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διῴκουν μετὰ βασιλέα, ἐξ ὅτουπερ ἐκεῖνος κατέστη πρὸς αὐτὴν, ὑφ' ἧς ἐμοῦ πᾶσιν ἢ βελτίονος ἢ χείρονος πειρᾶσθαι παρέχεσθαι ἠναγκαζόμην, οὐχ ἧττον ἄν μοι συνειδείητε καὶ αὐτοὶ τὸν τρόπον, ἢ αὐτὸς ἐμαυτῷ. ὅθεν οὐδὲ τοῦ προτέρου βίου πλείονα ποιήσομαι τὸν λόγον, ὀρθῶς καὶ δικαίως πεπολιτευμένον παρ' ὑμῖν ἐμαυτὸν ἀποδεικνὺς, παντα σαφῶς τὰ ἡμέτερα εἰδόσιν. ἕως μὲν οὖν περιῆν ὁ βασιλεὺς, ἐκεῖνός τε ἐμοὶ πολλὴν ἐν τοῖς πράγμασι παρείχετο
P. 425 τὴν ῥοπὴν καὶ πάντα οὐχ ἧττον ἢ ἑαυτῷ καὶ τὰ μέγιστα ἐπέτρεπε διοικεῖν. ἐγώ τε τὴν ἴσην εὔνοιαν παρειχόμην καὶ σπουδὴν, ὅσα προσῆκε τὸν φιλούμενον ποιεῖν, οὐδὲν ἐλλείπων. ἐπεὶ δ', οὕτω δόξαν τῷ τὰ τῇδε πάντα διοικοῦντι, ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο ἐκεῖνος, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἕτερον ἐλογιζόμην προσήκειν ἐμαυτῷ, ἢ τῆς εἰς ἐκεῖνον εὐνοίας δεῖγμα σαφέστατον τὴν εἰς τοὺς παῖδας πρόνοιαν καὶ βασιλίδα τὴν ἐκείνου γαμετὴν ἐξενεγκεῖν. καὶ διετέλεσά γε μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἄχρι νῦν οὐδὲν τῶν δεόντων παραλείπων, ἀλλὰ καὶ σώ-
V. 344 ματος καὶ χρημάτων ἀφειδῶν καὶ πάντα πράττων καὶ μηχα-
B νώμενος ἐπὶ τῷ συνδιασώζειν ἐκείνοις τὴν ἀρχήν. οὐ μὴν οὐδ' ἄχρι νῦν μὲν ὀρθῶς καὶ δικαίως ἐπολιτευόμην, ὕστερον

meum vobis explicarem. Sed quoniam a primordio aetatis usque ad hoc tempus non solum apud vos vestris legibus institutisque vixi, sed Romanorum quoque imperium secundum imperatorem rexi, ex quo id ille accepit, (in quo coactus sum, me aut benigniorem aut severiorem experiundum praebere omnibus) non minus vos qualis sim, quam egomet ipse, cognitum perspectumque habetis. Quare nec de anteacta vita mea plura dicam, ut doceam nimirum, me honeste ac iuste inter vos vixisse, quando quidem nostra omnia perspicue nostis. Quamdiu igitur superfuit imperator, multo me res imperii gubernantem amore prosecutus est, nec magis sibi, quam mihi omnia, quamvis summi momenti, regenda permisit. Cui ego in amore ac studio respondebam, nec a me officium ullum desiderari patiebar, quod qui diligitur, se diligenti praestare debet. Postquam autem ille nutu ac voluntate universa moderantis Dei, inter homines esse desiit, id solum negotii credebam mihi datum, ut evidentissimum mei erga ipsum amoris argumentum, solicitudinem atque curam in liberos et coniugem eius ederem. Et quidem ab eius obitu usque huc nihil praetermisi, sed nec corpori meo pecuniisve peperci nihilque non feci et tentavi, ut illis imperium conservarem. Neque vero cum hactenus pro eo ac debui fideliter iusteque praefuerim, demum magnitudine potestatis inflatus, mihi Romanum imperium asserturus et personam istam in imperatoriam

δὲ ὑπὸ τῶν πραγμάτων φυσηθεὶς, ἔμελλον τὴν Ῥωμαίων ἀρ- A. C. 1341
χὴν ἐμαυτῷ περιποιεῖν, εἰς βασιλέως σχῆμα τὸ παρὸν μεταβαλών. περὶ μὲν γὰρ τοῦ παρεληλυθότος αὐτὰ τὰ πράγματα συμμαρτυρήσειεν ἂν ἐμοὶ, ἐπὶ δὲ τῶν ἐσομένων οὐ θεὸν μόνον τῶν βεβουλευμένων συνίστορα παρέχομαι, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν παρελθόντων τῶν μελλόντων ἔξεστιν ἀπόδειξιν ποιεῖσθαι ἐναργῆ. εἰ γὰρ τοιούτων, οἷων φασὶν οἱ συκοφάνται, ἐπεθύμουν, τί ἐκώλυεν, ἡνίκα, βασιλέως τελευτῶντος, τοὺς ἐκείνου παῖδας ἔχων, ἐποιούμην τὰ βασίλεια ὑπὸ φρουρᾷ καὶ μετὰ τρίτην ἡμέραν καὶ βασιλίδος ἀφιγμένης, πάντα C
χρήματα ἦσαν ἐπ' ἐμοὶ, ὥσθ' ὅ,τι χρῆσθαι ἠβουλόμην, ἐκείνους μὲν ἀποκτιννύναι, αὐτὸν δὲ τὴν βασιλείαν ἄνευ πόνων ἔχειν καὶ ἱδρώτων, οὐδενὸς ἔτι λειπομένου τοῦ τολμήσοντος ἀνθίστασθαι ἐμοί; ἐγὼ δὲ οὐ μόνον τοιοῦτον οὐδὲν ὤφθην διανοηθεὶς, ἀλλὰ καὶ εἰς ἑνάτην ἡμέραν ἐκ τῆς βασιλέως τελευτῆς ἐν ἀσφαλείᾳ πάσῃ καταστήσας, τήν τε φρουρὰν ἀπήγαγον ἐκεῖθεν καὶ αὐτὸς οἴκοι καταστὰς, τῶν πραγμάτων, ὥσπερ καὶ πρότερον, εἰχόμην, οὐδὲν καινοτομῶν, οὐδὲ πρὸς τὸ λυσιτελοῦν ἐμοὶ τὰ πράγματα οἰκονομῶν, ἐξ ὧν ἄν τις ὀφθῆ δικαίως, εἰς ἐμαυτὸν μετάγειν πειρᾶσθαι τὴν ἀρχήν. ἐπιτρόποις τε γὰρ ἐχρησάμην τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν πόλεων, D
οἳ καὶ πρότερον ἦσαν βασιλέως τελευτῶντος, καὶ τὴν στρατιὰν, οὖχ ὅπως εὐνοήσουσιν ἐμοὶ, ἀλλ' ὅπως μάλιστα τῷ κοι-

mutaturus eram. Namque de praeterito, res ipsae hoc testabuntur: super futuris, non solum Deum cogitationum mearum testem do, sed etiam ex ipsis praeteritis ea liquido probari posse dico. Si enim ista, ut sycophantae praedicant, concupiscebam, quid prohibebat, quando, imperatore moriente, illius filios habens, palatium custodibus munichar, et post diem tertium, imperatrice accedente, omnia erant in manu mea, ut iis ad arbitratum uterer, quin illos e medio tollerem mihique imperium citra sudorem ac laborem retinerem, nullo iam relicto, qui se mihi auderet opponere? Atqui me non tantum nihil huiuscemodi machinari apparuit, sed cum in nonum diem a morte imperatoris omnia in tutissimo constituissem, custodiam deinde removi et domi meae, sicut antea, rem curare publicam perrexi, nihil novi incipiens, neque ad meum commodum eius gubernationem dirigens: unde conari me imperium occupare quispiam iure putavisset. Qui vivo imperatore erant, eos provinciarum urbiumque praefectos reliqui: et ut exercitus non mihi bene vellet, sed communi plurimum prodesset, omnimodis elaboravi. Quin etiam dum foedera cum barbaris finitimis inivi, nemo est, qui me privatum aliquod compendium communibus emolumentis anteposuisse ostenderit. Sed cum illis quidem pacem rei publicae

A. C. 1341 νῷ χρήσιμοι ἔσονται, πάντα ἐπραγματευόμην. οὐ μὴν ἀλλα καὶ τοῖς περιοίκοις τῶν βαρβάρων σπονδὰς τιθέμενος, οὐκ ἔσθ' ὅστις ἂν ἐξελέγξειεν, ὡς πρὸ τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος τῶν ἰδίᾳ τι εἰλόμην ἐμοὶ διαφερόντων. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐσπενδόμην λυσιτελούντως τῷ κοινῷ, τοῖς δὲ παρεσκευαζόμην πολεμεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, μηδένα κίνδυνον ἐκ τῶν οἰκείων ὑφορώμενος. ἐξ ὧν ἁπάντων ἄν τις μάλιστα συνίδοι, ὡς ἀδόλως καὶ καθαρῶς ὑπὲρ τῶν βασιλέως ἐπολιτευόμην παίδων ἐγώ.

P. 426 εἰ γὰρ οἷα διαβάλλουσιν οἱ κατηγοροῦντες διενοούμην, εἰ μή τι ἄλλο, τὸν γοῦν διεσκεδασμένον κατὰ πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν πλοῦτον συνάγειν ἔδει, οὐδὲ ῥᾳδίως ἀριθμητὸν, ὥσπερ ἴστε ὄντα καὶ αὐτοὶ, καὶ μάλιστα χρησιμώτατον ἐσόμενον εἰς τὸν πόλεμον ἐμοί. νυνὶ δὲ ἔξεστιν ὁρᾷν οὐ βοσκημάτων μόνον πλῆθος καὶ καρπῶν, ἅπερ ἄν τις ἴσως οἰήσαιτο δυσκολίαν τινὰ παρέχειν καὶ ὑποψίαν ἀθροιζόμενα, ἀλλὰ καὶ χρυσὸν πολὺν καὶ ἄργυρον διεσκεδασμένον πανταχοῦ. καίτοι τὸ θαυμαστότερον παρῆλθον, ὡς δή τι θαυμαστὸν λέγων. οὐ μόνον γὰρ τὸν διεσκεδασμένον οὐ συνῆγον πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄντα τὸν μὲν ἐδαπάνων ἀφειδῶς ἐν ταῖς χρείαις

B ταῖς κοιναῖς, τὸν δ' ἑκὼν εἶναι κατελίμπανον αὐτὸς ἐν Βυζαντίῳ ἔχων ἐν χερσίν. ὀλίγαις γοῦν ἡμέραις πρότερον ἐν βασιλείοις χρείας γενομένης, ἐκ τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς σκεύη ἀργυρᾶ ὑπὲρ διακόσια ἠνέχθη οὐκ ὀλίγου ἄξιά τινος· ἃ μετὰ τὴν χρείαν τῶν ἐπὶ τὴν φυλακὴν ἐκείνων τεταγμένων ἀπο-

salutarem confeci, pro filiis autem imperatoris de suorum fide securis ut pugnaretur, operam dedi. Ex quibus universe hac luce clarius est, me nullo dolo et sinceriter eorum loco clavum tenuisse. Si enim ea versabam animo, quae calumniatores isti obiiciunt, ut nihil aliud, certe toto Romano imperio sparsas easque, ut ipsi quoque scitis, immensas opes atque copias mihique ad bellum opportunissimas colligere oportebat. Nunc videre est, praeter pecorum greges et frugum ubertatem, quibus congregandis fortasse existimaret quispiam suspicionem vitari aegre posse, magnam meam auri argentique vim ubique. Quamquam dum quiddam admirabile dico, quod admirabilius est, praeterii. Non enim tantummodo sparsam pecuniam meam non contraxi, sed et praesentem ac suppeditantem partim in usus communes liberaliter insumpsi, partim quam in manibus habebam, Byzantii libens reliqui. Paucis igitur ante profectionem meam diebus cum indigentia in palatio extitisset, e domo mea vasa argentea admodum preciosa supra ducenta praebita sunt. Quorum custodes cum rogarent me, ut post usum ea reciperem, supervacaneum duxi affirmavique, nihil interfuturum, utrum in aerario imperatoris, an in aedibus meis servarentur. Praeterea cum insulas et urbes, maiores minoresque, obtinerem multas,

λαμβάνειν δεομένων, οὐκ ἀναγκαῖον ἡγησάμην, οὐδὲν διοίσειν A. C. 1341
φάμενος ἐν τοῖς βασιλικοῖς τηρεῖσθαι ταμιείοις, ἢ ἐν οἴκοις
τοῖς ἐμοῖς. ἔτι γε μὴν οὐδὲ νήσων πολλῶν καὶ πόλεων, καὶ
μειζόνων καὶ ἐλαττόνων, ἐχομένων ὑπ' ἐμοῦ, ὧν τὰς μὲν
ἐκ τῶν οἰκείων δαπανῶν ᾠκοδόμησα αὐτὸς, τὰς δ' ἐκ βασι-
λέως ἔσχον δωρεὰν, οὐδεμίαν οὔτε φρουρᾷ κατέσχον, οὔτε
τινὸς ἠξίωσα προνοίας, ὥστε ἀσφαλῶς κατέχειν. οὐδέ τι C
τῶν ὅσα λυσιτελήσειν ἔμελλε πρὸς τὴν διάνοιαν ἐμοὶ, οὔτε V. 345
εἰργασμένος, οὔτε μελλήσας ὑπ' οὐδενὸς ἐξελεγχθείην ἄν.
ἰσοὺ γὰρ δήπου γε καὶ τοῦτο κατηγορήσουσιν, ὡς ἀπραγμοσύνῃ
καὶ πολέμων ἀπειρίᾳ εἰς οὐδὲν προῆγμαι τῶν δεόντων. ἐγὼ
δὲ οὐκ ἐξ ὧν αὐτὸς ἐπραγματευόμην μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ
πάντων Ῥωμαίων, οὐ τῶν νῦν ἐμοὶ συνόντων ὑμῶν μόνον,
ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν Βυζαντίῳ καὶ τῶν ἄλλοθί που γῆς διατρι-
βόντων, ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας ἐναργῆ πειράσομαι ποιεῖσθαι.
πολλῶν γὰρ ὄντων, καὶ μειζόνων καὶ ἐλαττόνων, πάνυ τε
φιλίως ἐμοὶ διακειμένων ὁμοίως πάντων, καὶ τῶν μὲν ἐξ
αἵματος προσηκόντων, τῶν δὲ φιλίας δεσμοῖς ἀλύτοις συνημ- D
μένων ἐκ πολλῶν ἐτῶν ἐμοὶ καὶ πολλὴν παρεσχημένων
πεῖραν ἐν πολλοῖς τῆς εἰς ἐμὲ στοργῆς, οὐδεὶς οὔτε τῶν
παρόντων ὑμῶν, οὔτ' εἴ τις ἄλλοθί που διατρίβοι, δυ-
ναιτ' ἂν ἐμοὶ τῶν κατηγορημένων ὡς τι σύνοιδεν ἐλέγχειν.
καίτοι γε πᾶς τις ἂν φαίη καὶ ὀλίγα μετασχὼν φρενῶν, ὡς
οὐκ ἂν δυναίμην τοιούτοις μόνος ἐπιχειρεῖν. ἀλλὰ καὶ στρα-

17. ὁμοίως πάντων add. M.

quarum alias meis sumptibus aedificavi, alias dono ab imperatore accepi, nulli earum praesidium imposui, nec quo tutius eas possiderem, ulla cura dignatus sum. Nec me quisquam coarguerit, aut fecisse, aut facturum fuisse quippiam, quod mihi utile cum animo meo constituissem. Nec in hoc, credo, accusabunt, quod otio ac desidiae deditus et bellandi inscitia nullum operae pretium fecerim. Ego vero non ex laboribus dumtaxat meis, sed omnium Romanorum testimonio, non solum vestro, qui nunc mecum militatis, sed et qui Byzantii et alibi terrarum vivunt, veritatem evidenter enitar demonstrare. Cum namque multi, summi atque infimi, et omnes aeque mei cupidi sint aliique sanguine coniuncti, alii amicitiae vinculis insolubilibus mecum copulati, quique multis iam annis et compluribus in rebus amoris erga me praecipui documenta dederent, nullus neque vestrum, qui adestis, neque alibi degentium, docere possit, se ullum de me crimen nosse, quorum accusor. Et tamen unusquisque non plane stolidus confitebitur, me solum talia moliri non potuisse, sed et copiis et amicis longe fidissimis et apparatu plurimo indiguisse: ex quo si non vulgo, at mei amicissimis lice-

A.C. 1341 τιῶς ἐδέησεν ἄν, πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν συναιρομένης, καὶ φίλων τῶν γνησιωτάτων μάλιστα καὶ πολλῆς παρασκευῆς, ἐξ ἧς οὐκ ἐνῆν, εἰ μὴ τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ τούς γε ἐπιτηδειοτάτους,
P. 427 μὴ τὴν διάνοιαν καταστοχάζεσθαι τῶν γιγνομένων. εἰ δέ τίς τι τοιοῦτον ἐξελέγχειν ἔχει, παρίτω καὶ δεικνύτω. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι. ἐγὼ γὰρ ἀνδρίας μὲν καὶ συνέσεως καὶ ἐμπειρίας τῆς πρὸς τοὺς πολέμους πολλοῖς ἂν παραχωρήσαιμι καὶ τῶν πάλαι καὶ τῶν νῦν, τρόπων δὲ εὐθύτητος καὶ ἀληθείας οὐδενί· οἷς μάλιστα νυνὶ θαῤῥήσας παῤῥησιάζομαι τοιαῦτα. εἰ δὴ ἔκ τε ὧν ἐπραγματευόμην αὐτὸς, ἔκ τε τῶν τὸ ἅπαντα χρόνον συνόντων ὑμῶν ἐμοὶ, μήθ' ὑποπτευθεὶς, μήτε εἰργασμένος φαίνομαι ὧν κατηγόρημαι μηδὲν, οὐκ ἄν τις ἂν ἐμοὶ δικαίως ἐπενέγκοι μέμψιν, ὡς οὐ προσηκόντως πρὸς τὰ πραττόμενα ἐξαγομένῳ πρὸς ὀργήν. ἔδει γὰρ βασιλίδα, τὸν
B τε τρόπον ἐμοὶ τὸν ἔξαρχῆς ὡς οὐ διεφθαρμένος συνειδυῖαι καὶ τὴν ἐμοῦ καὶ βασιλέως ἀπαράμιλλον ἐκείνην καὶ θαυμασιωτάτην φιλίαν καὶ τὴν μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ὑπὲρ τῶν ἐκείνου παίδων καὶ αὐτῆς πολλὴν σπουδὴν καὶ προθυμίαν, μὴ συκοφάνταις ἀνθρώποις καὶ διεφθορόσι πείθεσθαι, ἀλλ' ἐμοὶ προσέχειν ὀρθῶς καὶ δικαίως ὑπὲρ αὐτῆς πολιτευομένῳ. ἐπεὶ δὲ βάσκανός τις δαίμων τῶν ἐξητασμένων ἐπὶ φθορᾷ, τὰ μὲν ἀληθῆ καὶ δίκαια περὶ ἐμοῦ πεπεῖσθαι οὐκ ἀφῆκεν, ἐχθρὸν δὲ ἀντὶ φίλου καὶ πολέμιον ἀντὶ συμμάχου καὶ δύσ-

5. παρείτω P. 11. μήτε ὑποπτευθεὶς P. 15. συνοιδυῖαν P.

ret colligere, quid sibi vellent, quae fierent. Si quis tale aliquid probare potest, accedat licet et probet. At non poterit. Equidem qua fortitudine, qua prudentia usque militari, et superiorum et nostri saeculi multis concesserim: probatis autem moribus ac veritatis studio nemini; quibus potissimum nunc confisus, haec libere sum prolocutus. Si igitur neque ex his, quae ipse efficere contendi, neque ex vobis, qui mecum semper fuistis, vel suspectus vel reus eorum videor, quorum in me adornata est accusatio, nemo me iure reprehendet, quasi iniuria super his rebus succenseam. Decebat enim Augustam, testem ab initio integritatis meae et eius, quae mihi cum imperatore intercessit, inimitabilis et admiratione dignissimae amicitiae ac post obitum illius pro filiis ipsaque curarum mearum et impigrae solicitudinis, non credere sycophantis perversisque hominibus; sed a me legitime recteque pro ipsa imperium regente, rationes suas suspensas habere. At postquam daemon quispiam invidus et in pernicie invehenda exercitatus, vera et iusta de me credere non sivit magisque inimicum pro amico, hostem pro socio et malevolum pro fidelissimo existimare persuasit,

νουν ἀντὶ πιστοτάτου πέπεικεν ἡγεῖσθαι, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἐμαυ- A.C. 1341
τῷ πειθόμενος πρὸς τὰ παρόντα πράττειν ἔγνων δεῖν, ὑμῖν C
δὲ χρώμενος συμβούλοις, πρὸς ὅ,τι ἂν ἐπιψηφίζησθε ὑμεῖς
ἐμαυτὸν παρέξομαι πειθόμενον προθύμως, μᾶλλον δ' αὐτὸς
πρῶτος ἃ μοι δοκῶ ἐν τῷ παρόντι συμφέροντα ἐρῶ. μελήσει δὲ
ὑμῖν ἢ ἐπιψηφίζεσθαι τὰ εἰρημένα ἂν δοκῇ λυσιτελεῖν, ἢ γνώ-
μην ἕκαστον εἰσάγειν, ἥ τά τε παρόντα καὶ τὰ προσδοκώμενα
μᾶλλον λύσει δυσχερῆ, ἡμᾶς τε καὶ σύμπασαν ἡγεμονίαν διασώ-
ζουσα Ῥωμαίων. νομίζω δὲ μηδὲν εἶναι μᾶλλον λυσιτελέστερον
καὶ σωτήριον τοῖς πᾶσιν, ἢ ἐμαυτὸν ἑκοντὶ παραγενόμενον ἐγχει- D
ρίζειν βασιλίδι, ὥστε κατ' ἐξουσίαν ἔχειν αὐτήν, ὅ,τι βούλοιτο
ψηφίζεσθαι περὶ ἐμοῦ. κἂν μὲν τὰ δίκαια ποιεῖν προῃρημένη,
δικαστήριον καθίζοι καὶ καιρὸν παρέχοιτο ἀπολογίας, θεῷ θαρ- V. 346
ρεῖν τῷ προστάτῃ τε ἀληθείας ὄντι καὶ τοιαύτῃ χαίροντι προσω-
γορίᾳ, πάντα ὥσπερ εἰσὶ ψεύδη καὶ συκοφαντίας ῥᾷστα ἀ-
πελέγξειν. τοῦτο δὲ εἰ γένοιτο, πᾶσαν ἀπωσάμενον ἀρχὴν
καὶ συκοφαντίας καὶ φθόνου πᾶσαν πρόφασιν περιελόντα,
οἴκοι διατρίβειν, τῶν κοινῶν προσαπτόμενον μηδενὸς, μηδ' εἰ
πάντες ἄνθρωποι βιάζεσθαι ἢ πείθειν ἐπιχειροῖεν. εἰ δ' ἄρα
μήτε τοῦ δικαίου, μήτε τοῦ προσήκοντος μηδένα ποιουμένη P. 428
λόγον, ἀλλὰ κατάκρας ἁλοῦσα ταῖς συκοφαντίαις, ἐρήμην καὶ
τὰ δεινότατα καταψηφίζοιτο, πάντα φέρειν ἱλαρῶς, αἱρετώ-
τερα ἡγούμενον πολλῷ τῷ μέτρῳ καὶ κλοιὰ καὶ δεσμωτήριον

1. πεποίηκεν P.

ego quidem in hac causa nihil agere, sed vestrae me sententiae permittere et quod iudicaveritis, in eo alacriter vobis obsequi in animum induxi. Imo vero ego primus, quae in praesentia mihi videntur expedire, edisseram. Vestrum erit, aut suffragari dictis meis, si ea probaveritis, aut unumquemque sententiam proferre huiusmodi, quae et praesentem miseriam tollat et futuram multo maiorem impediat et cum vos, tum Romanum imperium universum conservet. Arbitror autem, omnibus nobis nihil vel utilius fore vel salutarius, quam si ad imperatricem ultro profectus, ei me subiiciam, ut pro potestate et iudicio suo de me statuat. Et si quidem, ut patrona iustitiae, iudicium constituere tempusque defensioni praescribere voluerit, Deo, veritatis praeside talique appellatione gaudente, fretus, omnia, ut revera sunt, falsitatis et sycophantiae, quod erit facillimum, convincam; et ita totius imperii temperatione abiens et sycophantiae atque invidiae occasione omni sublata, privatus vivam, publici muneris nihil geram; nec si quantum est mortalium, eo me aut verbis inducere aut vi impellere conniteatur. Sin neque iustitiae, neque honestatis ullam rationem ducens, obtrectatorum sermunculis penitus capta et occupata, inauditum me damnandum (quod est iniquissimum) decreverit, ut

A.C. 1341 καὶ δήμευσιν τῶν ὄντων καὶ εἴ τι τούτων ἀηδέστερον, ἢ πρόφασιν πολέμου ἐμφυλίου παρασχέσθαι. τίς γὰρ τῶν πάντων, ὥσπερ ἐγὼ, τὰ ἐκ τούτου τοῦ πολέμου οἶδε σαφέστατα κακά; ὧν οὐχ ὅτι αἴτιος καταστῆναι, ἀλλ' οὐδ' ὑφ' ἑτέρων πραττομένων μᾶλλον ἂν εἱλόμην αἰσθάνεσθαι ἐν ζῶσιν ὤν, ἢ τοῖς ἐν ᾅδου συνὼν, πρὸς τὰ πραττόμενα ἀναισθητεῖν. ἃ μὲν οὖν ἔμοιγε πᾶσι Ῥωμαίοις ἔδοξε κοινῇ λυσιτελεῖν, τοιαῦτά ἐστιν. ὑμῖν δὲ εἴ τι τούτων λυσιτελέστερον ἐξευρεθῆναι δυνατὸν, ὥσπερ ἔφην, ἐμαυτὸν πειθόμενον παρέξομαι. βέλτιον γὰρ,
B ἂν ἄρα καί τι σφάλωμαι, τοῖς πλείοσι πειθόμενον τοῦτο πάσχειν, ἢ τῇ σφετέρᾳ θαῤῥήσαντα συνέσει, τὰ μεγάλα κατορθοῦν.

C κέ. Ὁ μέγας μὲν οὖν δομέστικος τοιαῦτα εἶπεν. ὅσοι δὲ παρῆσαν τῶν συγκλητικῶν καὶ τῆς στρατιᾶς οἱ μάλιστα προέχοντες, ὥσπερ μιᾷ καὶ γλώττῃ χρώμενοι καὶ γνώμῃ, „καὶ πρότερον μὲν" ἔφασαν „ἐξ ὅτου τὰ καινὰ ταῦτα ἐτολμήθη καὶ ὁ συγγενικὸς πόλεμος ἔσχε τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἰδίᾳ μόνον ἕκαστος ἐφ' ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ κοινῇ πάντες πολλὰ πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν ἐβουλευσάμεθα, ὡς περὶ πραγμάτων ἀναγκαίων καὶ σχεδὸν περὶ ψυχῆς αὐτῆς ἕκαστος πολλὴν ποιούμενοι φροντίδα. ὅθεν οὐδὲ νυνὶ δεήσει τὰ δέοντα ἐξερευνᾶν, ὑπὸ τῆς πολλῆς περὶ αὐτὰ διατριβῆς ἐξευρηκέναι
D πάλαι οἰομένους. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὑφ' ὧν αὐτὸς πρὸς ἡμᾶς

20. αὐτῆς add. M.

feram omnia hilariter, longeque malim vincula et carcerem et bonorum proscriptionem et si quid his etiam arcerbius est, perpeti, quam civile bellum serere. Quis enim omnium certius me novit mala certissima, quae ex hoc bello profluxura sint? quorum, tantum abest, ut auctor esse velim, ut non magis cupiam, ea ab alio inducta vivus cognoscere, quam apud inferos eorum, quae hic agantur, sensum nullum habere. Quae in commune Romanis bono fore iudicavi, haec sunt. Si quid his utilius excogitare potueritis, ego, ut dixi, vobis obsecundabo. Praestat enim, etiamsi quid offendam fortasse, hoc mihi pluribus obtemperanti accidere, quam dum mea ipsius sententia nitor, magna quaedam feliciter gerere.

Hunc in modum magnus domesticus disseruit. Quotquot autem aderant optimates et principes exercitus, velut ab una mente et lingua, Et prius quidem, dicebant, ex quo ipsa novitas per audaciam coepit bellumque civile extitit, non solum quilibet separatim, sed et communiter omnes multum ac saepe eadem in deliberationem adduximus: proinde ut de rebus necessariis ac tantum non de anima unusquisque per se anxie soliciti. Quare nec iam quid opus sit, scrutari oportebit, cum propter sedulam et crebram

διεξῆλθες νῦν, τά,τε δέοντα καὶ πᾶσιν ὁμοίως χρήσιμα ἐσό- A. C. 1341
μενα καὶ συνιέναι παρεσκεύακας καὶ τοῖς ἄλλοις συμβουλευειν. καὶ γὰρ τὰ ἐκ τοῦ πολέμου κακὰ τοῦ ἐμφυλίου, ἃ περφρικέναι καὶ αὐτὸς ὡς δεινότατα εἰρήκεις, καὶ αὐτοὶ περφρίκαμεν ὁμοίως καὶ πάσῃ χρηστέον εἶναι οἰόμεθα καὶ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ, ὥστε μὴ τοῖς τοιούτοις κακοῖς περιπεσεῖν. καὶ ὁμοίως τόν τε τὸν πόλεμον τοῦτον τὸν δεινότατον ἀνάπτοντα ἡγούμεθα πολέμιον κοινὸν καὶ πᾶσιν ἐπιβουλεύοντα, καὶ τὸν δυνάμενον καταλύειν, εἰ μεθίησιν ἑκών, προδότην τῶν κοι- P. 429
ιῶν καὶ βάσκανον καὶ φθονερὸν καὶ τῇ κοινῇ σωτηρίᾳ τῶν πραγμάτων λυμαινόμενον. σκεψώμεθα τοιγαροῦν, εἰ ταῦτα V. 347
πράττοντος, ἅπερ εἴρηκας, καταλύεται ὁ πόλεμος καὶ μὴ μᾶλλον ἐκ τούτων λήψεται ἀρχήν. εἰ γὰρ αὐτὸς, ὥσπερ ἰσχυρίζῃ, πρὸς τὴν δίκην ἀπελθὼν, ἢ τῶν συκοφαντῶν περιγενόμενος ἀπόσχῃ τῶν πραγμάτων, τὴν πολλὴν ἀγνωμοσύνην καὶ τὴν περὶ τὰ καλὰ ἀχαριστίαν βδελυξάμενος, ἢ κατακριθεὶς ἐρήμην, τῶν ἀνηκέστων πάθῃς τι, ἆρ' εἰς τοσοῦτον οἴει παρανοίας ἥμας ἥκειν ἢ οὕτω ταπεινὰ καὶ ἀνελεύθερα φρονήσειν καὶ τῆς εὐκλείας ἀνάξια τοῦ προτέρου βίου, ὥστ' ἐν ἀνδραπόδων μοίρᾳ δουλεύειν Ἀποκαύκῳ, πᾶν τὸ προσταττόμενον ποιοῦντας ἀνθρώπῳ μηδὲν ἄμεινον διακει- B
μένῳ τῶν πολλῶν; θᾶττον μεντἂν ἡμῶν ἕκαστος οἰήσεται προσήκειν ζόφον μᾶλλον ὑποδῦναι καὶ συνεῖναι τοῖς ἐν ᾅδου,

2. συνεῖναι P.

huius rei cogitationem pridem nos veritatem invenisse arbitremur. Oratio vero tua, quae et necessaria et omnibus aeque utilia futura sint, cum intelligere, tum aliis suadere dedit. Etenim civilis belli detrimenta, quae et te horrere ut gravissima dixisti, nos similiter perhorrescimus et toto pectore atque omni provisione laborandum censemus, ne in illa incurramus, quique hoc bellum dirissimum suscitavit, communem hostem et insidiatorem: quique illud disturbare potest, si id negligat, rei publicae proditorem, malignum, invidum communisque salutis pestem ducimus. Igitur utrum te haec faciente, quae prae te tulisti, bellum tollatur, an potius inde incipiatur, consideremus. Si namque (ut affirmas) iudicibus te sistens, refutatis sycophantis, magistratum depones, tantam iniquitatem et adversus merita tua ingratum animum detestatus: aut indicta causa condemnatus, atrocius plectere, ecquid eo dementiae nos venturos aut ita humiliter et illiberaliter contraque gloriam ex anteacta vita collectam de nobismet sensuros putas, ut pro mancipiis Apocaucho homini ignobili prorsus ac plebeio ad nutum serviamus? Citius quisque nostrum inferorum caliginosa loca subeunda et cum mortuis habitandum statuerit. Sed alii quidem mox pro

A.C. 1341 ἢ τοιαῦτα ἀνασχέσθαι. ἀλλ' οἱ μὲν αὐτίκα, ὅση δύναμις παρείη, πολεμήσομεν ἀναφανδὸν, ὧν ἄρχομεν πόλεων καὶ στρατιᾶς ἕκαστος ἰδίᾳ ποιούμενος· οἱ δὲ φέροντες ἑαυτοὺς ἅμα πόλεσιν, οἱ μὲν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μυσῶν βασιλεῖ, ἄλλοι δὲ Στεφάνῳ ἐγχειρίσομεν τῷ δυναστεύοντι Τριβαλῶν, βέλτιοι ἡγούμενοι βαρβάροις ἀνθρώποις μᾶλλον, δυνάσταις δὲ ὅμως, ἢ τοῖς χθὲς καὶ πρώην καταφρονουμένοις ὑφ' ἡμῶν δουλεύειν· ὥστε συμβήσεται ἐκ τούτων οὐ πόλεμος μόνον πρὸς C ἀλλήλους ἡμῶν, πάντων ἀγόντων καὶ φερόντων τὰ ἀλλήλων καὶ τῶν ἔξωθεν πολεμίων οὐδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τὰ Ῥωμαίων πράγματα διαφθειρόντων, ὅσῳ καὶ τὰ ἀλλήλων ἀκριβέστερον ἴσμεν αὐτοὶ, ἀλλὰ καὶ συμπάσης τῆς Ῥωμαίων κατάλυσις ἡγεμονίας, οὐ πόλεων μόνον πολλῶν καὶ στρατιᾶς, ἀλλὰ καὶ προσόδων μεγάλων ἀποτετμημένων, ἐξ ὧν τὰ πολεμίων μὲν αὔξειν, καίτοι καὶ πρότερον ἀντίῤῥοπα τοῖς ἡμετέροις ὄντα, τὰ Ῥωμαίων δὲ ἐλασσοῦσθαι περιέσται, δέος δὲ, μὴ καὶ παντάπασι διαφθαρῇ καὶ ἡ Ῥωμαίων περιμάχητος καὶ διαβόητος βασιλεία Μυσοῖς ἢ ἄλλοις δή τισι χείροσι βαρβάροις δουλεύσει, τῶν ἔνδον μὲν στασιαζόντων καὶ διαφθειρόντων ἀλλήλους, ὡς ἐνὸν, τῶν ἔξωθεν δὲ ἐπικειμένων D πολεμίων καὶ τῷ καιρῷ συμμάχῳ χρωμένων δυνατωτάτῳ. ἃ πάντα δὴ ἐννοοῦντες καὶ τὰ προσδοκώμενα ὀῤῥωδοῦντες δεινὰ, καινὸν μὲν οὐδὲν ἐροῦμεν, οὐδὲ συμβουλεύσομεν· ἃ δὲ

19. δουλεύῃ M.

copia praesente aperto Marte rebellabimus, unusquisque suam, cui praecst, urbem suo praesidio defensando, alii nos Alexandro Moesorum regi, alii Stephano Triballorum principi dedemus, consultius rati, barbaris magis (regnantibus tamen) quam heri et nudiustertius in contemptu nostro versantibus servire. Ergo hinc non solum bellum mutuum conflabitur, omnibus inter se populantibus et instar hostium exterorum, si non etiam amplius (quando scilicet mutua nobis exploratiora sunt) Romanas provincias devastantibus: sed totius quoque Romani imperii subversio consequetur, non modo multis urbibus, sed exercitu etiam et amplissimis vectigalibus amissis. Ex quibus hostium potentia, quamquam et prius vestrae non impar, augescet; Romanorum contra minuetur timendumque, ne invidiosus ac declamatus ille Romanorum principatus omnino pereat, Moesisque aut deterioribus barbaris serviat; dum indigenae intestinis discordiis ac deditionibus sese perdunt, quantum possunt, et hostes auxilio temporis utentes, quo nullum est validius, foris incumbunt. Omnia igitur circumspicientesque imminentesque clades reformidantes, nihil novi dicemus aut consulemus: verum quae ipse imperator in rem communem fore opinabatur et superstes adhuc,

καὶ αὐτὸς ᾤετο βασιλεὺς κοινῇ λυσιτελεῖν, καὶ περιὼν τε A.C. 1341
ἠνάγκαζε ποιεῖν καὶ ἀποθνήσκων συνεβούλευέ τε ἅμα καὶ
ἐπέσκηπτε τελευταίας ἐντολάς. τοῦτο δέ ἐστι, βασιλικὴν ἐσθῆ-
τα σὲ ἐνδῦναι καὶ τῶν πραγμάτων ἀνθάπτεσθαι κραταιότερον,
ὡς μόνου τούτου τὰς προσδοκωμένας οἵου τε ἐσομένου κατα-
παύειν συμφοράς. οὐ μόνον γὰρ ἡμεῖς, ὅσοι πάρεσμεν νυνὶ,
ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλοθί που τῶν περιδόξων καὶ μεγάλα δυ-
ναμένων διατρίβει, οὐ μόνον οὐκ ἐπὶ τοῖς γινομένοις ἀγανα-
κτήσει, ἀλλὰ καὶ ἑορτῆς ἡμέραν ἐκείνην, ἐν ᾗ τὰς ἐμφυλί- P. 430
ους καταλύεσθαι ἐξέσται στάσεις, νομιεῖ. καὶ πάντες ἀνα-
κηρύξομεν βασιλέα προθυμότατα, οὐ νυνὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ
τὸν προτοῦ πάντα χρόνον ἄγεσθαι εἰθισμένοι παρὰ σοῦ καὶ
τιμὴν καὶ εὔνοιαν, ὅσην βασιλεῖ προσῆκεν, ἢ ὅτι ἐγγυτάτῳ,
παρεχόμενοι. αὐτοί τε οἱ τὸν πόλεμον κεκινηκότες, ἐκ τοῦ
νομίζειν ῥᾷστα περιγενήσεσθαι, ἂν πολέμιον βασιλεῖ περιαγ-
γέλωσιν, ὁρῶντες ἤδη τὰ πράγματα ἀντεστραμμένα, καὶ μὴ
κατὰ νοῦν χωρήσαντα, πολλὰ τῆς ἀβουλίας αὐτοῖς καταμεμ-
ψάμενοι, χωρήσουσι πρὸς τὴν εἰρήνην ἀναγκαίως, εἴ γε καὶ
ὀλίγα τῆς τῶν ὅλων σωτηρίας μέλει καὶ μὴ παντάπασιν ἐπὶ
ὀλύμῃ καὶ φθορᾷ σφῶν τε αὐτῶν καὶ τῶν πραγμάτων πάντα
ποιεῖν καὶ πραγματεύεσθαι ἐγνώκασιν. εἴ τοίνυν ἔκ τε ἡμῶν B
τῶν σοι συνόντων καὶ αὐτῶν τῶν πολεμίων οὐδὲν ἕτερον V. 348
ἀναφαίνεται σωτήριον τοῖς πᾶσι, βέλτιον, ἡμῖν πειθόμενον,

7. μέγα P. 8. οὐκ add. M. 13. ὅση M. 15. περιγε-
νέσθαι M. mg.

ut faceres, instabat et moriens simul hortabatur et in extremis mandatis dabat, id est, ut ornatum imperatorium in te capias et ad rerum moderamina impensius incumbas: in quo solo malorum sita est depulsio. Quippe non modo, qui coram adsumus, sed et alibi degentes viri illustres ac potentes usque adeo hoc facto non indignabuntur, ut etiam diem illum, quo civiles discordias sanare licebit, festum numeraturi sint: omnesque cupidissime te imperatorem salutabimus, cuius imperio non hodie, sed antehac semper regi consuevimus, et honorem benevolentiamque, quantam imperatori debemus, aut ei proximam, tibi tribuemus: ipsique belli auctores, cum se nullo negotio superiores fore confiderent, si te imperatrici hostem factum rumorem circumquaque spargerent, ubi res retro conversas et adversus animi sententiam evenisse viderint, levitatem ipsi suam accusantes, velint nolint ad pacem inclinabunt, si communis salutis vel tantilla cura tangantur, nec ad suum ipsorum aliorumque omnium exitium facere ac moliri omnia decreverunt. Quare cum et ex nostra, qui te sequimur, et ex hostium parte aliud rei publicae salutare nihil appareat, aequius est, nostro con-

A.C. 1341 ἃ κοινῇ δοκεῖ λυσιτελοῦντα, ὥσπερ τὴν ἀρχὴν ἐπηγγειλω, πράττειν, ἢ τοῖς σφετέροις λογισμοῖς, ἐξ ὧν ὠφέλεια μὲν οὐδεμία, εἴτε ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν διεφθαρμένου, εἰθ' ὑπ' ὀργῆς ἀπραγμοσύνῃ συζῆν προελομένου, τοῖς πράγμασι παρέσται· τοὐναντίον δ' ἅπαν, στάσις καὶ ταραχαὶ καὶ χρημάτων ἁρπαγαὶ καὶ φόνοι μυρίοι καὶ ἀνδραποδισμοὶ καὶ ἀναστάσεις πόλεων καὶ τὸ κακῶν ἔσχατον καὶ φοβερώτατον τοῖς C γε νοῦν ἔχουσιν, ἡ ὑπὸ βαρβάροις δουλεία, ἣν ἐπιχειρήσουσιν αὐτοὶ, τῷ πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν πολέμῳ χρώμενοι συνεργῷ, καταδουλοῦν. ἃ μὲν οὖν ἡμῖν σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔδοξε λυσιτελεῖν, εἴρηται. σοὶ δ' ὁπότερα ἐξέσται ἑλομένῳ, ἢ τὰς προσδοκωμένας παύειν συμφορὰς, ἢ τὸ συνοῖσον ἰδίᾳ μηχανώμενον, μηδεμίαν περὶ τῶν ἄλλων τίθεσθαι φροντίδα, εἴγε τοῦτο συνοῖσον ἔξεστι φάναι τὸ τοσούτων αἰτιώτατον κακῶν διὰ τήν τινων ἀγνωμοσύνην Ῥωμαίοις ὀφθῆναι ἑκοντί." τοιαῦτα μὲν καὶ οἱ τῆς συγκλήτου προέχοντες καὶ τῆς στρατιᾶς ἡγεμόνες πρὸς τὸν μέγαν ἀπεκρίναντο δομέστικον. ὁ δὲ τὴν μὲν ἀξίωσιν αὐτῶν ὁρῶν δικαίαν, συνειδώς τε αὐτοῖς ὡς ἀληθῆ καὶ νοῦν ἔχοντα στοχάζονται, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν ἀντιλέγειν ἔχων πρὸς οὕτως D ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας ἐναργῆ, ὅμως δὲ πρὸς τὴν μεταβολὴν ὀκνῶν πάνυ καὶ ἀναδυόμενος, οἷα δὴ τὰς τοιαύτας μεταβολὰς κακῶν αἰτίας εἰδὼς ὡς ἐπίπαν γινομένας, ἐπιπολὺ

6. στάσεις πόλεων M. mg. 14. τὸ om. P.

silio, quemadmodum initio promisisti, quam tuae ratiocinationi parere: unde nihil commodi in publicum redundet, sive te sycophantae perdiderint, sive irae indulgens, in otio vivere elegeris. Commodum autem? imo seditio, tumultus, fortunarum direptiones, mille caedes, amissio libertatis, eversiones urbium et quod apud prudentes est calamitatum caput horrorisque plenissimum, sub barbaris servitus, quam ipsi, civili hoc bello nostro adiuti, nobis imponere conabuntur. Quae igitur nobis et ceteris universis visa sunt conducere, haec fuerunt. Tibi utrumvis licebit, aut impendentes casus avertere aut privata sectantem commoda, aliorum curam in postremis ponere, si commoda vocari queunt, quorumdam improbitate offensum, tantorum incommodorum solam et praecipuam causam Romanis extitisse. Haec optimates et exercitus principes magno domestico responderunt: qui petitionem aequam, et eos vera et cum ratione congruentia coniectare cernens, ideoque tam claraе veritati nihil habens, quod obiiceret, et tamen mutationem admodum refugiens ac detrectans, quod plerumque ex huiusmodi mutationibus mala nasci solere haud nesciret, diu cunctatus et quid potissimum diceret incertus animi, altoque silentio conventum de-

μὲν ἐπέσχε πρὸς ὅ,τι τραπόμενος ἀποκρινεῖται στοχαζόμενος, A.C. 1341
καὶ σιωπὴ βαθεῖα τὸ θέατρον κατεῖχε, πάντων πρὸς τὴν
ἀκρόασιν τῶν λεχθησομένων μετεώρων ὑπαρχόντων. μόλις
δὲ ὥσπερ τὴν ἐκ τῶν ἀμφιβόλων σύγχυσιν λογισμῶν ἀπο-
χρουσάμενος, „τῶν μὲν προτέρων" ἔφη „λογισμῶν περὶ τοῦ
δεῖν μηδὲν τῶν ὄντων μετακινεῖν, μηδὲ νεωτερίζειν, ἔτι ἔχο-
μαι καὶ μᾶλλον αὐτὸς αἱροῦμαι οὐ τῶν ὑπαρχόντων μόνον
ἀποστερηθῆναι, ἀλλ' εἴ τι δέοι καὶ τῶν ἀνηκέστων ὑποστῆναι P. 431
ἐν τῷ σώματι, ἢ πολέμου πρόφασιν ἐμφυλίου παρασχέσθαι.
τὴν γὰρ ἐκ πρώτης ἡλικίας αὐτοί μοι σύνιστε ἀπέχθειαν,
ἣν ἔσχον περὶ τὸ τὰ ἀλλότρια διαρπάζειν ἢ φόνοις χαίρειν
καὶ λεηλασίαις καὶ φθοραῖς ἀνθρώπων. ἔτι δὲ οὐδὲ βαρβά-
ρους καὶ Ἕλληνας μόνον, ὅσοι τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐμοῦ τε
καὶ βασιλέως ἐπύθοντο φιλίαν, ἀλλὰ καὶ ἥλιον ἄν καὶ εἴ τι
τῶν ἀψύχων ἕτερον, αἰσχυνοίμην, εἰ τοῖς ἐκείνου παισὶ πο-
λέμιος μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν φαινοίμην νῦν. οὐ γὰρ
μόνον ὑπὲρ τοῦ ζῆν ἐκεῖνον τὸ ἀποθανεῖν αὐτὸς, εἴγε ἐξῆν,
ὡς ἥδιστα ἂν εἱλόμην, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν,
τὸν πάντα ἐφορῶντα μαρτύρομαι ὀφθαλμὸν, ὡς τὰ βέλτιστα B
καὶ λυσιτελέστατα περί τε γαμετῆς καὶ τέκνων διενοούμην καὶ
πάντα πράττειν καὶ ὑφίστασθαι πάντα κίνδυνον, ἵν' ἐκείνων
τε πᾶν ἀπείη δυσχερὲς καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐπὶ μέγα καὶ εὐ-
κλείας αἴροιτο καὶ τύχης, μένων ἐπὶ τοῦ παρόντος σχήματος.
νυνί τε οὐχ ἧττον μετὰ τὸν κηρυχθέντα παρ' ἐκείνων πόλε-

23. καὶ om. P.

tinens, omnibus ad audiendum aures arrigentibus, tandem vix, veluti fluctuantium cogitationum confusione pulsa, Prioris placiti mei, inquit, nihil de statu praesenti immutandum neque novandum quidquam, nondum me poenitet: maloque non facultatibus modo spoliari, sed si necesse erit, etiam cruciamenta in corpore meo perferre, quam bellum civile introducere. Mecum enim iuxta nostis, quam ab adolescentulis oderim aliena rapere et laetari depraedandis, perdendis occidendisque hominibus. Praeterea non apud barbaros et Graecos solum, quorum per aures necessitudinis meae cum imperatore fama pervasit: sed et coram sole hoc et si quid aliud inanimum nominandum est, erubescerem, si nunc post eius obitum hostis viderer illius filiis. Non tantum enim pro eius vita meam amittere, si licuisset, mirabiliter voluissem: sed et post eius mortem (oculum omnia intuentem testor) uxori et liberis quam optime cupivi, omnia facere ac subire omne periculum paratus, et ut ab illis abesset omnis molestia et ut res Romana ad gloriam et felicitatem, me hunc cultum retinente, eximie proficeret. Nunc vero non minus post bellum ab ipsis nulla de causa et iniustissime, ut ego

A.C. 1341 μον ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας καὶ παρὰ πάνθ', ὡς ἂν ἐγὼ φαίην, τοῦ δικαίου λόγον, καὶ τὰ δεινότατα αἱροῦμαι ὑπομένειν ὑπὲρ τοῦ μὴ πόλεμον κινεῖν πρὸς βασιλίδα ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς ὑπόληψιν παρέχειν τοῖς πολλοῖς. ἐπεὶ δὲ ὥσπερ αὐτός τε σύν-
C οιδα καὶ ὑμῖν βουλευομένοις πείθεσθαι προσήκει, μείζω καὶ δεινότερα προσδοκᾶται τὰ δεινὰ ἐκ τοῦ τῶν πραγμάτων αὐτὸν ὑποχωρεῖν, ἄκων μὲν καὶ ὥσπερ εἰς κινδύνους προφανῶς αὐτομολῶν, οὔτε γὰρ ἐπιθυμίᾳ δόξης, (τῆς γὰρ ἀκροτάτης κἀν τῷ παρόντι σχήματι ἀπολαύω νῦν,) οὔτε χρημάτων ἔνε-
V. 349 κα, (τὰ γὰρ παρόντα καὶ ἀριθμοῦ σχεδὸν ὄντα κρείττω τοῖς διαρπάζειν προεῖμαι βουλομένοις,) ὅμως ὑμῶν τε εἵνεκα καὶ τῆς κοινῆς τῶν Ῥωμαίων σωτηρίας τοὺς προσδοκωμένους μεγάλους καὶ πολλοὺς κινδύνους τῆς ἐν τῷ παρόντι ἀσφαλείας ἀνθαιροῦμαι. καὶ ἃ ἐμοὶ λυσιτελέστατα ἐδόκει, οὐκ ἀπραγμόνως, οὐδ' ἀνοήτως, ἀλλὰ μηδεμίαν πρόφασιν παρέχειν
D τῷ πολέμῳ βουλομένῳ, παρεὶς ἑκών, ἐπὶ τὰ ὑμῖν δεδογμένα τῆς ὑμῶν ὠφελείας ἕνεκα, ὥσπερ ἔφην, τρέψω ἐμαυτόν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ οὐκ ἰδίας πλεονεξίας, ἀλλ' ὑμῶν τε ἕνεκα καὶ τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος τοιαῦτα προειλόμην, οὐ δήπου δίκαιον, οὐδὲ ἄλλως εὐσεβὲς, νῦν μὲν ὁμοίως ἐπὶ ταῦτα πάντας ὑμᾶς παρακαλεῖν καὶ μηδεμίαν ἄλλην ἢ ταύτην ὁδὸν ὑφηγεῖσθαι σωτηρίας, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον, εἰ μὴ κατὰ γνώμην ὑμῖν τὰ πράγματα ἐκβαίνοι, ἄλλον ἄλλοτε ἀφισταμένους,

6. δεινότατα P.

dicere ausim, promulgatum, dirissima sustinere praecipto, ne vulgus nos imperatrici ad imperium eripiendum arma inferre suspicetur. Quoniam vero scio, si me a gubernaculis subduxero, maiora et saeviora mala impendere, nec auctoritatem vestram aspernari queo, invitus et velut in manifestum discrimen me proiiciens, nullo desiderio gloriae, qua summa etiam in hoc habitu fruor, neque pecuniarum gratia (quas enim habui paene innumerabiles, diripere volentibus reliqui,) sed vestri et communis Romanorum salutis gratia, quae me manent multa et grandia pericula praesenti securitati antefero: quaeque mihimet videbantur utilissima, non quasi a negotiis abhorrenti aut imprudenti, sed nullam bello ansam dare cupienti, ea lubens dimittam: et quia sic vultis et vestrae, ut dixi, utilitatis gratia, alius fiam. Verum enimvero quia non, ut opibus abundem, sed vobis et communi studens, hunc statum assumo, non utique iustum neque pium esset, nunc vos omnes aequaliter ad hoc me cohortari et docere, nullam aliam praeter hanc salutis viam esse: paulo autem post, re secus quam velletis procedente, alium alio defugere ac sibi quidem pro occasione et iudicio salutem quaerere; me autem solum in iis periculis deserere, quae ego, ut

ἑαυτοῖς μὲν ἐκ τῶν ἐνόντων ἐκποριζειν τὴν δοκοῦσαν σωτη- A.C. 1341
ρίαν, ἐμὲ δὲ ἐν τοῖς κινδύνοις καταλείπειν μόνον, ὃς ὑπὲρ
ἁπάντων ὑμῶν αὐτοὺς ἀνεδεξάμην, ἐνὸν ἀκινδύνως σώζεσθαι.
τοῦτο γὰρ οὐκ ἐμοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ἀλυσιτελέστατον
ἂν εἴη. οὔτε γὰρ κυβερνήτῃ διασώζειν τὴν ναῦν ἐξέσται, ἂν P. 432
πρὸς φιλονεικίαν οἱ ναῦται τοῦ συμπράττειν ἀφιστῶνται,
τοῖς τε ναύταις οὐδεμία σωτηρίας ὑπολείπεται ἐλπὶς, τῆς
νεὼς ἀπολλυμένης. ἀλλὰ δεῖ πάντας τὴν ὁμοίαν γνώμην ἔχον-
τας καὶ τὴν καρτερίαν ἴσην ἐπιδεικνυμένους ἐν τοῖς δεινοῖς,
οὕτω τὰ μεγάλα κατορθοῦν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τῶν παλαιῶν
οὐδεὶς ἀργῶν καὶ ῥᾳθυμῶν καὶ ἀμβλυνόμενος τρόπαιον ἀνέ-
στησεν ἀπὸ τῶν πολεμίων, ἀλλὰ πάντα πόνον ὑπομένων καὶ
ἀκατάπληκτος φαινόμενος ἐν τοῖς δεινοῖς. εἰ δέ τῳ τὰ πραττό-
μενα οὐκ ἀρεστὰ, οὐδὲ διακινδυνεύειν βούλεται τῆς εἰς ἐμὲ εὐ-
νοίας ἕνεκα ἐνθάδε διακαρτερῶν, ἀλλ' οἴεται δεῖν μᾶλλον τὰ
οἴκοι διασώζειν, ἢ κεναῖς ἐλπίσιν αἰωρεῖσθαι, τὰ ἐν χερσὶ κατα- B
λιπὼν, ἐλευθέρᾳ γλώττῃ δέον χρησαμένους καὶ τὴν γνώμην ἐκ-
καλύψαντας, οὕτως οἴκαδε ἀναχωρεῖν, μηδὲν ὑποπτεύοντας διὰ
ταῦτα δυσχερὲς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἴσης εὐμενείας ἀπολαύοντας παρ'
ἐμοὶ, ἂν ἄλλοσέ πη διατρίβωσιν. εἰ γὰρ μετὰ τὴν τοσαύτην εὐ-
γνωμοσύνην καὶ τὴν ἄδειαν κακουργῶν τις φαίνοιτο καὶ πρὸς
λύμην καὶ φθορὰν ἀποδιδράσκων τῶν πολλῶν, ἴστω μὴ ἂν
τῆς προσηκούσης ἄνευ τιμωρίας ἀπαλλάξων, ἀλλ' αὐτὸς διδάξων
τοὺς ἄλλους σωφρονεῖν καὶ μὴ τοιαῦτα πανουργεύεσθαι. ἐγὼ

vobis omnibus liceret secure vivere, adierim, cum periculo omnino carere ac salvus esse potuerim. Hoc enim non tantum mihi, sed et vobis maiorem in modum incommodaret. Haud enim gubernator navim servabit, si nautae ob discordiam cum adiuvare desierint; quibus ipsis, pereunte navi, spes salutis nulla restat. Oportet enim nos omnes consentientes et tolerantiam in adversis parem adhibentes, sic demum ardua feliciter gerere. Nam et veterum nullus cessando, desidendo, tardando, sed quemvis laborem durando menteque imperterrita adversa sufferendo de hostibus trophaeum erexit. Iam si cui ista non placent, nec studio mei hic perseverando discrimini se exponere vult, sed magis penates suos sibi servandos, quam relictis, quae sunt in manibus, vana spe pendendum existimat et libere patefacto animo suo domum redeundum, nihil ob id mali metuat; aeque enim alibi vivens mihi carus erit. Quod si post tantam aequitatem datam a me libertatem maleficus extiterit quispiam et ad cladem pestemque tenuiorum se converterit, sciat se meritum supplicium non evasurum; sed exemplo suo docturum alios sapere et talibus nequitiis abstinere. Ego itaque vestrae aliorumque salutis cupidus, consilio vestro sum obsecutus. Vos autem

A.C. 1341 μὲν οὖν τῆς ὑμῶν τε καὶ τῶν ἄλλων σωτηρίας ἕνεκα, ἅπερ
C αὐτοὶ ἐβουλεύσασθε εἰλόμην. ὑμᾶς δὲ παρακαλῶ, καὶ ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῶν προγόνων εὐδοξίας ἕνεκα τὴν προσήκουσαν ἀνδρίαν ἐπιδείκνυσθαι καὶ καρτερῶς ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους, ἀδίκως ἐπιόντας καὶ πρώτους πολέμου ἀρχομένους· ἔπεισι δέ μοι θαρρεῖν ἐπὶ τὸν πάντα δικαίως ταλαντεύοντα θεὸν, ὡς οὐκ εἰς μακρὰν ἥ τε τῶν ἀδίκως μοχθηρία πολεμησάντων καὶ ἡ ὑμῶν εὐγνωμοσύνη καὶ ἡ τοῦ δικαίου αἵρεσις ἔσται καταφανής. ἔτι δέ μοι δοκῶ πρὸς τῇ προτέρᾳ πρεσβείᾳ, καίτοι γε ἀδίκως οὕτω καὶ παραλόγως ὑβρισμένῃ, καὶ δευτέραν πρὸς τοὺς πολεμεῖν ἠρημένους ἡμῖν ποιήσασθαι νυνὶ, ἵν' ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καὶ τῇ μεγαλοψυχίᾳ
D τὸ πλέον ἔχωμεν αὐτῶν, ὡς μὴ μόνον οὐ κατάρχοντες αὐτοὶ πολέμου, ἀλλ' ἤδη καὶ φανερῶς ὑπ' ἐκείνων ἐξαφθέντος, αὐτοὶ πολλὰ περὶ εἰρήνης δεηθέντες. ἴσως δὲ εἰ καὶ πρότερον ῥᾳδίως ἡμῶν περιγενέσθαι οἰηθέντες, τὴν πρεσβείαν οὐκ ἐδέξαντο, νῦν ὁρῶντες οὐ κατὰ γνώμην αὐτοῖς τὰ πράγματα ἐκβάντα, βέλτιόν τι βουλεύσαιντο καὶ σωφρονέστερον καὶ ἡμᾶς τε πολλῶν πραγμάτων ἀπαλλάξαιεν καὶ τοὺς ἄλλους τῶν προσδοκωμένων δεινῶν ἐκ τοῦ πολέμου.

P. 433 κς'. Τοιαῦτα τοῦ μεγάλου δομεστίκου εἰρηκότος, οἱ μὲν
V. 350 παρόντες πάντες ἐπῄνουν τε τοὺς λόγους καὶ θεῷ χάριτας ὡμολόγουν, ὅτι πεπεισμένον εἶχον ἐκεῖνον βασιλέα εἶναι. ᾤοντο γὰρ αὐτοῖς πάντα λύσειν τὰ δυσχερῆ γεγενημένον. ἐξιόντες τε ἐκεῖ-

2. ὑμᾶς M., ὑμῶν P.

quaeso, ut vestrae maiorumque gloriae memores, quam par est fortitudinem praestetis et in hostes, bello nos ultro et inique lacessentes, acriter dimicetis. Me autem animus admonet confidere, Deo omnia iuste dispensante, intra breve tempus et illorum, qui per nefas ad arma prosiluerunt, improbitatem et vestram contra probitatem atque iustitiam notam fore. Praeterea tametsi prior legatio adeo nefarie praeterque rationem iniuriis affecta sit, nihilo minus alteram ad belli auctores mittendam arbitror: ut quemadmodum ceteris omnibus, sic animi altitudine nos superemus, dum non solum ipsi bellum non ordimur, sed iam publice ab illis inchoatum aversamur pacemque vehementer expetimus. Forsitan, etsi antea, cum facile se nos domituros sperarent, legationem repudiarunt, nunc cernentes contra exspectatum sibi evenisse, meliora saniorague consilia capessent: nosque multis laboribus ac defatigationibus et alios malis omnibus bello importandis absolvent.

26. Haec ubi concione disseruit magnus domesticus, praesentes omnes eius orationem commendarunt, Deo gratias agentes, quod ei imperatorem esse persuadere potuissent, per quem se omnibus dif-

θεν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπήγγελλον τὰ ἐψηφισμένα καὶ κοινὴν A.C. 1341
ἦγον ἑορτὴν καὶ συνήδοντο ἀλλήλοις. ὁ μέγας δὲ δομέστικος B
ἐκέλευε σκευὴν παρασκευάζεσθαι βασιλικὴν τοῖς ἐπὶ ταῦτα
τεταγμένοις. καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν ὅρκων προτεθέντων, πάν-
5τες ὤμνυον μεγάλῳ δομεστίκῳ εὔνοι εἶναι μόνῳ καὶ τὴν πί-
στιν ἄδολον αὐτῷ καὶ καθαρὰν τηρήσειν. πρὶν δὲ τὸν πό-
λεμον κινηθῆναι τουτονὶ, ἐπεὶ παρεσκευάζετο ὡς εἰς τὴν ἑσπέ-
ραν ἐστρατεύσων, τὸ μισθοφορικὸν τῆς στρατιᾶς προέπεμπεν
αὐτοῦ, καὶ προῆλθεν ἄχρι Μακεδονίας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ
10ὅσοι Μόῤῥαν κατῴκουν καὶ τῆς Ῥοδόπης ὅσαι πόλεις ἦσαν
ὑπήκοοι Ῥωμαίοις, στρατιῶται πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, ὑπὸ στρα-
τηγῷ Ματθαίῳ τῷ Καντακουζηνῷ τεταγμένοι, τῷ τοῦ μεγά- C
λου δομεστίκου πρεσβυτέρῳ υἱῷ, κατὰ τὴν Χαλκιδικὴν τῆς
Θρᾴκης ἐστρατοπεδευμένοι ἅμα τῷ στρατηγῷ, οὕτω τοῦ πα-
15τρὸς κελεύσαντος, περιέμενον τὴν ἄφιξιν ἐκείνου. οὓς εὐθὺς
ἐκάλει διὰ γραμμάτων εἰς Διδυμότειχον, ὡς εἰς τὴν ἀνάῤῥη-
σιν αὐτοῦ παρεσομένους· καὶ παρῆσαν μελλήσαντες οὐδέν.
ἔτι δὲ καὶ τῶν τῆς γυναικὸς ἀδελφῶν Ἰωάννου καὶ Μανουὴλ
τῶν Ἀνδρονίκου τοῦ Ἀσάνη παίδων ὑπὸ κλοιοῖς, ὥσπερ ἔφη-
20μεν, κατὰ τὴν Βήραν, φρούριόν τι τῆς Θρᾴκης, εἱργομένων,
πέμψας τὴν ἀδελφὴν ἅμα στρατιᾷ, ἐξῆγέ τε τοῦ δεσμωτηρίου
καὶ ἄγειν ἐκέλευεν εἰς Διδυμότειχον πρὸς αὐτὸν, φρουρᾷ τὸν D
πύργον κατασχοῦσαν καὶ ἄρχοντα τῶν εὔνων αὐτοῖς ἐπιστή-

10. Μόραν P. et M. 17. μελήσαντες P.

ficultatibus exemptum iri confidebant. Deinde e concione digressi, aliis quoque quid convenisset narrabant communemque diem festum collaetantes peragebant. Magnus autem domesticus ornatus imperatorii conficiendi negotium iis dedit, quorum erat ista provincia, et postridie iuramento delato omnes ei benevolentiam germanamque et intaminatam fidem iuraverunt. Ceterum antequam hoc bellum oriretur, cum expeditionem occidentalem adornaret, mercenarium militem praemittens usque ad Macedoniam processit. Quotquot praeterea Morrham habitabant, et qui erant in urbibus Rhodopes, Romanis parentibus, milites multi ac strenui, sub Matthaeo Cantacuzeno, magni domestici seniore filio, Chalcidicen Thraciae patris iussu cum duce profecti, eius adventum ibi praestolabantur: quos statim per litteras Didymotichum renuntiationi seu creationi suae interfuturos evocavit: qui citra procrastinationem affuerunt. Insuper fratres uxoris, Ioannem et Manuelem, Andronici Asanis filios, apud Beram, castellum Thraciae, in vinculis, ut diximus, detentos, missa sorore cum cohortibus, educi et ad se Didymotichum perduci castellumque praesidio communire et praefectum ex amicis dare iussit. Cum autem propter ornamenta imperatoria comparanda mora fieret,

A.C. 1341 σασάν τινα. τριβομένου δὲ τοῦ χρόνου πρὸς τὴν τῶν βασιλικῶν παρασήμων παρασκευήν, ἐπεὶ ἐδόκει μὴ μέλλειν, μηδὲ προϊέσθαι τὸν καιρὸν, τῶν κατὰ τὸ Βυζάντιον συντόνως πολεμούντων καὶ μηδεμιᾶς ἀπεχομένων πείρας, ἔγραφε καὶ αὐτὸς ταῖς κατὰ τὴν Θράκην καὶ Μακεδονίαν ἁπάσαις πόλεσιν αὐτῷ προσέχειν, ὡς ἤδη Ῥωμαίων βασιλεῖ γεγενημένῳ καὶ δυναμένῳ ὑπείκουσί τε εὖ ποιεῖν καὶ τοὐναντίον, ἂν ἀνταίρωσιν ὅπλα, βλάπτειν. ἰδίᾳ τε τοὺς δυνατοὺς τῶν πόλεων καὶ
P. 434 τοὺς παρ' ἑκάστοις στρατιώτας γράμμασιν ὑπεποιεῖτο, τῶν τε πρότερον ἀναμιμνήσκων εὐεργεσιῶν γεγενημένων εἰς αὐτοὺς, καὶ ὡς, ἢν εὖνοι φαίνωνται νυνὶ καὶ τὰ αὐτοῦ προῃρημένοι πράττειν, μειζόνων ἀπολαύσονται καὶ θαυμασιωτέρων ἀγαθῶν. ὑπεσημαίνετό τε τὰ γράμματα ἐρυθροῖς, ὥσπερ ἔθος βασιλεῦσι, γράμμασι. προσετίθει τε τοῖς γράμμασι καὶ φρουρὰς ἐξ ὁπλιτῶν καὶ τοξοτῶν ψιλῶν πρὸς ἃς ἤδει τῶν πόλεων ῥᾳδίας ἐσομένας κατέχεσθαι φρουροῖς. ταῦτα δὴ τὰ γράμματα κομιζόμενα παρ' ἑκάστοις, οἱ μὲν ἐδέχοντο προθύμως καὶ πᾶν τὸ προσταττόμενον ἐπηγγέλλοντο ποιεῖν, οἱ δ' ἐδυσχέραινον μὲν, οἰόμενοι ἀποστασίαν βασιλέως εἶναι τὰ πραττόμενα, ἔτι δὲ ὅμως τὴν τοῦ μέλλοντος βασιλέως δύναμιν
B ὑπεπτηχότες, ἄλλως τε καὶ ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς μεγάλα δυ-
V. 351 ναμένων ἐναγόμενοι, τὰ ἐκείνου πράττειν ᾑρημένων, τὰ γράμματα ἐδέχοντο. δῆλοι δὲ ἦσαν εὐθὺς ἀπὸ γραμμῆς ὡς νεωτερίσοντες, ἢν λάβωνται καιροῦ. ὅσοι δ' ἦσαν πρότερον τὰ

24. λάβονται P.

et minime cunctandum occasioque neutiquam amittenda videretur, cum qui erant Byzantii continenter bellarent nihilque non tentarent, etiam ipse ad omnes Macedoniae et Thraciae urbes litteras dedit, quibus mandavit, ut sibi iam Romanorum imperatori declarato obtemperarent, qui subiectis parcere et benefacere, superbos debellare posset; seiunctim autem cives potentiores et quot erant in unaquaque militum, ad suam auctoritatem ac fidem per epistolas alliciebat, pristinorum beneficiorum illos admonens, maioraque et insigniora promittens, si nunc illi favere et partes eius sequi ac tutari vellent. Subscribebatur porro nomen eius pro more imperatorum cinnabari; et adiungebantur litteris ex gravi armatura et sagittariis manipuli ad urbes, quas illa custodia facile retentum iri sciebat. Has igitur litteras ad singulos allatas, alii libenter accipiebant, mandata se facturos recipientes: alii rem indignabantur, opinantes, nihil hoc aliud, quam a legitimo imperatore defectionem esse. Verumtamen potentia futuri imperatoris territi, cum, qui apud eos opibus multum valebant et ab illo stabant, etiam eodem incitarent, litteras quidem suscipiebant; sed tamen mox velut a sacra linea talum mo-

βασιλέως τοῦ Παλαιολόγου δῆθεν αἱρεῖσθαι πεπεισμένοι, οἱ A.C. 1341
μὲν καὶ τοὺς κομίζοντας συλλαμβάνοντες ἅμα τοῖς γράμμασιν
ἔπεμπον εἰς Βυζάντιον δεσμώτας, πρότερον γυμνώσαντες τῶν
ὄντων. ὅσοι δὲ μετριώτερα ἐδοκίμαζον ποιεῖν, τὰ μὲν γράμ-
μματα ἀπεωθοῦντο, αὐτοὶ δὲ πρὸς τὸν πόλεμον παρεσκευάζον-
το, ὡς, ἢν ἐπίῃ, ἀμυνούμενοι. ἐπεὶ δὲ τῶν γραμμάτων πολ- C
λὰ ἐκείνων εἰς Βυζάντιον ἀπεκομίσθη, οἱ μὲν περὶ πατριάρ-
χην ὅσοι πρότερον πρὸς βασιλίδα τοῦ μεγάλου δομεστίκου
ὡς βασιλειῶντος κατηγόρουν, ἔχαιρόν τε καὶ παντοῖοι ἦσαν
ἰοὺφ' ἡδονῆς. τά τε γράμματα ἐπιδεικνύντες, „οὐκ ἄρα" ἔφα-
σαν „ἡμεῖς τῶν μελλόντων κακοὶ κριταὶ, ἀλλ' αὐτοί τε εὐ-
στόχως κατεστοχασάμεθα τῆς γνώμης, κἀκεῖνος καλῶς ποιῶν
ἐπὶ τῶν ἔργων εὐθὺς ἀπέδειξεν εἰρηκότας ἀληθῆ." πολλά τε
εἰς ἐκεῖνον βλάσφημα ἀπέσκωπτον ἀναίδην, καὶ οὐδὲ τῶν αἰ-
σχίστων ἀπεχόμενοι πρὸς ὕβριν. καὶ ἡ βασιλὶς δὲ ἤδη πε-
πεισμένη πολέμιον γεγενῆσθαι τὸν μέγαν δομέστικον φανερῶς,
ἐκ τῶν γραμμάτων ἐκείνων ὀλίγα ἄττα ἔπεμπε τῇ μητρὶ κατὰ
τὴν οἰκίαν φρουρουμένῃ, οἷα δράσειε κατηγοροῦσα ὁ υἱός.
ἐκείνη δὲ μηδὲν ἔφασκε πρὸς αὐτὴν τοὺς λόγους εἶναι. πρό- D
τερον γὰρ ἐχρῆν, ἡνίκα τοῦ υἱοῦ κατηγόρουν, πρὸς αὐτὴν
τὰ ἐγκλήματα δηλοῦν. ἡ γὰρ ἂν τῶν γινομένων νῦν οὐδὲν
συνέβη, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῆς τε καὶ τῶν παίδων, ἔτι δὲ καὶ τοῦ
Ῥωμαϊκοῦ παντὸς, πάντα ἂν κατεπράξατο τὰ βέλτιστα πρὸς

8. κατὰ ante τοῦ add. M. mg.

rentes, nova molituri videbantur, si tempus nacti essent. Qui vero prius ad Palaeologum sequendum pellecti erant, eorum alii tabellarios comprehensos et spoliatos cum litteris Byzantium vinctos mittebant. Alii, quibus moderatiora placebant, litteras contemnebant, seseque ad resistendum, si invaderentur, comparabant. Pluribus huiuscemodi epistolis Byzantium allatis, patriarcha et eius socii, qui nuper magnum domesticum apud imperatricem tyrannidis affectatae accusarant, omnigena voluptate bacchabantur: litterasque invicem ostentantes, Non igitur, inquiebant, male augurabamur; dextre mentem eius coniectavimus, ipseque nos vera locutos opere statim pulchre demonstravit. Multaque in illum probra, etiam turpissima, ad maiorem contumeliam inverecunde intorquebant. Augusta iam credens, magnum domesticum apertum esse hostem, de litteris illis paucas quasdam ad ipsius matrem, quae domi custodiebatur, misit, ut filium eius certissimis videlicet testibus convinceret. Illa respondit, hos sermones nihil contra se valere. Prius enim, cum filius apud eam reus ageretur, crimina demonstrari debuisse: ita profecto nihil horum evenisset, ipsamque pro se et filiis, insuper pro toto Romano imperio salutaria quaeque ab eo obtenturam

A.C. 1341 τὸν υἱόν. εἰδέναι γὰρ αὐτὴν σαφέστατα τὴν ἐκείνου γνώμην, ὡς πρὸς τὸ εὖ ποιεῖν μᾶλλον, ἢ τὸ κακουργεῖν ἐπιῤῥεπής. νυνὶ δὲ μετὰ τὴν ἀκριβῆ φρουρὰν, ἣν αὐτὴ φρουρεῖται ὑπ' αὐτῶν ἐπ' οὐδενὶ ἐγκλήματι, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἐκείνου πρέσβεις ὕβριν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἀφιγμένους καὶ δεομένους καλεῖν ἐκεῖνον ἐπὶ δίκην, ὡς, ἢν ἁλίσκηται ἐπιορκῶν, τὰ ἔσχατα πεισόμενον, τίνα ἂν ἀπολογίαν ἀποδοίη περὶ τῶν ἐκείνῳ πραττομένων, ὡς ὑμεῖς φατε, βασιλικῶς, εἴγε καὶ ἐκείνου τὰ γράμματα εἴη, εἴτε μή. περὶ μὲν οὖν τῶν γραμμάτων ἔφη μηδὲν ἀποκρινεῖσθαι· παραινέσειν δὲ τὰ βέλτιστα, ὡς ἂν αὐτῇ δοκοίη, εἴγε πείθοιντο. ταῦτα δέ ἐστι· μὴ τὸν υἱὸν περιορᾶν, μηδ' ὡς μεγάλα καταφρονεῖν μὴ δυναμένου. οὐ γὰρ Ῥωμαῖοι τὴν ἐκείνου μόνον δύναμιν καὶ σύνεσιν καὶ ἐμπειρίαν, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων οἱ Ῥωμαίων κατῳκισμένοι πόρρω οὐκ ἀγνοοῦσιν. ἀλλ' ὡς τάχιστα πρέσβεις πέμπειν πρὸς ἐκεῖνον, οἳ περὶ εἰρήνης διαλέξονται. ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἀπορήσει, ἧ χρὴ τὰ πεπραγμένα καὶ λόγοις καὶ πράξεσιν ἐπανορθοῦσθαι, εἴ τι συμβέβηκε καὶ τῶν δοκούντων ἀνιάτων. εἰ δ' ἄρα ἄλλως ἐγνώκατε αὐτοί, ὑμῖν μελήσει καὶ τὰ ἴδια εὖ τίθεσθαι καὶ τὰ κοινά." ἡ μὲν οὖν μεγάλου δομεστίκου μήτηρ τοιαῦτα ἀπεκρίνατο πρὸς τὰς κατηγορίας. οἱ πεμφθέντες δὲ οὕτω παρὰ βασιλίδος προστεταγμένοι, τῆς οἰκίας ἐκείνην ἐκβαλόντες, βασιλείων ἤγαγον ἐντὸς καὶ εἶρξαν τῇ παρὰ Ἀν-

P. 435

B

17. ἔργοις M. mg. 18. καὶ add. M.

fuisse; cuius sensus omnes perspexerit atque ad bene, quam ad male faciendum proniorem cognoverit. At nunc post diligentem custodiam, qua nulla sua culpa ab ipsis sepiatur, et post iniuriam eius legatis de pace venientibus et ut in iudicium vocaretur, ac si esset periurii convictus, acerbissime puniretur, poscentibus, irrogatam, quamnam ab eo regie, ut ipsi dicunt, factorum rationem reddat, sive illius hae litterae sint, sive non sint. De litteris igitur nihil se responsuram: suasuram vero ipsis, quae optima putet, si modo parere velint, nempe haec. Ne filium despiciant, neve eum quasi nihil magnum possit, contemnant, cuius potentiam, prudentiam et usum rerum non Romani dumtaxat, sed et barbari longe semoti haud ignorent: et quam primum legatos ad illum de pace mittant, rationem ei, qua acta et verbo et re emendet, etiam si quid inemendabile contigisse videatur, non defuturam. Si aliter sentiant, ipsi viderint, quomodo et sibi et rei publicae recte consulant. Hactenus ad accusationem mater magni domestici. At vero qui missi ab imperatrice venerant, ut in mandatis habebant, aedibus eductam, intra palatium custodiae tradunt: ea erat ab Andronico primo Imperatori aedificata domus; hac pro carcere utuntur,

δρονίκου τοῦ πρώτου βασιλέως οἰκίᾳ κατασκευασθείσῃ χρώ- A.C. 1341
μενοι ἀντὶ δεσμωτηρίου. τὴν οὐσίαν δὲ ἐδημοσίωσαν πλεί-
στην οὖσαν, πλὴν εἴπου τι πρότερον ἀργύρου καὶ χρυσοῦ
καὶ λίθων πολυτελῶν καὶ μαργάρων λάθρα ἔφθασεν ἐξαγα- C
γοῦσα. πυρῶν δὲ καὶ κριθῶν καὶ καρπῶν τῶν ἐπιλοίπων,
οὐκ ἐν ᾗ διέτριβεν οἰκίᾳ μόνον ἐγγὺς τῶν βασιλείων κομιδῇ
τι δυσαρίθμητον χρῆμα ἦν, ἀλλὰ καὶ Γοργεπηκόου τῆς μο-
νῆς ἐγγὺς ἕτεραι πυραμίδες ἦσαν πολλαπλασίους ἐκείνων συν- V. 352
έχουσαι καρπούς. ἃ πάντα ἐξεφόρουν ἀφειδῶς, πρὸς οὐδὲν
χρήσιμον τῷ κοινῷ, ἀλλὰ σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις χα-
ριζόμενοι οἱ τὸν πόλεμον ἀνηρημένοι καὶ τὰ πράγματα ἐπι-
τετραμμένοι διοικεῖν. μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τοὺς φίλους καὶ συν-
ήθεις διερευνώμενοι τοὺς μεγάλου δομεστίκου, πολύ τι πλῆ-
θος εὗρισκον χρημάτων, τὰ μὲν αὐτῶν τῶν ἐχόντων προδι-
δόντων ἐλπίδι τοῦ καὶ αὐτούς τι τῶν χρημάτων παρακερδαί-
νειν, ἅτε πρὸς οὐδὲν εἰδότας παρεχόμενα ὅσα ἦσαν τὴν ἀρ- D
χήν· τὰ δ' αἰκίαις καὶ στρεβλώσεσι καὶ παντοίοις βασανι-
στηρίων εἴδεσι καταναγκαζομένων φανεροῦν. πολλοὶ δὲ καὶ
μηδὲν τῶν ἐκείνου ἔχοντες, τὰ ἀνήκεστα ὑπέμενον ἐκ τῆς πρὸς
ἐκεῖνον μόνον συνηθείας ὑποπτευόμενοι. ἐν Βυζαντίῳ μὲν
οὖν τοιαῦτα ἐτελεῖτο καὶ κακῶν ἰλιὰς περιειστήκει τοὺς μεγά-
λου δομεστίκου φίλους.

κζ'. Ἐν Διδυμοτείχῳ δὲ ἐπεὶ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα P. 436
παρεσκευασμένα ἦν, ἥ τε προθεσμία τῆς τοῦ νέου βασιλέως
ἥκει ἀναῤῥήσεως, πάντες μὲν παρῆσαν ἐκείνου τῇ οἰκίᾳ, ὅσοι

facultates, quae plurimae erant, proscribunt praeter argentum, aurum, gemmas et margaritas; ea enim clam prius extulerat. Tritici autem, hordei frugumque et fructuum reliquorum infinita copia non ea tantum, in qua degebat, domus prope palatium refertissima erat, sed et iuxta Gorgepecum monasterium aliae pyramidae magis adhuc variis exstructae frugibus visebantur. Omnia haec non in communem usum, sed suum ipsorum et belli instigatorum, quibus iam erant commissa gubernacula, affatim exportabant. Post etiam amicos et familiares magni domestici scrutantes, grandem pecuniam invenerunt: partim quidem nonnullis prodentibus, spe simul inde lucrandi aliquid, ut qui plane nescierint, quanta ab initio deposita fuisset: partim ceteris per flagra, quaestiones et varia cruciamentorum genera indicare coactis. Multi item nihil illius depositi habentes, propter solam cum eo familiaritatem suspecti, dire afflictabantur. Ac Byzantii quidem haec actitabantur malorumque Ilias magni domestici amicos obruerat.

27. Didymotichi paratis indumentis imperatoriis et die novi imperatoris creandi praesente, omnes qui tum in urbe erant, non

A. C. 1341 διέτριβον ἐν Διδυμοτείχῳ τότε, οὐ τῶν εὖ γεγονότων μόνον καὶ καθ' αἷμα προσηκόντων βασιλεῖ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων συγκλητικῶν καὶ τῆς στρατιᾶς. ὁ νέος δὲ βασιλεὺς πρότερον ἐσθῆτα βασιλικὴν ἐνδὺς, ἔπειτα ὑπ' ὄψεσι ταῖς ἁπάντων ταῖς ἐρυθραῖς κρη-
B πῖσι τοὺς πόδας κατεκόσμει, τὸν ἕτερον μὲν ὑπὸ τῶν ἄγχιστα καθ' αἷμα προσηκόντων ὑποδυόμενος, τὸν δὲ λοιπὸν ὑπὸ τῶν τὰ πρῶτα φερομένων ἐπ' εὐγενείᾳ καὶ λαμπρότητι μισθοφόρων Λατίνων. τὸν δὲ βασιλικὸν πῖλον πρὸ τῆς ἀχράντου καὶ θεομήτορος τῆς εἰκόνος κείμενον ἐπ' ἐδάφους, αὐτοχειρίᾳ λαβὼν αὐτὸς ἐπέθηκε τῇ κεφαλῇ. αὐτίκα δὲ οἱ τὰ τοιαῦτα ἄδειν εἰθισμένοι τῆς τῶν βασιλέων ἦρχον εὐφημίας. καὶ πρῶτα μὲν ἡ βασιλὶς Ἄννα εὐφημεῖτο καὶ μετ' ἐκείνην ὁ υἱὸς Ἰωάννης ὁ βασιλεὺς, τρίτος δὲ ὁ Καντακουζηνὸς Ἰωάννης ὁ βασιλεὺς ἅμα Εἰρήνῃ τῇ βασιλίδι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ
C πρὸς τὰς ἱεροτελεστίας τὴν τῶν βασιλέων μνήμην ἐποιοῦντο, ὁμοίως καὶ πατριάρχου Ἰωάννου. μετὰ δὲ τὴν εὐφημίαν ἔφιππος γενόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἑπομένων ἐφ' ἵπποις ὅσοι ἦσαν, πρὸς τὸν ναόν τε τοῦ μεγαλομάρτυρος ἐγένετο Γεωργίου τοῦ Παλαιοκαστρίτου προσαγορευομένου, καὶ τὴν προσκύνησιν ἀπεδίδου καί τισι τοῖς ἐκ τῆς Λατινικῆς στρατιᾶς τὴν καβαλαρίων παρεῖχε τιμὴν, πάντα ἐπ' αὐτοῖς τὰ εἰθισμένα πράττων. ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὰ βασίλεια ἐπανελθὼν, ἅμα βασιλίδι τῇ γαμετῇ λαμπρῶς εἱστιᾶτο, πάντων παρισταμένων κατὰ τὰ νενομισμένα βασιλεῦσιν. ὑπηρετοῦντο

modo nobiles et consanguinei, sed et proceres et milites ad eius aedes confluxere. Tum novus imperator primum vestem imperatoriam induit; deinde in conspectu omnium pedes crepidis purpureis exornat: quarum dexteram ei sanguine proximi, sinistram ex conductitiis Latinis nobilitate et splendore generis primi inducunt. Imperialem autem tiaram, ante immaculatae virginis Dei matris imaginem humi positam, manu sua tollens, ipse capiti suo imponit. Mox praecones acclamationem imperatoriam praecunt. Et primum quidem Annae Augustae acclamatum, tum Ioanni filio imperatori, tertio loco Ioanni Cantacuzeno imperatori cum Irene coniuge imperatrice. Eodem ordine in sacris imperatorum et similiter Ioannis patriarchae fiebat mentio. Post applausum equo insidens imperator, aliis omnibus, quotquot erant, in equis prosequentibus, templum magni martyris Georgii Palaeocastritae petivit, eumque precibus veneratus, gratias egit et quibusdam de Latinis auxiliis cum solenni cerimonia equestrem dignitatem contulit. Hinc in palatium reversus, cum uxore magnificentissimo accubuit epulo, frequenti corona, ut imperatoribus solet, circumstante. Epulantibus Ioannes et Manuel, fratres Irenae imperatricis, et Ioannes Angelus, imperatoris

δὲ αὐτοῖς πρὸς τὴν ἑστίασιν οἵ τε τῆς βασιλίδος ἀδελφοὶ Ἰω- A.C. 1341
άννης καὶ Μανουὴλ καὶ ὁ τοῦ βασιλέως ἀνεψιὸς ὁ Ἄγγελος
Ἰωάννης. τὴν μὲν οὖν ἡμέραν ἐκείνην οἵ τε νέοι βασιλεῖς D
λαμπρῶς ἐπανηγύριζον χρυσοφοροῦντες, καὶ οἱ συνόντες αὐ-
τοῖς καὶ τῆς συγκλήτου καὶ τῆς στρατιᾶς οὐδὲν ἐνέλιπον, ἐξ
ὧν ἐξῆν φαιδρύνειν τὴν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς. εἰς τὴν ὑστε-
ραίαν δὲ τὰ χρυσόπαστα ἀποδυσάμενοι, λευκὰς περιεβάλλοντο V. 353
ἐσθῆτας, ὅπερ ἐστὶ τεκμήριον πενθούντων βασιλέων. ἐδήλου
δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τῆς μεταβολῆς ὁ βασιλεὺς πρὸς τοὺς πα-
ροόντας, ὡς τῇ μὲν προτεραίᾳ τῆς ἑορτῆς ἕνεκα τὰ λαμπρὰ
ἐκεῖνα περιβάλλοιτο, νυνὶ δὲ ἐκείνης παρελθούσης, ἀναγκαῖον P. 437
πάλιν τὴν ἀδελφοῦ καὶ βασιλέως τελευτὴν πενθεῖν. ἄξιον
δὲ καί τινων ἐπιμνησθῆναι, ὧν πρὸς τὰς τῶν βασιλέων ἀναῤ-
ῥήσεις εἰώθασιν οἱ πολλοὶ ἐπισημαίνεσθαι, ἀψευδῆ τινα οἰό-
μενοι τεκμήρια τῆς εἰσέπειτα τῶν ἀναγορευομένων βασιλέων
ἢ εὐτυχίας ἢ κακοπραγίας, εἴγε χρὴ τοιαῦτα ἐκ τῆς ἄνωθεν
προνοίας οἴεσθαι οἰκονομεῖσθαι, ἀλλὰ μὴ αὐτόματα συμβαί-
νειν ὡς ἂν τύχῃ, τῆς περὶ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα τοῦ θεοῦ
προνοίας ἐν ἀπορῥήτῳ κειμένης καὶ μόνοις οὔσης φανερᾶς
τοῖς τὴν διάνοιαν κεκαθαρμένοις καὶ τῶν τοιούτων δωρεῶν
ἀξίοις κεκριμένοις παρὰ τοῦ θεοῦ. ἐν γὰρ τῇ τῆς ἀναῤῥή-
σεως ἡμέρᾳ, ἡνίκα ἔδει βασιλέα τὸν νέον τὴν βασιλικὴν ἐ- B
σθῆτα μεταμπισχέσθαι, συνέβαινε τὴν μὲν ἐνδοτέραν μᾶλλον
εἶναι τοῦ δέοντος στενὴν, ὡς μηδὲ τὸ σῶμα, καίτοι πολλὰ

13. ἀπομνησθῆναι M. mg. 21. του om. P.

consobrinus, ministrabant. Itaque diem illum novi imperatores in auro conspicui panegyrica celebritate insignem peregerunt, quique aderant et de proceribus et de exercitu, nihil, quod ad dici festi hilaritatem faceret, omittebant. Postridie vestes auri subtemine picturatas deponentes, candidas induerunt, lugentium imperatorum argumentum. Mutationis causam imperator praesentibus aperuit. Pridie propter festum diem illas alias induisse: nunc illo praeterito rursum fratris et imperatoris mortem sibi lugendam. Sed operae pretium fuerit, nonnulla memorare, quae in creatione imperatorum multi notare consueverunt, eorum in posterum fortunae in utramque partem certissima signa existimantes: si modo talia a suprema providentia manare, divina scilicet et occulta quadam vi ac puris tantum mentibus cognita (quas Deus huiuscemodi donis dignari voluit) res humanas dirigente, et non per se ac fortuito accidere arbitramur. Hora enim inaugurationis, qua novum imperatorem cultum sumere imperatorium oportebat, interiorem vestem plus aequo strictam esse contigit, ut, quamvis multum distenta, operire corpus non posset; exteriorem plane contra plus iusto laxam: tametsi am-

A.C. 1341 κατατεινομένην, δύνασθαι περικαλύπτειν, τὴν ἐξωτέραν δὲ τοὐναντίον ἅπαν, πολλῷ τοῦ δέοντος εὐρυτέραν, καίτοι γε ἀμφοτέρας τοῦ πολλὰς καὶ πρότερον πολλάκις συμμέτρους ἐρράφότος δεδημιουργηκότος. ἐξ ὧν τῶν βασιλεῖ συνηθεστάτων τις παρὼν, τὰ μὲν πρῶτα βασιλέως ἀπεφθέγξατο ἔσεσθαι κο-
μιδῇ στενὰ καὶ πολλὴν ἀπορίαν βασιλεῖ παρέχοντα, ὥσπερ ἡ ἐσθὴς τὸ σῶμα πιέζειν νῦν· τὰ δ' ὕστερον ἐκ διαμέτρου
C εὐρύτερα τοῦ δέοντος καὶ πολλὴν παρεχόμενα τὴν ἄνεσιν. τῆς αὐτῆς δὲ ἡμέρας καὶ τῆς θείας τελουμένης ἱεροτελεστίας, οὕτω συμβὰν, ἡ τοῦ εὐαγγελίου περικοπὴ ἐκείνη ἀνεγινώ-
σκετο, ἐν οἷς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ καὶ τῶν αἰώνων βασιλεὺς ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς τοῖς ἰδίοις μαθηταῖς περὶ τῶν εἰς αὐτοὺς συμβησομένων διαλεγόμενος, „εἰ ἐμὲ" ἔλεγεν „ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτε-
ρον τηρήσουσιν." ἃ οἱ παρόντες ἐπισημαινόμενοι, τοὺς μὲν
φαύλους ἔφησαν ἀνθρώπους καὶ διεφθορότας καὶ συκοφάντας καὶ οἷς οὐδὲν τῶν σωτηρίων μέλει τοῦ Χριστοῦ ἐντολῶν, τὸν βασιλέα διώξειν καὶ πολλὴν ἐνδείξεσθαι τὴν μανίαν κατ' αὐ-
τοῦ, οἷα δὴ καὶ Ἰουδαῖοι Χριστὸν τὸν εὐεργέτην πάσῃ διώ-
D ξαντες σπουδῇ, καὶ ἰσχύσειν κατ' αὐτοῦ ἐπὶ καιρὸν, ὥσπερ δὴ κἀκεῖνοι ἔδοξαν, ἀπεκτονότες τὸν λυτρωτήν. ὕστερον δὲ οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ καὶ ἄξιοι τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ τηροῦντες, καὶ τὸν βασιλέως λόγον τηρήσουσι καὶ πάντα ποιήσουσι τὰ προσταττόμενα ὑπ' αὐτοῦ.

14. ἡμέτερον P.

bas idem fecisset artifex, qui antea multas saepe et habiles atque aptas confecerat. Tum assistens quidam familiarissimus praedixit, principia illi admodum arcta et difficultatis plena fore, quemadmodum nunc interius indumentum corpus nimium adstringeret; subsequentia ex diametro opposita, nimium lata, remissionis et quietis abundantia. Eadem luce, dum missae sacrificium confit, evenit, ut in evangelio illa sententia recitaretur, qua Salvator noster et rex saeculorum Iesus Christus, ad discipulos de futuris eorum casibus disserens, ait: Si me persecuti sunt, et vos persequentur; si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt. Quae verba arripientes qui stabant, improbos ac perditos homines et calumniatores, quibus salutaria Christi mandata minime cordi sint, imperatorem prodige exprompta in ipsum insania sua persecuturos aiebant: quomodo nimirum Iudaei quoque Christum bene de ipsis meritum omnibus nervis persecuti sunt; et quidem ad tempus praevalituros, quemadmodum et illi praevaluisse visi sunt, cum liberatorem occiderunt. Deinde vero honestos ac probos et mandatis Christi dignos sermonemque eius servantes etiam imperatoris sermonem servaturos

τοιαῦτα μὲν ἐπεθείασαν ἐν τοῖς λογίοις οἱ πολλοὶ, ἃ καὶ εἰς A. C. 1341
ὕστερον ἐξέβη κατὰ τὴν ἔξήγησιν αὐτῶν σχεδόν. αὐτὸς δὲ
ὁ βασιλεὺς περὶ τὸν Διδυμοτείχου ἀρχιερέα πολλὴν τὴν πί-
στιν ἔχων καὶ τῶν κρειττόνων ὥς τινι προσέχων, οἷα δὴ ἐν
πολλοῖς ἀποδεδειγμένῳ πρότερον θείας χάριτος οὐκ ἀμοιρεῖν,
τῆς αὐτῆς ἡμέρας μετὰ τὴν ἀνάῤῥησιν πέμψας πρὸς ἐκεῖνον,
τὰ γεγενημένα τε ἐδήλου, ὡς κοινῇ γνώμῃ λυσιτελεῖν ἐψη- P. 438
φισμένα τελεσθείη, καὶ προσάγειν εὐχὰς θεῷ ὑπὲρ αὐτοῦ
ἐδεῖτο, ὥστε γενέσθαι ἐπ' αὐτῷ τὸ τοῦ θεοῦ θέλημα τὸ ἀγα-
θὸν καὶ εὐάρεστον. τοῦτον γὰρ εἰώθει τὸν τρόπον τῶν τὰ
τοιαῦτα δεῖσθαι ἠξιωμένων, εὐχὰς ὑπὲρ αὐτοῦ προσάγειν
θεῷ. ὁ δ' ἔφασκεν, ὡς οὐ καλὸν μετὰ τὴν πρᾶξιν ἀπαγγέλ-
λειν. πρότερον γὰρ ἐχρῆν, ἡνίκα καὶ αὐτῷ τι τῶν δεόντων,
θεοῦ διδόντος, παραινεῖν ἐξῆν· νυνὶ δὲ οὐδὲν ἢ τοῦ θεοῦ
δεῖσθαι λοιπὸν ὑπὲρ τῶν κοινῇ λυσιτελούντων καὶ αὐτοῦ·
τὸ βασιλεύειν δὲ Ῥωμαίων, καὶ αὐτὸν μὲν εἰδέναι, ὡς ἐπι-
ψηφισθείη παρὰ θεῷ. πλὴν ἐξοιδήσουσι τὰ χείλη μήπω πε- B
πανθὲν τὸ σῦκον καταφαγόντος· αἰνιττόμενος ἐκ τοῦ παρα- V. 354
δείγματος, ὡς πολλοῖς πρότερον περιπεσεῖται κινδύνοις καὶ
πειρασμοῖς. θέλων δ' ὥσπερ καὶ τοὺς κινδύνους ὅθεν καὶ
τίνος ἔσονται δηλοῦν, ὁράσεώς τινος ἀνεμίμνησκεν αὐτὸν, ἧς,
ἔτι περιόντος Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως, ἠξίωτο περὶ τῶν ἐ-
σομένων. ἔφασκε δὲ βασιλεὺς ὁ νέος οὑτοσὶ, ὡς, ἔτι περιόν-

eiusque iussa omnia complexuros. Huiusmodi ex his multi vaticinabantur, quae postea eventus ferme comprobavit. Ceterum ipse imperator, cum Didymotichi episcopo multum tribueret eique ut divino homini auscultaret, (quippe qui alias multis in rebus non se divinae gratiae expertem demonstraverat,) eodem die post creationem ad illum misit: quae facta essent, communi sententia, ut e re publica decreta fuisse significans et rogans, Deum precibus sibi conciliaret, ut in se voluntas eius bona et bene placens fieret; sic enim in tali gradu locatos rogare in more habebat, ut scilicet preces Deo pro se adhiberent. Respondit antistes, non esse pulchrum, haec sibi post factum nuntiari; prius nuntiata oportuisse, quando et ipse, quod in rem esset, Dei concessu admonere potuisset. Nunc aliud nihil superesse, quam ipsum et commune bonum Deo supplicite commendare. Et nosse se quidem, imperium Romanum illi a Deo decretum esse: verumtamen labra eius extumescent, inquit, qui uvam acerbam comederit. Qua parabola innuit, illum multis ante periculis et tentationibus circumventum iri. Cum vellet autem velut sub oculos subiicere, unde et a quo pericula illa imminerent, visi cuiusdam sui memorem fecit, quo vivente adhuc Andronico iuniore super futuro rerum statu diguatus fuerat: quod hunc in

A. C. 1341 τος βασιλέως, αὐτοῦ δ' ἔτι τὴν ἰδιώτου στέργοντος τύχην, ὁμιλίαν τινὰ τοῦ ἀρχιερέως τούτου ποιουμένου πρὸς αὐτὸν, τὸν Ἀπόκαυκον φάναι, οὕτω τῆς ἀξίας χωρὶς προσαγορεύσαντα, μὴ πάνυ ποιεῖσθαι περὶ πλείστου, ἀλλὰ φυλάττεσθαι τὸν ἄνδρα, ὡς μεγάλης ἐπηρείας αἴτιον ἐσόμενον. τοῦ δ' ἐν εὐ-5
C τραπελίας εἴδει, καὶ ποίαν λίθῳ ἐπήρειαν προξενήσειεν ἂν ὠὸν, εἰπόντος, ὡς μέγα, φάναι τὸν ἀρχιερέα, τὴν ὑπερηφανίαν εἶναι κακὸν, μάλιστα τῶν τε τελείων τὴν ἀρετὴν καὶ τῶν εἰς τὸ ἀκρότατον τῆς κοσμικῆς ἐληλακότων εὐημερίας ἐφαπτομένην. τοῦ δὲ, μὴ εἰς τοιαῦτα προάγεσθαι ἐξ ὑπερη-10
φανίας, εἰρηκότος, ἀλλ' ἐκ τοῦ μάλιστα συνειδέναι ἑαυτῷ μὲν δύναμιν πολλὴν, ἐκείνῳ δὲ ἀδυναμίαν· πλὴν εἰ μὴ καὶ λύκον θρασύτητος αἰτιῷτό τις προβάτου ἰσχυρότερον νομίζεσθαι ἀξιοῦντα καὶ τὸν λέοντα ἐλάφου τὴν ῥώμην πλεῖστον οἰόμενον διαφέρειν. ἔτι δ' ἀξιοῦντος, τὴν ὅρασιν δήλην αὐτῷ ποι-15
D εῖν, ὡς δὴ πειθομένου οἷς εἰρήκει, ἐπειδὴ τὰ μὲν φυσικὰ ἀμετάβλητα δεδημιούργηται παρὰ θεοῦ, τὰ ἀνθρώπινα δὲ πράγματα ἄλλο τε ἄλλως φέρεται καὶ πολλὴν ὑπομένει τὴν μεταβολὴν, καὶ πολλὰ δεηθέντος ὥστε πεῖσαι διηγήσασθαι τὰ ὁραθέντα· „εὐχόμενός ποτε" εἶπε „καὶ ἐμαυτῷ μόνῳ καὶ-20
θεῷ προσαδολεσχῶν, ἐδόκουν σε ὁρᾶν ἑστῶτα πρὸ ἐμοῦ. αἴφνης δὲ Ἀπόκαυκον οὕτω ῥαγδαίως ἐπελθεῖν καὶ ὠθισμῷ τοσούτῳ χρήσασθαι καὶ βίᾳ, ὥστε μικροῦ μὲν δεῆσαι ἀνα-

si sponte manere non vultis, non cogemus. Quin etiam si discesseritis, non minore vos benevolentia prosequemur: quandoquidem, ut video, non vitio aliquo transversim acti, sed necessariorum memoria languefacti, etiam quae conducere non censetis, facere compellimini. Haec ut ille dixit, ipsi quoque publice graviter semet incusarunt, qui prae miseratione proximorum timidos ac degeneres se, dignitatis suae obliti, praestitissent. Deinde salutem apprecati orantesque, ne differret diutius, sed sibi provideret, quocumque Deus illum duceret, valedicentes et imperatoris pedem osculantes recedebant; qui abeuntes cum remanentibus misceri vetuit, ne turba et confusio exsisteret, dum qui manerent nesciretur; sed ad cohortem ipsius integram (nullus quippe ordinem reliquerat) et procul stantem mansuri concederent. Subito alii eo ire; alii sigillatim praetereuntes et imperatorem salutantes discedere, qui quasi nihil factum esset novi, consistens praetergredientes resalutabat, neque ullum tristitiae aut turbati animi indicium vultu praeferebat. Defecerunt autem non Thessalonicenses solum et Byzantii aliarumque civitatum cives, quos consanguineorum cura speciose excusabat; verumetiam Didymoticheu-

καὶ τῶν εὐγενῶν καὶ μάλιστα εὖνων δοκούντων βασιλεῖ πολ- A. C. 1342
λοὶ, οἷς καὶ Ἀπελμενὲ συνεξητάζετο πολλὰ τῆς βασιλέως εὐ-
μενείας ἀπολελαυκὼς καὶ ἐκ μικροῦ καὶ τοῦ τυχόντος λαμ-
πρὸς ἐς τὰ μάλιστα γεγενημένος καὶ περιφανής. ἔτι γὰρ μει-
ράκιον ἐκεῖνον ὄντα ὁρῶν ὁ βασιλεὺς φύσεως πρὸς τὰ καλὰ
ἐπιτηδείου τετυχηκότα καὶ δυνάμενον, εἰ ἄσκησιν προσλάβοι,
ἄριστον παρέχειν πρὸς τὰ ἐπιτηδευόμενα ἑαυτὸν, ἐφιλονείκησε
πρὸς πᾶσαν ἄριστον παιδείαν ἀποφαίνειν, καὶ πρός τε λόγους
καὶ πρὸς τὰς στρατείας μάλιστα ἐξήσκησε. παρεχόμενος δὲ
καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ ῥοπὴν, οὐ πλούσιον μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν D
ἄλλων οἰκετῶν ὑπερέχοντα ἀπέφαινεν. ὁ δ' ἐν τοῖς ἄλλοις
μὲν ἅπασιν ἄριστον παρεῖχεν ἑαυτὸν καὶ τῆς βασιλέως ἄξιον
φιλοτιμίας· κόμπῳ δὲ φρονήματος οὐδέποτε τῆς ἀξίας ἀπο-
λαύειν ᾤετο, ἀλλ' ὅσων ἂν τύχοι, τῶν προσηκόντων ἐνόμι-
ζεν ἐλάσσω· ὅθεν καὶ ἀχάριστος ἐδείκνυτο πρὸς τὸν δεσπό-
την μεγάλων ἀξιοῦντα. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐξ ἰδιώτου πρὸς βασιλέα
μεταβάλλοι, πάντα εἶναι παρ' αὐτῷ ἠξίου, καὶ ἄρχειν τῆς
στρατιᾶς καὶ πᾶσιν ἐπιτάττειν καὶ μείζοσι καὶ ἐλάττοσιν.
ὧν μὴ τυγχάνων, ἐδυσχέραινεν οὐκ ἀνεκτῶς. βασιλεὺς γὰρ
τοῖς μάλιστα προσήκουσι καθ' αἷμα καὶ τῶν ἄλλων τοῖς εὐ- V. 390
γενεστέροις τὰς τοιαύτας ᾤετο ἀρχὰς προσήκειν. τότε δὲ ἐι P. 484
Γυναικοκάστρῳ τῆς ἀποστασίας τῶν ἄλλων γινομένης, καὶ
αὐτὸς μὲν ἐσκέψατο ἐκείνοις εἰς Βυζάντιον συναπελθεῖν, ὡς
ἐκεῖθεν ὧν ἦν ἄξιος τευξόμενος. αἰσχυνόμενος δὲ ἐπὶ τοσού-

sium complures; nec milites tantum, sed nobiles quoque, qui imperatoris studiosissimi videbantur, quibus et Apelmenes, ipsi egregie carus et ab eo ex humili ac vulgari statu ad summam claritatem amplitudinemque evectus, annumerabatur. Etenim adhuc adolescentulum animadvertens natura ad res praeclaras idoneum et qui exercitatione adiuncta in iis posset excellere, quibus operam daret, cum in omni disciplina perfectum reddere contendit, et ad eloquentiam artemque militarem in primis excoluit: favore item et gratia sua non tantum divitem, sed inter ministros etiam praecipuum effecit. Et is quidem in aliis omnibus eximium plane studioque imperatoris dignum se praestabat; prae fastu tamen nunquam se pro dignitate tractari putabat, sed quae consequeretur, meritis suis inferiora ducebat. Atque ita in tam munificum ac liberalem dominum ingratus apparuit. Qui ut ex privato in familiam imperatoris adscitus est, omnia penes se esse postulavit, et imperare exercitui et dominari maioribus iuxta ac minoribus. Quarum rerum cum illi copia non fieret, mirandum in modum indignabatur. Imperator namque in sanguine coniunctissimos et alios nobiliores huiuscemodi honores quadrare existimabat. Tum vero aliis apud Gynaecocastrum defi-

A.C. 1342 τοις ἀγαθοῖς ἀγνώμων φαίνεσθαι, κλέπτειν τὴν ἀποστασίαν ἐπεχείρει. εἰσελθὼν γὰρ εἰς Γυναικόκαστρον, τὴν ἐκεῖθεν ἀναχώρησιν βασιλέως περιέμενεν, ἵν' εὐπρόσωπος εἴη πρὸς τοὺς κατηγοροῦντας ὕστερον ἀπολογία, ὡς χρείας τινὸς ἕνεκα ὑπολειφθείς, ἀνάγκη τοῖς ἄλλοις συναπέλθοι, βασιλέως ἀναχωρήσαντος. οὗ τῆς διανοίας στοχασάμενος ὁ βασιλεὺς, οὐκ
B ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν, ἀλλὰ μετεκαλεῖτο πέμπων, ἄχρις οὗ φανερῶς ἀπείπατο.

μα'. Ἐπεὶ δὲ καὶ πρωτοστράτωρ ἦκε συνταξόμενος, πρῶτα μὲν ὠνείδιζε τῆς ἀνανδρίας καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγνω-
C μοσύνης, ὅτι πρῶτος αὐτὸς πρὸς τὴν ἀποστασίαν χωρήσας, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπεσπάσατο, μάλιστα δι' αὐτὸν θορυβηθέντας καὶ σφᾶς τε αὐτοὺς οὐδὲν ἄμεινον ἀνδραπόδων παρέδοσαν τοῖς πολεμίοις, καὶ αὐτῷ, τόγε εἰς αὐτοὺς ἦκον, μεγάλων αἴτιοι κατέστησαν δεινῶν. ἔπειτα δὲ παρείχετο συγγνώμην, ὅτι μὴ πρὸς τὴν φύσιν ἀντιστῆναι δυνηθείη. οὐ γὰρ τῶν πολλῶν καὶ εὐκαταφρονήτων εἶναι τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τῶν ὀλίγων καὶ μεγάλα δυναμένων, οἳ καὶ διὰ ταῦτα μάλιστα θαυμάζονται, ὡς οὐ μόνον πρὸς πραγμάτων μεταβολὰς καὶ καιροῦ δυσκολίας ἀνθιστάμενοι γενναίως, ἀλλὰ καὶ φύσεως
D αὐτῆς φαίνεσθαι κρείττους ἀξιοῦντες. παραστησάμενος δὲ καὶ Ἀνδρόνικον Ἀσάνην τὸν γυναικὸς ἀδελφιδοῦν, ἔτι παιδίον ὄντα, ὃν ἔτι τοῦ πατρὸς Ἀσάνη Μανουὴλ ἐν Βήρᾳ φρουρου-

cientibus, ipse etiam, quomodo cum iisdem Byzantium profectus, illic pro dignitate haberetur, circumspiciebat. Verumtamen adversus tot beneficia ingratus videri erubescens, defectionem suam occultare conabatur. Cum enim Gynaecocastrum venisset, usque dum imperator recederet, exspectabat, ut honesta esset postea contra accusatores defensio, quod negotii cuiusdam gratia relictus, imperatore digresso, necessario cum aliis abiisset. Cuius cogitata coniiciens imperator, inde non recessit, sed cum accersivit, donec manifeste abnuit.

41. Ubi autem et protostrator valedicturus venit, imbelliam ei et perfidiam exprobravit, quod princeps deficiens, alios secum traxisset, qui propter ipsum maxime trepidantes, quasi mancipia sese hostibus tradidissent ac sibi, quod quidem ad ipsos attineret, ingenti malo fuissent. Deinde veniam tribuebat, quod naturae imperare non potuisset. Talia quippe facinora non multorum infimorumque, sed paucorum et virtute robustorum esse. Qui idcirco etiam summe suspiciuntur: quoniam non solum in rerum commutationibus ac difficultatibus ipsi generosa mente manent immutabiles, sed et naturae ipsius victores ac domini videri aequum censent. Adducto autem Andronico Asane, ex fratre uxoris genito, etiamnum

μένου ὑπὸ κλοιοῖς, παραλαβὼν αὐτὸς ἔτρεφέ τε καὶ παι- A.C. 1342
δείας προσηκούσης ἠξίου τοῖς παισὶν ὁμοίως, „τοῦτον" ἔφη πρωτοστράτορι „τὸν νεανίσκον παραλαβών, τῆς σῆς ὅντα παῖδα θυγατρὸς, (οὐ γὰρ ἂν δύναιτο διὰ τὴν ἡλικίαν πρὸς πόνους ἀντέχειν καὶ ταλαιπωρίαν τῆς ἐκ τῆς στρατείας,) πάσης ἀξίων καὶ παιδείας καὶ προνοίας τῆς προσηκούσης. κἂν μὲν αὐτὸς ταχέως ἐπανέλθω πρὸς ὑμᾶς, (οἶομαι δὲ τῇ τε παναγνῳ τοῦ θεοῦ μητρὶ πεποιθὼς καὶ τῷ μηδὲν ἐμαυτῷ συνειδέναι τῶν ἀτόπων εἰργασμένῳ, δι' ὃ δικαίως ἀπολοίμην ἄν, τάχιστά τε ἐπανήξειν καὶ δύναμιν μεγάλην περιβεβλημένος,) πάλιν ἀπολήψομαι τὸ μειράκιον. εἰ δ' ἕτερόν τι δέδοκται θεῷ περὶ P. 485
ἡμῶν, ἀπόδος τῷ πατρὶ, ἐπεὶ μὴ ἡμῖν γε θεὸς τὰ περὶ αὐτοῦ ἐγνωσμένα ἄγειν ἐπέτρεψεν εἰς τέλος." ἔπειτα καὶ πρωτοστράτορα προσαγορεύσας, ἀπέπεμπε μετὰ τῶν ἄλλων. αὐτὸς δὲ ὥσπερ ἐνδεικνύμενος τὴν μεγαλοψυχίαν καὶ τὸ μὴ δεῖν καταπίπτειν ἐν ταῖς δυσπραγίαις, ἄριστον ἤρεῖτο ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου καὶ τοὺς ἄλλους τὰ ἴσα ἐκέλευε ποιεῖν. με- V. 391
τὰ δὲ τοῦτο τοὺς ἐν τέλει καὶ τὴν στρατιὰν περιστησάμενος, παρεκελεύετο τοιάδε. „ἄνδρες συστρατιῶται, τὰ μὲν παρόντα πράγματα ὡς πολλῆς δυσκολίας ἐμπέπλησται καὶ B
ταραχῆς, πᾶσιν ὑμῖν καθέστηκε καταφανές. αἵ τε γὰρ ἐλπίδες, ἃς οἴκοθεν ἔχοντες κεκινήμεθα, ἐξεῤῥυήκεσαν καὶ τῶν συστρατευομένων ἀπεβάλομεν πολλοὺς, οὐ μάχῃ κρατηθέντες,

2. προσηκούσης add. M.

puero, quem patre Manuele Asane apud Beram adhuc in vinculis detento, sibi sumptum educabat, et pro aetate litterulis imbuendum, tamquam filium, curabat. Hunc, inquit, adolescentulum, tuae filiae gnatum accipiens, ob annos immaturos ad opera sudoresque militares nondum idoneum, tuae fidei commendo: cui quam par est curam et institutionem omnem adhibeto. Quem ubi brevi ad vos rediero, (spero autem castissima Dei matre confisus et quod nihil me nefarium conscivisse scio, ob quod merito perire debeam, celerrime magnis cum viribus rediturum,) ad me recipiam. Sin aliud Deus de nobis statuerit, patri restitue: siquidem quae de illo facere in animo habebamus, ad finem perducere nequiverimus. Secundum haec protostratorem salutatum cum aliis dimisit: et ut magnanimitatem suam demonstraret doceretque, infestae fortunae non esse succumbendum, prandium in ipso loco inivit, et ut idem ceteri facerent, mandavit. Postea primoribus exercituque circumstantibus, sic eos est cohortatus. Quam multis difficultatibus atque turbis hic rerum status abundet, commilitones, nemo vestrum est, qui non explorate noverit. Nam et spes, quas domo portantes ad arma aggrediebamur, effluxerunt et de sociis complures amisimus, non qui-

A.C. 1342 ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων προδοθέντες, οὓς ἠλπίζομεν ἄχρι παντὸς ἡμῖν συναγωνιεῖσθαι. ἐγὼ δὲ καὶ πρότερον μὲν οὐδέποτε δίκαιον εἶναι ἡγησάμην ὅπλοις καὶ ἵπποις καὶ πλήθει στρατιᾶς θαῤῥεῖν, ἀλλὰ τῇ πάντα συνεχούσῃ τοῦ θεοῦ ἀμάχῳ δεξιᾷ, ᾧ ῥᾴδιον καὶ τοὺς ὀλίγα δυναμένους τῶν πολεμίων κρείττους ἀποφαίνειν, καὶ τοὺς μέγα φυσῶντας καταστέλλειν, ἂν τῷ περιόντι τῆς δυνάμεως ἐξάγωνται τοῦ μέτρου· μάλι-
C στα δὲ νυνί, ἡνίκα πάσης ἄλλης ἐπινοίας περιαιρεθείσης, μόνη καταλέλειπται ἡμῖν ἡ περὶ τὸν θεὸν ἐλπίς. καίτοι γε φαίη τις ἄν, ὡς οὐδὲ τῶν ἀνθρωπίνων οὐδενὸς ἠμελήσαμεν αὐτοί, ἀλλὰ πλήθει τε τῶν πολεμίων ὑπερέχουσαν οἴκοθεν ἔχοντες κεκινήμεθα στρατιὰν καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι βελτίω, καὶ φοβεροί τινες ἄχρι νῦν καὶ ἄμαχοι τοῖς πολεμίοις ἐδοκοῦμεν, καὶ οὐδὲν οὐδέπω μέχρι νῦν ἐξ ἀβουλίας ἢ ἀπειρίας ἡμάρτηται ἡμῖν. εἰ δ' ἡμῶν τὰ δέοντα ποιούντων καὶ
D ὀρθοῖς χρωμένων λογισμοῖς, οἱ συστρατευόμενοι τῇ περὶ τοὺς οἰκείους συμπαθείᾳ καταμαλακισθέντες, ἀγεννῶς καὶ ἀνελευθέρως προσεχώρησαν τοῖς πολεμίοις, οὐ χρὴ τὴν ἐκείνων κακίαν τῇ ἡμῶν εὐψυχίᾳ καὶ τόλμῃ καὶ καρτερίᾳ περὶ τὰ δεινὰ λυμαίνεσθαι. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ πρὸς οἷς ὑποστήσονται κα-
κοῖς περιορώμενοι καὶ προπηλακιζόμενοι καὶ πάντα ὑπομένοντες, ὅσα τοὺς ὅπλα παραδεδωκότας δίκαιον, ἔτι καὶ ἡμῖν ὀλίγῳ ὕστερον οὐ φαύλην δώσουσι τὴν δίκην, αἰσχυνόμενοι

dem certamine victi, sed ab illis ipsis proditi, quos perpetuo militiam nobiscum toleraturos confidebamus. Atque ego sane cum et antea nunquam esse iustum censuerim, equis et armis et copiis ingentibus, sed omnia potius continente et inexpugnabili dextera Dei fidere, cui facile est etiam parum potentes et infirmos hostibus superiores praestare sibique praefidentes reprimere, si opum exsuperantia limitem transierint, nunc potissimum ita censeo, quando in extrema consilii inopia sola erga Deum fiducia nobis restat. Etsi nec humanorum quidquam neglectum, sed domo nos cum maioribus et per omnia instructioribus copiis, quam hostium sunt, profectos, formidabiles illis et invictos adhuc apparuisse, hactenusque nihil temeritate aut imperitia a nobis peccatum esse, negari non potest. Quod si nobis recte ratiocinantibus et quod decebat facientibus, commilitones nostri misericordia erga propinquos emolliti, ut degeneres et minime ingenui, cum hostibus se coniunxerunt, non debet ipsorum timiditas et ignavia imperterritam animorum nostrorum magnitudinem et in asperis tolerantiam depravare. Nam illi praeter ea mala, quae sustinebunt, cum despicientur et contumeliose irridebuntur et omnia patientur, quae non iniuria patiuntur, qui arma tradiderunt, insuper nobis paulo post non vulgare dabunt suppli-

τῆς προδοσίας ἕνεκα καὶ τῆς φαυλότητος τῶν τρόπων. ὑμεῖς A. C. 1342
δὲ νῦν τε ἀνδρίας καὶ καρτερίας δόξαν ἠνέγκασθε καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς πολεμίοις, καὶ ὀλίγῳ ὕστερον οὐκ ἐγὼ μόνον ἀμείψομαι ταῖς προσηκούσαις εὐεργεσίαις, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἔσεσθε περίβλεπτοι καὶ θαυμαστοί, ὅτι ἐν καιροῖς μάλιστα δυναμένοις βασανίζειν γνώμας ἀνδρῶν, τὴν προσήκουσαν ἐπεδείξασθε καὶ μεγαλοψυχίαν καὶ ἀνδρίαν. οὐ δὴ διὰ τὴν ἐκείνων ἀβουλίαν καταπίπτειν ὑμᾶς δίκαιον, οὐδ' ὅτι δυσπραγίαις κεχρήμεθα σκοπεῖν, ἀλλ' εἰ μηδὲν αὐτοὶ δι' ἀτολμίαν πρὸς τὸ ἧττους φαίνεσθαι συνεισηνέγκαμεν τῶν πολεμίων. εἰ δ' ὅτι κακῶς νυνὶ πεπράχαμεν προσίσταται ὑμῖν, ἀλλ' ἐκεῖνο χρὴ σκοπεῖν, ὡς οὐδ' οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, περὶ ὧν μεγάλα ᾄδεται καὶ θαυμαστά, ἀήττητοι παντάπασι διαμεμενήκασιν, ἀλλ' ἐν πολλοῖς πολλάκις σφαλέντες καὶ ὁλόκληρα στρατόπεδα μετὰ τῶν στρατηγῶν ἀποβαλόντες, ἀνδρίᾳ καὶ τλημοσύνῃ τῇ περὶ τὰ ἔργα αὖθις ἀνεμαχέσαντο τὴν ἧτταν, οὐ μᾶλλον καταπτήξαντες, ἢ ὀργῇ τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους σφοδρότερον ἁψάμενοι μετὰ ταῦτα τοῦ πολέμου. ὧν ἀπόγονοι καὶ ἡμεῖς ἀξιοῦντες εἶναι, μιμώμεθα τὰς ἀρετὰς καὶ νῦν μὲν ἡγώμεθα τύχαις ἀνθρωπίναις χρησάμενοι δυσπραγεῖν, μικρῷ δὲ ὕστερον πρὸς τὴν προτέραν αὖθις ἀφίξεσθαι εὐδαιμονίαν. καὶ γὰρ καὶ τῶν πρὸ ἡμῶν βασιλέων οὐκ ὀλίγοι, οἱ μὲν βαρβάροις πολεμοῦντες αἰχμάλωτοι γεγόνασι νικηθέντες, οἱ δὲ

P. 486

cium, de proditione et sinistris moribus erubescentes videlicet: cum vos et nunc fortitudinis ac patientiae laudem vel ab ipsismet hostibus tuleritis et non solum ego brevi debitis vos donis remuneraturus sim, sed ipsi quoque omnium in vos ora cum admiratione conversuri sitis, quia temporibus, quae viros explorare maxime solent, invictam animi firmitudinem, ut dignum fuit, demonstraveritis. Proinde non propter illorum stultitiam vos aliquam desperationem suscipere convenit; neque sortem duriorem, quam experti sumus, considerare debetis: sed illud potius, nihil nos per ignaviam ad hoc contulisse, ut hostibus cedere videremur. Sin nobis molestum est, quod nunc infortunati fuimus, at cogitemus licet, nec veteres Romanos, quorum res gestae eximiae et admirabiles hominum fama scriptisque celebrantur, semper invictos mansisse, sed saepe multis locis offendisse ac totis exercitibus una cum ducibus adverso Marte deletis, instauratis deinde proeliis, fortitudine et patientia bellica hostibus par retulisse: nec magis timore perculsos, quam iracundia in hostes incitatos, ad bellum postea ardentius incubuisse. Quorum nos posteri esse cupientes, eorum virtutem imitemur. Et nunc quidem quia homines sumus, nos miseros esse, brevi autem iterum felices ac beatos fore arbitremur. Etenim et maiores nostri impe-

A. C. 1342 καὶ ὑπὸ πολέμων ἐμφυλίων ἐπιβουλευθέντες, ἐξεκρούσθησαν
C τῆς ἀρχῆς. ἀλλ' αὖθις ἑκάτεροι τὴν σωτηρίαν οὐκ ἀπογνόν-
V. 392 τες, τῆς τε ἀρχῆς ἐπέτυχον καὶ τοὺς πολεμίους πλείω, ἢ αὐ-
τοὶ πεπόνθασι, προσειργάσαντο κακά. εἰ δὲ καὶ πρὸς θειό-
τερά τινα παραδείγματα ἀνάγεσθαι δεήσει, τὸν Ἰωσὴφ ἐν-
νοήσωμεν καὶ τὴν πικρὰν ἐκείνην δουλείαν καὶ τὴν χρόνιον
κάθειρξιν καὶ τὸν ἄλλον φορυτὸν τῶν ἀλγεινῶν καὶ ὡς μετὰ
ταῦτα πάντα ἀντὶ δούλου καὶ δεσμώτου βασιλεὺς ἀνεδείκνυτο
Αἰγύπτου. καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα μετὰ τὴν πλάνην τὴν μα-
κρὰν καὶ τὸ μυρία ὑπὸ τοῦ εὐεργετηθέντος βασιλέως ὑπο-
στῆναι τὰ δεινά, ὕστερον εἰς τὴν οἰκείαν ἀνασωθέντα καὶ
βεβαίως βασιλεύσαντα τῶν ὁμοφύλων. ἃ πάντα χρὴ ἐνθυ-
D μουμένους μὴ ἀθυμεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ χρηστότερα ἐλπίζειν
βουλεύεσθαι δὲ καὶ ἃ χρὴ πράττοντας νυνὶ, μὴ τοῦ προσή-
κοντος διαμαρτάνειν. ὁρᾶτε γὰρ, ὡς περὶ γῆν ἀπολελείμμεθα
πολεμίαν, ᾗ τό,τε προσεδρεύειν οὐκ ἀσφαλὲς, πολεμίων πάν-
τοθεν ἐπικειμένων, καὶ τὸ εἰς τὴν οἰκείαν ἀναστρέφειν καὶ
ἐγκλεισαμένους πολιορκεῖσθαι, οὐκ ἀγεννὲς καὶ ἄτιμον μόνον,
ἀλλὰ καὶ κινδύνου ὑποψίαν οὐ παρέχεται μικρὰν, εἰ δεήσει
τοσούτους ἐνδείᾳ πιεσθέντας ἀνάξια τῆς προτέρας δόξης
ἀναγκασθήσεσθαι ποιεῖν. Μελενίκος γὰρ οὐχ ὅτι γε ἡ-
μᾶς, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς οἰκοῦντας τρέφειν δύναται ἀνενδεῶς. οὗ
P. 487 δὴ ἕνεκα αὐτός τε πρότερον ἐμαυτὸν πέπεικα καὶ ὑμῖν

18. ἐγκλησαμένους P.

ratores non pauci, alii barbaris bellum inferentes superati et capti, alii civilibus armis imperio depulsi sunt: sed rursum utrique salute nequaquam in desperatis habita, et imperium recuperarunt et graviores clades, quam acceperant, hostibus rependerunt. Quodsi diviniora quaedam exempla requirimus, Iosephum et acerbam illam servitutem diuturnumque carcerem et reliquam dolorum colluviem et quomodo post haec omnia pro servo et vincto Aegypti princeps declaratus sit, ante oculos proponamus. Et David regem, postquam diu fugiendo oberravit et sexcenta a Saule, cui benefecerat, mala perpessus fuit, tandem in patriam tellurem salvum pervenisse stabileque in sua gente regnum adeptum esse. Quae omnia perpendentes, sperare meliora oportet, cogitandoque et agendo, quae nunc opus est, a recto tramite non aberrare. Videtis enim, quemadmodum in terra hostili relicti simus, in qua nec haerere tutum, hostibus undique urgentibus, et domum reverti ibique inclusos obsideri, non modo timiditatis et infamiae plenum est, sed et periculi suspicionem non parvam habet, ne tam multi fame subacti, pristinam gloriam suam foedare compellantur. Melenicus enim nedum nos, sed nec incolas suos commode potest alere. Quam ob causam

συμβουλεύω νῦν, πρὸς τὸν Τριβαλῶν ἄρχοντα ἐλθεῖν, πάλαι A. C. 1342
τε φιλίως διακείμενον ἐμοὶ καὶ νῦν ὀλίγῳ πρότερον σπονδὰς
καὶ συμμαχίαν πεποιημένον. οὗ χρησάμενοι τῇ δυνάμει,
πρός τε Διδυμότειχον ἐπανήξομεν ταχέως καὶ πρὸς τὰ ἄλλα
τοῦ πολέμου οὐ μέτριά τινα ὠφελοῦσαν ἕξομεν τὴν ἐκείνου
συμμαχίαν. ἐμοὶ μὲν οὖν τοιαῦτα ἔδοξε λυσιτελεῖν ἐν τῷ
παρόντι. εἰ δέ τινα βελτίω γνώμην ἑτέραν ἔχει τις εἰσενεγκεῖν,
αὐτός τε πεισθήσομαι ἡδέως καὶ τοῖς ἄλλοις συμβουλεύσω."
ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τοιαῦτα εἶπεν. ἡ στρατιὰ δὲ ἅμα τοῖς
ἡγεμόσι περὶ δισχιλίους ὄντες, „οὔτε παραινέσεων" εἶπον B
„χρεία πρὸς ἡμᾶς, ὦ βασιλεῦ, οὔτε βουλευμάτων· ἀλλ' ἃ
θεῷ τε καὶ σοὶ δοκεῖ πάντα πράττειν καὶ ὑφίστασθαι παρε-
σκευάσμεθα. ὡς οὖν οὕτω παρεσκευασμένοις, αὐτὸς ὅποι
δοκεῖ βέλτιον ἡγοῦ." πρὸς οὖν τὴν τοιαύτην βραχυλογίαν
καὶ ὁ βασιλεὺς ἡσθείς, ἐκέλευε τῇ σάλπιγγι τὴν ἀναχώρησιν
σημαίνειν καὶ συνταξάμενοι ἐχώρουν. Ἀπόκαυκος δὲ ὁ μέγας
δοὺξ ἐν Θεσσαλονίκῃ τὴν ἐσομένην ταραχὴν περὶ τὴν βασι-
λέως στρατιὰν εἰδὼς, (οἱ γὰρ διαλεγόμενοι κρύφα πρὸς τὸ
διαλύεσθαι ἐμήνυον,) ὥσπερ ἀναθαρσήσας καί τι κατὰ βασι-
λέως δυνήσεσθαι ἐλπίσας διὰ τὴν προδοσίαν τῶν συνόντων,
τοὺς ὁπλίτας ὅσοι ἦσαν καὶ ψιλοὺς τοξότας τῶν τριηρέων C
ἐξαγαγὼν καὶ ἐκ Θεσσαλονίκης ὅσους μάλιστα ἐνῆν ἱππέας
τε καὶ ὁπλίτας καὶ ψιλοὺς, καὶ Συργὴν, ὃς καὶ μετὰ μικρὸν

13. παρεσκευασμένους fortasse. 17. ταρραχὴν P.

cum id ante mihi persuaserim, nunc id vobis suadeo, ad Triballorum principem etiam olim mihi amicum et nuper de integro foederatum concedamus: cuius adaucti viribus Didymotichum mox reducntes, ad cetera belli non mediocrem ex eius societate fructum capiemus. Haec mihi conducere in praesens visa sunt. Si quis meliora attulerit, et ipse libens obsequar et alios ad obsequendum inducam. Hactenus imperator. Exercitus autem circiter duum millium et duces responderunt, non se vel admonitione vel consilio indigere; sed quae Deo et Imperatori placeant, omnia facere ac sustinere promptos esse: et sic comparatos, ipse quo consultius putaret, duceret. Hoc brevi responso exhilaratus imperator, tubarum clangore abscedendi signum dari iussit; iamque ceteris valedixerant et viam carpebant. Thessalonicae autem Apocauchus magnus dux tumultum in exercitu imperatoris fore sciens, (indicantibus id, qui clam cum eo de pace agebant,) velut audacior factus et aliquid contra cum se effecturum sperans, quotquot erant in triremibus armaturae gravis et sagittarii, et ex Thessalonica quotquot poterat equitibus et utriusque armaturae peditibus eductis: praeterea Syrge, qui non diu post rex Armeniae renuntiatus est, et Monomacho praefecto,

A.C. 1342 ῥῆξ ἀνεδείκνυτο Ἀρμενίας, καὶ τὸν Μονομάχον ἔπαρχον, ἔχοντας, οὓς αὐτοὶ ἐκ Φερῶν ἦκον ἄγοντες, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐκ Βυζαντίου καὶ Θρᾴκης στρατιὰν ἅμα τοῖς στρατηγοῖς Θωμᾷ καὶ Ἀνδρονίκῳ τοῖς Παλαιολόγοις παραλαβὼν, εὐθὺ Γυναικοκάστρου κατὰ βασιλέως ἐχώρει. οἱ δὲ ἐπεὶ ἦσαν ἐγγὺς, πρωτοστράτορι καὶ τῇ συναποστάσῃ βασιλέως ἄλλῃ στρατιᾷ περιτυχόντες καὶ πολλαπλάσιοι γενόμενοι τῶν συνόντων βασιλεῖ, ἤλαυνον ἐπ' ἐκεῖνον. οὐ μέντοι ἦσαν παρεσκευασμέ-
D νοι ὡς μαχούμενοι. ἤδεσαν γὰρ ἐκείνους τόλμῃ καὶ ἀνδρίᾳ καὶ τῇ περὶ τὰ πολέμια ἐμπειρίᾳ μᾶλλον ὑπερέχοντας αὐ-
V. 393 τῶν, ἢ ὅσον ἐκείνων αὐτοὶ τῷ πλήθει· καὶ διὰ τοῦτο συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ παρατάξεως οὐκ ἐδοκίμαζον. πόῤῥωθεν δὲ ἐθορύβουν καὶ βοαῖς ἐχρῶντο καὶ ἀλαλαγμοῖς, οἰόμενοι τὴν τάξιν οὕτω διαλύσειν καὶ τρέψεσθαι πρὸς φυγὴν, τεταραγμένους ὑπὸ διχοστασίας. βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακου-
ζηνὸς οὐδ' αὐτὸς μὲν ᾤετο δεῖν συμπλέκεσθαι, εἰ μὴ παρ' ἐκείνων ἀναγκάζοιτο. πρὸς ἔθος δὲ τὴν πᾶσαν στρατιὰν συντάξας καὶ ἡγεμόνα τοῦ παντὸς Ἄγγελον τὸν πιγκέρνην ἐπιστήσας, αὐτὸς τὴν οὐραγίαν ἔχων μετὰ τῶν ἀρίστων, ἐκέλευε βαδίζειν τεταγμένως, μήτε θορυβοῦντας, μήτε
P. 488 πρὸς τοὺς κατόπιν ἐπιόντας ἐπιστρεφομένους, ὡς αὐτοῦ ἀμυνουμένου, ἄν τινες ἐπίωσιν. οἱ δὲ ἐπ' ὀλίγον ἀκολουθήσαντες, ἐπεὶ ἑώρων τεταγμένως ἀπιόντας καὶ δήλους

3. τοῖς om. P. 18. τὸν ἀρχαῖον τρόπον add. M. mg. post συντάξας. τὸν πιγκέρνην om. P.

cum iis, quos Pheris adduxerant, et insuper missis Byzantio et e Thracia collectis copiis cum Thoma et Andronico Palaeologis ducibus assumptis, recta Gynaecocastrum adversus imperatorem progrediebatur. Cum haud longe abessent, in protostratorem ceterosque desertores incidunt, et ita imperatorem numero vincentes, in eum vadunt. Non tamen ad pugnam expediti erant: norant siquidem, audacia, fortitudine et exercitatione militari magis se ab illis vinci, quam ipsi illos numero vincerent: ideoque instructa acie ad manus venire consultum haud putabant; procul autem fremebant clamoresque altos iactabant, confidentes, hoc modo ordines disturbatum et ob id iam territos in fugam effusum iri. Cantacuzenus ne ipse quidem, nisi cogeretur, confligendum statuebat. Pro consuetudine autem veteri more exercitu disposito, et Angelo pincerna duce praefecto, ipse cum fortissimis extremum tenens agmen, sic instructos iubebat incedere, sine strepitu, nec ad insequentes conversos, se quippe illos excepturum, si invaderent. Hostes lente insecuti, ut composite abeuntes viderunt, nec dubitare potuerunt, vim a se pro-

ὄντας, ὡς ἀμυνοῦνται, ἂν ἐπίῃ τις αὐτοῖς, ἀπογνόντες τὴν A.C. 1342
ἐλπίδα τοῦ περιγενήσεσθαι, ἀνέστρεφον εἰς Θεσσαλονίκην, χαίροντες ὁμοῦ καὶ παιανίζοντες, ἀρκοῦσαν ἡγούμενοι τὴν νίκην, ὅτι τῆς Ῥωμαίων γῆς βασιλέα ἐξελάσαι ἠδυνήθησαν. 5ἐπεὶ δὲ οἱ βασιλέως ἀποστάντες ὤφθησαν Ἀποκαύκῳ τῷ μεγάλῳ δουκί, ὀλίγοις μὲν πολλὴν ἐπεδείκνυτο φιλοφροσύνην καὶ ἐν τοῖς μάλιστα τῶν φίλων ἦγε, τῶν δὲ ἄλλων τοὺς μὲν ἄκροις χείλεσι μόνον προσηγόρευε, τοῖς ἄλλοις δὲ προσεφέρετο εἰρωνικῶς· ἔστι δὲ οἷς καὶ ὠνείδιζε τὴν μετὰ B
10Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἀποστασίαν. δῆλος δὲ ἦν πᾶσιν ἐμπικραινόμενος καὶ κακῶς ποιήσων, ἂν λάβηταί τινος προφάσεως εὐλόγου.

μβ'. Πυθόμενος δὲ καὶ περὶ Ἐδεσσηνῶν, ὅτι ὑπὸ Τριβαλῶν πολιορκοῦνται χρόνον ἤδη συχνόν, τοὺς ἱππέας ὅσοι ἦσαν C
15ἅμα τοῖς στρατηγοῖς Παλαιολόγοις τοῖς δυσὶν ἐκέλευε συμπλέκεσθαι τοῖς Τριβαλοῖς καὶ τῆς πολιορκίας Ἐδεσσηνοὺς ἐλευθεροῦν. ἡ μὲν οὖν στρατιὰ κατὰ τὸ ἐπίταγμα ἦκον ὡς μαχούμενοι. Τριβαλοὶ δὲ μέχρι μὲν ἀκροβολισμῶν ἐνέμειναν τῷ στρατοπέδῳ, οἰόμενοι Ῥωμαίους οὐ δυνήσεσθαι αὐτοὺς
20τῆς πολιορκίας ἀναστήσειν. ὡς δὲ ἑώρων πλείους τε ὄντας καὶ προθύμους μάχεσθαι, δείσαντες, μὴ ὑπὸ φιλονεικίας ἀπόλωνται πλείοσιν ὁμοῦ καὶ βελτίοσι μαχόμενοι, συνταξάμενοι ἀνεχώρουν, τὸ στρατόπεδον καταλιπόντες, ὀλίγους στρατιώτας ἐν τοῖς ἀκροβολισμοῖς ἀποβαλόντες. Ῥωμαῖοι δὲ τὸ D

2. περιγενέσθαι M. mg.

pulsaturos, abiecta spe victoriae, Thessalonicam redierunt, gaudentes et paeana canentes, satisque magnam victoriam rati, quod Romano solo imperatorem expellere potuissent. Desertores imperatoris, ubi in conspectum Apocauchi venerunt, paucos comiter admodum accipit eosque in amicissimis habet; ex aliis nonnullos summo ore tenus salutat: cum quibusdam simulate agit: aliquibus etiam cum Cantacuzeno defectionem exprobrat: in omnes tamen exasperatum et vindicaturum, si occasionem idoneam nanciscerctur, planum erat.

42. Cum autem intellexisset, Edessenos a Triballis diu iam obsideri, equites quotquot erant, una cum binis ducibus Palaeologis, collato cum obsidentibus proelio, illos liberare iussit. Equitum turmae pro mandato adveniunt: Triballi usque dum iaculis peterentur, castris se continent, opinantes, non posse se a Romanis urbe summoveri. Verum ut perspexerunt, plures esse et pugnandi cupidos, metu incessente, ne pluribus ac strenuioribus pugnantes occumberent, castris relictis ac paucis suorum ictu sagittarum amissis, dicta salute recedunt. Romani castra, equis non paucis et alia praeda reperta, diripiunt. Liberatis ad hunc modum Edessenis,

A. C. 1342 στρατόπεδον ἐπόρθησαν τῶν πολεμίων, καὶ ἵππων τε ἐκράτησαν οὐκ ὀλίγων καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς τῆς στρατιᾶς. ἐλευθερώσαντες δὲ καὶ τῆς πολιορκίας τοὺς ἐν Ἐδέσσῃ, αὖθις ἀνεχώρουν εἰς Θεσσαλονίκην. ἐν ᾧ δὲ τὰ τοιαῦτα ἐτελεῖτο, καὶ τῶν νομάδων Τριβαλῶν τις περὶ Πρόσοικον οἰκῶν ἐν κώμῃ τοῦ Δαβὶδ προσαγορευομένῃ, Τζιμπάνος ὄνομα, τὰ περὶ Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα ἐν Γυναικοκάστρῳ συμβάντα πεπυσμένος, ἐπεὶ παρ' αὐτῷ οἱ πρέσβεις ἐξενίζοντο, οὓς πρότερον ἔπεμψε πρὸς Κράλην κελεύων ἐμμένειν ταῖς σπονδαῖς ταῖς πρὸς αὐτόν, οἳ Κωνσταντῖνός τε ἦσαν ὁ Παλαιολόγος, τὴν ἀξίαν πρωτοσεβαστὸς, καὶ Ἀρσένιος ὁ Τζαμπλάκων· περὶ τούτους δὴ ὁ Τζιμπάνος βαρβαρικῶς διατεθείς, καὶ ἵππων τῶν ἀγόντων ἐπιθυμήσας καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς οὔσης οὐκ ὀλίγης, ἅμα ἐκείνοις καὶ τέκνα καὶ γυναῖκα καὶ βοσκήματα, ἃ ἦν αὐτῷ περιουσία, παραλαβών, ἠυτομόλησε πρὸς μέγαν δοῦκα ἐν Θεσσαλονίκῃ καὶ τοὺς βασιλέως πρεσβευτὰς ὥσπερ τι δῶρον προσήγαγε δεσμώτας. ὁ δὲ ἄγαν ὑπερηδθείς, τὸν μὲν βάρβαρον ἠμείβετο φιλοτίμως, οἰκιῶν αὐτίκα καὶ κτήσεων μεγάλων, αἳ Τζαμπλάκωνι ἦσαν ἐν Θεσσαλονίκῃ, κύριον ἀποδείξας. εἰς τοὺς δεσμώτας δὲ πρότερον αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ πολλὰ ἐνυβρίσας καὶ πᾶσαν ἐπιδειξάμενος πικρίαν, πρωτοσεβαστὸν μὲν ἐκέλευεν εἰς δεσμωτήριον ἀπάγειν, Τζαμπλάκωνα δὲ τοῖς τριηράρχαις παρεδίδου, ὡς ἅμα τοῖς ναύταις ἀτάκτως ἐνυβρίσουσιν. οἱ δὲ ἐπὶ μίαν τῶν τριηρέων ἀναγαγόντες, καὶ τοῦ δήμου σχεδὸν τῶν Θεσ-

V. 394 P. 489 B

6. *Τζιπάνος* P. hic et infra.

Thessalonicam reditum est. Interea pecuarius quidam Triballus, iuxta Prosacum in vico Davidis nuncupato habitans, Zimpanus nomine, auditis, quae Cantacuzeno apud Gynaecocastrum contigissent, postquam ad se legati, quos ille ad Cralem foederis servandi miserat, diverterunt (erant autem Constantinus Palaeologus, honore protosebastus, et Arsenius Zamplaco,) barbarico in eos furore correptus, et eorum equos reliquumque apparatum non modicum sibi concupiscens, cum illis, item cum filiis, uxore et iumentis, quae erant eius divitiae, ad magnum ducem Thessalonicam transfugit, imperatoris legatos vinculis constrictos in muneris loco offert. Ea re vehementer exsultans Apocauchus barbarum honorifice donat, statimque aedium et possessionum, quas Thessalonicae Zamplaco amplas habebat, dominum constituit. Et cum in vinctos prius ipsemet multa per summam contumeliam evomuisset, protosebastum quidem in carcerem abduci praecepit, Zamplaconem trierarchis dedidit, ut ab iis et remigibus insolenter vexaretur. Quem in unam triremem abdu-

σαλονικέων παντὸς παρόντος, τὰ μοναχῶν, ὥσπερ εἴωθεν, A.C. 1342
ἠμφιεσμένον, ἐπέθηκαν τῇ κεφαλῇ πῖλόν τι, ὃ τοῖς πολλοῖς καὶ δημώδεσι τῶν Περσῶν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φορεῖν ἔθος, λαμπάδας τε ἡμμένας ἀμφοτέραις κατέχειν ἀναγκάζοντες ταῖς χερσὶν, ὄπισθεν μὲν ἐλάκτιζον ἐπὶ τὸν πρωκτόν· εἶτα παριόντες, ἔμπροσθεν ἠσπάζοντο, „οὗτος" ἐπιβοῶντες „ὁ πατριάρχης Καντακουζηνοῦ." μετὰ δὲ τὴν πολλὴν ἐκείνην ἐρεσχελίαν καὶ τὸν θρίαμβον τὸν ἄτιμον, ἐκέλευε καὶ αὐτὸν εἰς C
δεσμωτήριον ἀπάγειν. μετὰ δὲ τοῦτο τὰ ἐν Θεσσαλονίκῃ πράγματα ὡς ἂν αὐτῷ ἐδόκει ἄριστα, οἰκονομήσας καὶ πρὸς τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον πάντας παραθήξας, αὐτὸς μὲν ἐκ θαλάσσης, ἡ ἵππος δὲ ἐκ τῆς ἠπείρου εἰς Βυζάντιον ἀνέστρεφε. βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς μετὰ τὸ τὴν ἐκ Βυζαντίου καὶ Θεσσαλονίκης στρατιὰν αὐτοῦ ἀναχωρῆσαι πρὸς τὴν μάχην ἀπειποῦσαν, τὸ ἐπίλοιπον ὁδεύσας τῆς ἡμέρας, παρὰ τῶν Προσοίκου στενῶν τὴν εἰσβολὴν ηὐλίσατο τὴν νύκτα. ὁ δὲ Πρόσοικος οὗτος φρούριόν ἐστι καρτερώτατον ἐπὶ λόφου ἱδρυμένον, ὃ πάλαι μὲν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν διετέλει, κατὰ δὲ τὸν βασιλέων Ἀνδρονίκων πρὸς ἀλλήλους πόλεμον πρὸς τὸν ἄρχοντα τῶν Τριβαλῶν ὑπὸ τῶν D
κατεχόντων ἐκόντων παρεδόθη μίσει τῷ πρὸς τὸν νέον βασιλέα. τότε δὲ ὑπὸ Μιχαήλ τινος, τοῦ Τριβαλῶν ἄρχοντος παραδόντος, ἐκρατεῖτο. ὃς δὴ Μιχαὴλ, τῶν βασιλέως οἰκείων, ὡς ὕστερον αὐτὸς ἔφασκεν, ὧν, πρὸς

13. τὸ om. P.

cium, toto ferme Thessalonicensi populo spectante, monastica veste, ut consueverat, indutum, pileum Persicum vilem ac plebeium capiti eius imponentes, accensasque lampadas ambabus manibus tenere cogentes, retro calcibus eius sedem impetebant. Deinde praetereuntes, a fronte salutabant, sic acclamantes: en patriarcha Cantacuzeni. Sic approbe irrisum et turpiter triumphatum, similiter raptari in carcerem iussit. Posthaec rebus Thessalonicensibus pro arbitratu digestis omnibusque ad arma contra imperatorem instigatis, ipse mari, equitatus terra Byzantium se recepit. Cantacuzenus a Byzantino et Thessalonicensi subsidiis, pugnam recusantibus ac discedentibus, destitutus, reliquo diei iter agens, ad fauces angustiarum iuxta Prosiacum pernoctavit. Prosiacum autem sive Prosacum castellum est munitissimum, in colle situm, quod quondam in ditione Romanorum manebat, belloque Andronicorum odio iunioris Andronici a praesidiariis Triballorum principi ultro traditum fuerat, et per id tempus a quodam Michaële concessu principis possidebatur. Qui cum ex domesticis imperatoris esset, ut ipse postea narravit, ob nescio quam causam ad Cralem perfugerat. Tum

A. C. 1342 Κράλην αὐτομολήσειεν ἔκ τινος αἰτίας. τότε δὴ τὴν στρατιὰν ἰδὼν ἐστρατοπεδευμένην καὶ νομίσας ἐκ Ῥωμαίων οὖσαν ἐπὶ λείαν ἥκειν, πεζούς τε καὶ ἱππέας ὅσους μάλιστα ἠδύνατο ἀθροίσας, τῆς νυκτὸς προκατέλαβε τὰ στενὰ καὶ ἅμα πρωῒ παρεσκευάζετο πρὸς μάχην, ὡς τὴν δίοδον τῇ στρα-
τιᾷ οὐκ ἐπιτρέψων. βασιλεύς τε ὁμοίως, ἐπεὶ ἐκείνους εἶδε
P. 490 περὶ τὰ καρτερώτατα τοῦ χωρίου ἐγκαθιδρυμένους, τὴν στρατιὰν ἐκέλευεν ὁπλίζεσθαι ὡς βιασόμενος· πρὸς ἕτερόν τι γὰρ τρέπεσθαι βέλτιον οὐκ ἐνῆν. Μιχαὴλ δὲ τήν τε στρατιὰν ἐθέλων ὅθεν εἴη μαθεῖν καὶ τὸν ἄγοντα στρατηγὸν, πλησίον τε γενόμενος τοῦ στρατοπέδου καί τινας τῶν συνήθων καὶ φίλων πόῤῥωθεν ἰδὼν, ἐκάλει τε αὐτοὺς ὀνομαστὶ καὶ ἐπυνθάνετο περὶ τοῦ στρατηγοῦ. ἐκείνων δὲ ἀπαγγειλάντων, ὡς εἴη βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς, μηδὲν μελλήσας προσῄει τε αὐτίκα καὶ ἠσπάζετο τὸν πόδα. ἔπειτα καὶ ἑαυτὸν ἀνα-
γνωρίσας, συνήλγησέ τε πρὸς τὴν δυσπραγίαν βασιλεῖ καὶ περὶ τὰ ἄλλα προθυμότατον ἑαυτὸν παρέσχετο, χάριν τῷ
B ϑεῷ πολλὴν ὁμολογῶν, ὅτι πρὸς τοῦτο καιροῦ συντύχοι, ἐν ᾧ τὴν εὔνοιαν ἐξέσται τὴν πρὸς ἐκεῖνον φανερὰν ποιεῖν. τήν
V. 395 τε οὖν δίοδον εὐθὺς ἀπονητὶ παρείχετο καὶ ἐξένιζεν ἐκ τῶν ἐνόντων τὴν στρατιάν. τὴν μὲν οὖν ἡμέραν ἐκείνην ἐν Προσοίκῳ διετέλεσεν ὁ βασιλεὺς ξενιζόμενος ὑπὸ Μιχαὴλ, ἅμα δ' ἵνα καὶ ἡ στρατιὰ πορίζοιτο τὰ ἐπιτήδεια· ἦσαν γὰρ παντάπασι τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς. ἐς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἄρας

9. τρέπεσθαι γὰρ P.

vero exercitum castrametantem intuitus, et Romanos esse ac depopulationis ergo advenire ratus, pedestri et equestri quanta maxima potuit coacta manu, noctu angustias illas praeoccupavit, et prima luce ad eos transitu prohibendus accingebatur. Imperator, ubi ipsos regionis tutissima insidere conspexit, ut impressionem facturus, militem capere arma iussit: nihil enim melius dabatur. Ceterum Michael, et exercitum qui esset et ductorem nosse avens, propius ad castra ferens aditum nonnullosque ex familiaribus et amicis procul conspiciens, nominatim eos appellat et de duce percunctatur. Audit imperatorem Cantacuzenum esse: nec mora, illico accedit, pedem osculatus, se ipsum indicat, et infortunio eius dolens atque ad cetera promptissimus, Deo uberes agit gratias, cum hoc tempore sibi occurrat, quo suum animum erga illum omnibus testatum facere queat. Transitum igitur sine difficultate permittens, pro copia exercitum hospitio accipit: quo usus est eo die imperator etiam illa de causa, ut nimirum de commeatu suis prospiceretur, quo omnimodis egebant. Postridie discedens, Axio transmisso, iter Scopiam, et ipsam olim Romanis, nunc ab annis non paucis Triballorum di-

ἐκεῖθεν καὶ Ἄξιὸν διαβὰς τὸν ποταμὸν, τῆς ἐπὶ Σκοπιὰν A.C. 1342
πόλιν, καὶ αὐτὴν πάλαι μὲν Ῥωμαίων οὖσαν, ἔτεσι δὲ πολλοῖς πρότερον ὑπὸ Τριβαλῶν κατεχομένην, εἶχετο φερούσης. ἐπεὶ δὲ ἔδει παριέναι Βελεσσὸν πόλιν, καὶ αὐτὴν ταῖς ἄλλαις παραπλησίως ὑπὸ Τριβαλῶν κατεχομένην, ἀθρόον ὡρᾶτο στρατιὰ τὴν πέραν τοῦ ποταμοῦ γῆν διερχομένη. νομίσας δὲ ὁ βασιλεὺς ὅπερ ἦν, τὸν δυνατώτατον εἶναι τῶν Τριβαλῶν Λίβερον ὠνομασμένον, (ἐκεῖ γὰρ ἐπύθετο ἐκεῖνον διατρίβειν,) τῶν συνόντων ἐκέλευέ τινα διανηξάμενον ἔφιππον, (ἄπορος γὰρ ἦν ὁ ποταμὸς ἐκεῖ,) πρὸς ἐκεῖνον ἀφικέσθαι· προσαγορεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐκ βασιλέως, ἔπειτα καὶ γνώμην παρ' αὐτοῦ ζητεῖν, ἢ χρὴ διαθέσθαι τὰ κατ' αὐτοὺς, τοῦτον συνεσκευασμένα τὸν τρόπον, ὃν ἐγένετο. Λίβερος δὲ ἐπεὶ πύθοιτο τοὺς παρὰ βασιλέως λόγους, ἡδέως τε μάλιστα ἐδέξατο καὶ τῶν οἰκείων ἕνα ἅμα τῷ ἐκ βασιλέως ἥκοντι συναποστείλας, ἀντησπάζετό τε καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ ὁμοίου καὶ τὸν ποταμὸν ἐδεῖτο μικρὸν ἄνωθεν παριόντα, ἔνθα εὐχερῆ μάλιστα πρὸς πόρον παρέχεται αὐτὸν, αὐτῷ συγγενέσθαι διαβάντα ἄνευ πόνου· ἔπειτα καὶ ἅπερ οἴεται λυσιτελήσειν συμβουλεύσειν. καὶ πρότερον μὲν γὰρ φιλίως διακεῖσθαι πρὸς αὐτὸν, ἐξ ὅτου βασιλέως Ἀνδρονίκου τῷ Κράλῃ συγγενομένου καὶ αὐτὸς ὡμιληκὼς αὐτῷ οὐ μικρὰν ἔσχε φιλίας ἀφορμὴν τὴν συντυχίαν. νῦν δὲ δὴ μᾶλλον οὐ φίλος εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν δουλευόντων ἀκριβῶς εἶναι βούλεσθαι. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς κατὰ τὴν παραίνεσιν ἐκείνου μικρὸν ἀνωτέρω προελθὼν, τόν τε ποταμὸν διέβαινεν εὐ-

4. περιέναι P.

tioni subiectam, intendit. Blessum progressuri (quam urbem Triballi aeque ut ceteras occuparant) globum ingentem trans flumen praeterire conspiciunt. Coniectans autem imperator rem ipsam, esse scilicet Liberum, Triballorum potentissimum, (illic enim eum versari cognoverat,) de suis equitem tranare (vado enim transiri fluvius non poterat) eique verbis suis salutem dicere et simul exquirere iubet, quo pacto rebus suis ad hunc modum affectis succurrant. Liberus salutationem et petitionem imperatoris gratissimam habuit; deque domesticis suis unum cum internuntio remisit, cum resalutans et rogans, uti paulum ascenderet, ubi vadum esset, quo facillime superato, se conveniat, tum se utile consilium daturum. Nam cum et antea bene illi voluisse, a congressu videlicet Andronici cum Crale, (quo tempore et ipse multa cum Cantacuzeno collocutus, amicitiae fundamenta iecerit,) nunc non tantum amicum, sed et ministrum sedulum esse velle. Imperator ut erat monitus, paulo supra flumen expedite transit et cum Libero colloquium serit, a quo tam-

A.C. 1342 χερῶς καὶ Λιβέρῳ συνεμίγνυτο. ὁ δὲ οἷά τε δεσπότῃ προσεφέρετο τῷ βασιλεῖ καὶ πᾶσαν παρείχετο τιμήν· πρὸς τήν οἰκίαν τε ἀγαγὼν, ἐξένισεν ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις ἅμα πᾶ-
P. 491 σαν τὴν στρατιὰν μάλα φιλοτίμως. ἔπειτα συνεβούλευε βασιλέα μὲν ἐλθεῖν εἰς Σκοπιὰν κἀκεῖ τὴν ἐκ Κράλη ἀγγελίαν περιμένειν· αὐτὸν δὲ πρότερον ἐλθόντα πρὸς ἐκεῖνον πάσῃ χρήσασθαι σπουδῇ, ὥστε πεῖσαι τὴν βασιλέως ἄφιξιν ἡπίως δέξασθαι καὶ προσηνῶς. ὃ δὴ καὶ κατὰ
B τὴν ἐκείνου παραίνεσιν ἐτελεῖτο, καὶ βασιλεὺς μὲν ἀφίκετο εἰς Σκοπιάν.

μγ'. Λίβερος δὲ συντόνῳ χρησάμενος ὁδοιπορίᾳ ὀλίγῳ χρόνῳ περί τινα τόπον Μοράβαν ἐγχωρίως προσαγορευόμενον τῷ Κράλῃ συντυγχάνει Ἑλένην προπέμποντι τὴν γυναῖκα πρὸς τὸν βασιλέα Μυσῶν Ἀλέξανδρον, ὄντα ἀδελφὸν, ἀφικνουμένην. ἀπαγγείλας δὲ αὐτοῖς τὰ περὶ βασιλέα τὸν Καν-
τακουζηνὸν ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων εἰργασμένα, καὶ ὡς προδοσίᾳ τῶν ἑπομένων τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπελαθεὶς, ἀφίκοιτο παρ'
C αὐτοὺς, ἔπειθε φιλοφρόνως δέξασθαι καὶ μεγαλοπρεπῶς, ὡς τῆς εἰς ἐκεῖνον φιλοτιμίας πολλῆς ἐκείνοις τε καὶ παιδὶ καὶ πάσῃ τῇ Τριβαλῶν ἀρχῇ τὸν ἔπειτα πάντα χρόνον εὐδοξίας ἐσομένης ἀφορμῆς. οἱ δ' αὐτίκα τε ἐπείθοντο καὶ ἀνέστρεφον ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ὡς ἀφιξόμενοι πρὸς βασιλέα. πέμψαντες δὲ πρὸ αὐτῶν Μπογδάνον τὸν Λιβέρου ἀδελφὸν, ἠσπάζοντό τε βασιλέα καὶ ἐδήλουν, ὡς ὀλίγῳ ὕστερον ἀφιξόμενοι πρὸς ἐκεῖνον. ὁ δ' ἐπεὶ πύθοιτο Κράλης

23. πρὸς αὐτὸν M. mg.

quam dominus colitur omnique honore afficitur, et in toparchiam perductus, cum toto exercitu magnifico apparatu per triduum hospes retinetur. Deinde consulit, Scopiam pergat, ibi nuntium a Crale praestoletur: se prius eum conventurum daturumque enixissime operam, ut ab eo clementer ac placide excipiatur. Bene monenti paret imperator, Scopiam pervenit.

43. Liberus, properato itinere, brevi spatio Cralem loco quodam, Moraba ab indigenis nuncupato, Helenam uxorem ad fratrem eius Alexandrum, Moesorum regem, deducentem offendit: quibus narrat, quae Cantacuzenus imperator a civibus suis pertulerit: et quomodo suorum proditione Romano solo exactus, ad eorum opes confugiat, suadetque, uti eum humaniter et magnifice accipiant, quod in ipsum collata merita magnae illis illorumque liberis totique Triballorum genti aliquando gloriae futura sint. Obtinuit rem statim. Iamque iter relegebant, ad imperatorem profecturi: cui per Bogdanum, Liberi fratrem, salutationem mittunt et brevi se apud eum affuturos certiorem faciunt. Qui ut Cralem cum coniuge ad se ven-

ἅμα γυναιξὶ προφικνουμένους πρὸς αὐτὸν, ἀντησπάζετο μὲν A.C. 1342
καὶ αὐτὸς αὐτοὺς καὶ πολλὴν ὡμολόγει τῆς φιλίας χάριν.
ἀναστάς τε ἐκ Σκοπιᾶς, πρός τινα τόπον ἦλθε Ταὼ διὰ τὸ V. 396
κάλλος ὠνομασμένον, ἔνθα περὶ κώμην τινὰ ἀτείχιστον Πρί- D
στηνον προσαγορευομένην συνεμίγνυτο τῷ Κράλῃ ἀφιγμένῳ
ἅμα γυναιξί. οἱ δ' ἐδέξαντο μὲν βασιλέα μεθ' ὅσης ἂν εἴ-
ποις φιλοτιμίας καὶ σπουδῆς. οὐχ ἧττον δὲ καὶ αὐτοὶ διὰ
τὴν ἐκείνου ἄφιξιν συνήδοντό τε καὶ συνέχαιρον ἑαυτοῖς τι-
μῆς τε ἠξίουν μάλιστα πολλῆς. ἐν ἅπασι γὰρ αὐτὸν προ-
ἧγεν ἑαυτοῦ καὶ ὡς κρείττονι τῶν πρωτείων παρεχώρει. ἔν
τε γὰρ ταῖς ἀνακλίσεσι τὴν κρείττω καὶ ὑψηλοτέραν παρεί-
χετο καθέδραν καὶ ἐν ὁδοιπορίαις καὶ ἐν ἅπασι τοῖς ἄλλοις
προετίθει ἑαυτοῦ. ἔθους δὲ ἀρχαίου παρὰ Τριβαλοῖς κε-
κρατηκότος, ἐπειδάν τις τῶν εὐγενεστέρων καὶ μεγάλα δυνα-
μένων ἔλθῃ διὰ χρόνου πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῶν καὶ δέῃ
ποιεῖσθαι τὴν πρώτην προσαγόρευσιν, ἀμφοτέρους ἀποβαίνον- P. 492
τας τῶν ἵππων, πρῶτα μὲν τοῦ ἄρχοντος τὸ στῆθος τὸν
ὑποδεέστερον ἀσπάζεσθαι, ἔπειτα καὶ τὸ στόμα, καὶ μηκέτι
κατὰ δευτέραν συντυχίαν ἀποβαίνειν τὸν δουλεύοντα τοῦ ἵπ-
που, ἀλλ' ἔφιππον καὶ αὐτὸν προσαγορεύειν τὸν δεσπότην.
πρὸς μὲν ἐκεῖνον πάλιν τὰ εἰωθότα ἐτελεῖτο, βασιλεῖ δὲ κα-
τὰ τὸ Ῥωμαίων ἔθος ἐκέλευσε προσφέρεσθαι τοὺς Τριβα-
λούς· καὶ κατὰ πᾶσαν μὲν συντυχίαν τῶν ἵππων πάντας
ἀποβαίνειν, κατὰ δὲ τὴν πρώτην μάλιστα καὶ πόρρωθεν ἀ-
ποβάντας καὶ προσελθόντας πεζῇ οὕτως ἀσπάζεσθαι ἐπὶ γό-

turum didicit, eos resalutans, de amicitia gratias magnas agit, et Scopia recedens, ad locum Tao propter amoenitatem nominatum venit: ibi prope vicum muris carentem, Pristenum vocabulo, cum Crale et regina congreditur, atque ab iis, adventu eius laetantibus sibique gratulantibus, quanto maximo potuit honore ac studio excipitur et summa veneratione colitur. In omnibus enim Crales illum sibi praeponebat et ut praestantiori primas cedebat. Nam et in accubatione epulari ornatiorem et altiorem ei sellam dabat; et in incessu aliisque singulis eum sibi anteferebat. Inveterarat apud Triballos consuetudo, ut si quis nobilium ac potentum longo intervallo temporis ad principem veniret, ante primam salutationem ambo ab equis descenderent: et primum quidem inferior principis pectus, post eiusdem os sive labra deoscularetur: altero congressu minor non descenderet amplius, sed et ipse in equo dominum salutaret. Mos cum ipso quidem rursum servabatur: Triballos autem morem Romanum erga imperatorem tenere volebat, et quoties cum convenirent, omnes ab equis descendere et pedibus accedere et sic eius

A.C. 1342 νυ βασιλέα. καὶ τὸ δὴ θαυμαστότερον, ὅτι εἴ ποτε συνου-
B σιν ἀμφοτέροις ἐδέησέ τινα τῶν εὐγενεστέρων Τριβαλῶν προσ-
ελθεῖν, Κράλης μὲν κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐποίει καὶ ἀπέβαινε
τοῦ ἵππου πρὸς τὴν προσαγόρευσιν, βασιλεὺς δὲ μένων ἔφιπ-
πος, ἠσπάζετο τὸν προσιόντα. πρὸς δὲ τὴν οἰκίαν ἐκείνου
εἰσιόντα, (εἰσῄει δὲ ὁσημέραι σχεδόν· οὐ γὰρ εἶα μένειν
ἐπὶ τῆς σκηνῆς, πάσης ἡδίω διατριβῆς τὴν πρὸς ἐκεῖνον τι-
θέμενος ὁμιλίαν,) ἔξω μὲν τῆς πύλης τοὺς νέους τῶν εὐγε-
νεστέρων πεζῇ θέοντας ἐκέλευεν ὑπαντᾶν, ἔνδον δὲ τῆς αὐ-
λῆς τοὺς πρεσβυτέρους καὶ ἀξίαις ταῖς παρ' αὐτοῖς τετιμη-
μένους, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν πρῶτον μάλιστα τῶν οἴκων μετὰ
C τὴν αὐλὴν προσηγόρευεν ὑπαντᾶν, ἢ καὶ ἄχρι τοῦ τόπου
ἔνθα τοῦ ἵππου ἀπέβαινε προΐει. οὐχ ἧττω δὲ φιλοτιμίαν
καὶ ἡ τοῦ Κράλη γαμετὴ πρὸς βασιλέα ἐπεδείκνυτο, ἐν
πᾶσι μάλιστα ἐκείνου οὐδαμῶς ἀπολείπεσθαι φιλονεικοῦσα.
ταῦτα μὲν οὖν παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἐν ᾧ συνδιέτριβεν
αὐτοῖς ὁ βασιλεύς, ἐπράττετο. ἐν ἀρχαῖς δὲ τῆς ἐπιδημίας
μάλιστα ἐν ἡμέραις οὐκ ὀλίγαις πότοις καὶ φιλοτησίαις ὁ
τῶν Τριβαλῶν ἄρχων τὴν πρὸς βασιλέα εὔνοιαν ἐπιδειξάμε-
νος, ἔπειτα ἐπυνθάνετο, ὅτου χάριν ἀφίκοιτο πρὸς αὐτὸν
καὶ εἰ δέοιτο παρ' αὐτοῦ τινος. βασιλεὺς δὲ ἥκειν μὲν ἔ-
φασκε τῆς εἰς αὐτὸν φιλίας ἕνεκα. οὐ γὰρ ἂν εἴη τι βέλτιον
καὶ σωφρονέστερον ἀνθρώποις ὀρθοῖς χρωμένοις λογισμοῖς
D τοῦ βεβαίαν καὶ ἀληθῆ φιλίαν κτήσασθαι. ἔπειτα δὲ εἴγε

genu exosculari: quodque mirabilius est, si quando una equitarent oporteretque e Triballis quempiam nobiliorem accedere, Crales quidem pro recepto more faciens, ab equo ad salutationem illius descendebat, imperator autem de equo accedentem salutabat. Quoties porro regiam Cralis ingrederetur (et ingrediebatur paene quotidie: non enim manere in tentorio illum sinebat, quavis etiam iucunda occupatione illius collocutionem iucundiorem ducens,) extra portam adolescentulos nobiles honorarios ei iubebat obviam ire; in atrio autem seniores et qui honoribus fungebantur, ipse post atrium in aditu domus se obviam ferens salutabat: aut etiam ad locum, ubi ab equo descenderet, procedebat. Non minus cum Cralaena honorabat, enixe contendens, ne quid a marito vinceretur. Atque haec tamdiu fiebant, quamdiu apud eos imperator commorabatur. Cum autem primis ab adventu diebus iisque non paucis Triballorum princeps compotando et amice propinando suam erga illum propensionem satis declarasset, quaesivit tandem, qua gratia venisset, et quid ab se peteret. Respondit, amicitiae causa venisse, qua vera et constanti apud homines recte sentientes nihil sit praestabilius. Deinde, si modo velit et possit, cupere se eius auxiliis ad redi-

βούλοιτο καὶ δύναιτο καὶ βοηθείας παρ' αὐτοῦ τυχεῖν, ὥστ' A.C. 1342
ἐπανελθεῖν πρὸς τὴν οἰκείαν. οἴεσθαι δὲ μηδ' αὐτὸν ἀγνοεῖν τὰ αὐτῷ συμβεβηκότα ἐν ἐννέα μάλιστα μησὶν ἤδη τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις πολέμου κεκινημένου, ὅπως τε φθονηθείη παρὰ τῶν ὁμοφύλων μηδὲν ἠδικηκὼς, καὶ ὡς κινηθείη παρ' ἐκείνων πόλεμος ἀκήρυκτος, καὶ τὰ τελευταῖα ταῦτα δὴ, ὡς προδοθείη παρὰ τῶν συνόντων πρὸς τοὺς πολεμίους ἀποστάντων. εἰ δὲ μὴ βούλοιτο βοηθεῖν, ἀπαγορεύειν φανερῶς, ὥστ' αὐτὸν διασκεψάμενον, ὅ, τι ἂν δοκοίη βέλτιον αὐτῷ εἶναι καὶ τοῖς συνοῦσι πράττειν. μὴ θαυμάζειν δὲ, ὡς, εἴγε P. 493
δύναιτο βοηθεῖν, εἰρήκει. οὐ γὰρ ἀδυναμίαν αὐτοῦ κατε- V. 397
γνωκὼς τοιαῦτα φάναι, ἀλλ' εἰδὼς, ὡς πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ μὲν βούλησις ὁμοίως ἐπ' ἐξουσίᾳ κεῖται, τὸ δύνασθαι δὲ οὐκέτι. ἐνιότε γὰρ καὶ αὐτοὶ οἱ μεγάλα δοκοῦντες δύνασθαι ὑπό τινων κωλυμάτων τὴν τοῦ πράττειν, ἃ βούλονται, δύναμιν ἀποστεροῦνται, ἢ πολεμίων ἄλλων δυνατωτέρων ἐπικειμένων, ἢ αὐτοὶ ὁμόροις ἔθνεσί τισι μέλλοντες ἐπιστρατεύειν. διὰ τοῦτο φάναι τὸ εἰ δύναιτο· ὃ δίκαιον αὐτὸν μὴ θορυβεῖν, πολλῶν τοιούτων ἐν τῷ βίῳ συμβαινόντων. ἔφασκε δὲ ὕστερον, ἐξεπίτηδες τοιαῦτα πρὸς Κράλην εἰρηκέναι, ὡς, εἰ μὴ βούλοιτο βοηθεῖν, προφάσεως εὐπροσώπου παρὰ B
τῶν ἐκείνου λόγων εὐποροίη, ὥστε τὴν μὲν βοήθειαν ἀπαγορεύειν, μηκέτι δὲ καὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς αὐτόν. ἐδεδίει γὰρ, μὴ ἐκπολεμωθείη πρὸς αὐτὸν, εἰ μὴ βούλοιτο βοηθεῖν, νομίσας ἤδη διὰ τὴν ἀποτυχίαν τῆς ἐπικουρίας εἰς

tum in imperium suum adiuvari. Putare autem, nec ipsum latere, quae iam totis novem mensibus post bellum inter Romanos excitatum perpessus sit, quantoque odio apud gentem suam nulla culpa sua laboret: quomodoque bellum sibi fecerint nec indixerint: et qua ratione ad extremum a militibus suis ad hostes transeuntibus proditus sit. Si auxiliari nolit, aperte recuset, ut cum deliberarit, quid sibi suisque potius conducat, id agat. Non debere porro mirari, quod dixerit, si possit auxiliari; non enim quo eum imbecillitatis argueret, ita locutum: sed quia sciat, omnibus mortalibus ex aequo liberum esse velle; posse non item Interdum enim etiam qui videntur potentia excellere, quibusdam impedimentis potestate faciendi quae volunt, excluduntur, si aut hostes potentiores urgeant, aut quosdam finitimos populos armis appetituri sint; Ideirco dixisse, si possit, quod merito ipsum turbare non debeat, quando huiuscemodi multa in hominum vita usu veniant. Narrabat postea, scientem ac volentem sic locutum: ut, si opitulari nollet, suppetiarum desperandarum vel ex ipsius verbis honesta sibi facultas suppedita-

A.C. 1342 ὀργὴν ἐξάγεσθαι καὶ ἔχθραν. ὁ Κράλης δὲ „καλῶς ἐποίησας," εἴρηκεν „ὦ βασιλεῦ, τὸν λόγον διασαφήσας· ὑπέθραττε γὰρ οὐκ ὀλίγον καὶ ἐθορύβει τὴν διάνοιαν, ὡς ἀγνοῶν τὴν ἐμοὶ παροῦσαν δύναμιν οἰόμενον τοιαῦτα λέγεις. ἐπειδὴ δὲ τῶν τοιούτων ἀπήλλαξας ὑπονοιῶν, ἤδη σοι τὴν γνώμην καὶ αὐτὸς ποιήσω φανερὰν, ὡς δύναμίν τε ἔχω μάλιστα ἀρκοῦ-
C σαν πρὸς τοὺς πολεμοῦντάς σοι, καὶ ἡδέως ἂν ἐπικουροίην, εἴγε βούλει καὶ αὐτός." ἀποκριναμένου δὲ τοῦ βασιλέως, ὡς τῆς μὲν φιλίας ἕνεκα καὶ τῆς προθυμίας τῆς περὶ αὐτὸν πολλὰς ἂν εἰδείη χάριτας, ἀγνοοίη δὲ πρὸς ὅ, τι φέρει τὸ εἰ βούλοιτο καὶ αὐτός· μισθὸν τῆς συμμαχίας ὁ Κράλης τὰς ἀπὸ Χριστουπόλεως πρὸς τὴν ἑσπέραν ἁπάσας πόλεις Ῥωμαίοις ὑπηκόους ἤτει, εἰ δὲ τοῦτο ἐπαχθὲς δοκοίη, τὰς γοῦν ἀπὸ Θεσσαλονίκης. οὐ γὰρ ἐπ' οὐδενὶ κέρδει χρήματά τε ἀναλώσουσι πρὸς τὸν πόλεμον ὑπὲρ αὐτοῦ τοσαῦτα καὶ διακινδυνεύσουσι πρὸς πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, οἷς οὐδ' ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ποτε ἐτόλμησαν πόλεμον ἄρασθαι τοσοῦτον, ὥστε πρὸς Θρᾴκην ἢ καὶ περαιτέρω προελθεῖν. οἴεσθαι δὲ ἄριστά τε καὶ λυσιτελέστατα αὐτῷ βου-
D λεύεσθαι. εἰ γὰρ ὧν οὐκ ἔστι κύριος ἀποσχόμενος, οὐχ ἑαυτῷ καὶ τοῖς συνοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ παισὶ μεγάλην ὠφέλειαν περίσαιτο, καὶ προσέτι τοὺς πολεμιωτάτους διαφθείρας, τῶν ἐπιλοίπων πόλεων κύριος καταστείη, ἀγαπᾶν προσ-

10. ἀγνοίη P. 16. διακινδυνεύσωσι P.

ret, non etiam amicitiae: metuebat siquidem, ne hostile in se odium susciperet, si adiuvare nollet, ratus, Cantacuzenum spe auxilii lapsum, iratum sibi et inimicum esse. Crales vero, Bene factum, inquit, cum verbum tuum exposuisti: haud enim modice terrebar ac perturbabar, cum existimarem te ignorantem, quantum possem, ita loqui. Et quia talem mihi suspicionem ademisti, ego nunc te vicissim sensum meum non celabo. Virium adversus hostes tuos habeo plus satis, teque, si ipse vis, adiuvabo libenter. Subiiciente imperatore, se amicitiae et promptae voluntatis ergo magnam illi habere gratiam; nescire autem, quid illud sibi velit, si ipse vis; Crales praemium societatis omnes Romanorum urbes a Christopoli usque in occidentem poscit. Si hoc nimium et intolerabile videatur, certe quidem a Thessalonica. Non enim pecuniam tam grandem in bellum pro ipso nulla spe lucri impensuros, totique imperio Romano cum discrimine se opposituros, qui nec pro se ipsis unquam ad Thraciam aut ultra armati procedere ausi fuerint. Et arbitrari optimum atque utilissimum hoc esse consilium. Si enim illis urbibus, quarum dominus non sit, dimissis, non sibi et exercitui solum, sed et liberis magnum emolumentum comparare et in-

ἦκον καὶ μὴ πέρα τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ μετρίου φιλονεικεῖν. A.C. 1342
ὁ βασιλεὺς δὲ „ὀρθῶς" εἶπε „περὶ τοῦ κέρδους τῆς συμμαχίας καὶ τῶν πόνων καὶ τῶν πρὸς τὸν πόλεμον ἀναλωμάτων ἐλογίσω. οὐδεὶς γὰρ εὖ φρονῶν, εἰ μή τινα πρότερον ἐκ τῶν πραττομένων ὠφέλειαν συνορᾷη, κόπτεσθαι καὶ ταλαιπωρεῖν ἕλοιτ' ἂν ἑκών. σὺ δ' εἰ μὲν οὐδεμίαν ἐμοὶ βούλει χάριν καταθεῖναι, λόγον ἂν ἔχοι μισθὸν τῆς συμμαχίας ἀπαιτεῖν, ὃν εἰ παράσχωμαι αὐτὸς, οὐδεμίαν εἴσομαί σοι P. 494
τῆς ἐπικουρίας χάριν. οὐδὲ γὰρ ὁ ἀργυρίῳ τι παρά του ὠνούμενος χάριν ἂν εἰδείη τῷ πιπράσκοντι τοῦ παρασχέσθαι. εἰ δὲ φιλίας μόνης ἕνεκα καὶ τῆς πρεπούσης δυνάστῃ φιλοτιμίας ἕλοιο προῖκα βοηθεῖν, πρῶτον μὲν τὰ προσήκοντα βουλεύσῃ περὶ σεαυτοῦ, οὐ μισθοῦ ἕνεκα, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ καὶ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ φιλίας καὶ φιλοτιμίας στρατευόμενος· ἔπειτα καὶ ὧν ζητεῖς ἐξέσται πλείω ἔχειν μετὰ πολλοῦ τοῦ περιόντος. εἰ γὰρ ἐμὲ, τὸν ἄρξοντα Ῥωμαίων, γνήσιον κτήσῃ φίλον, οὐ τῶν ἐκ Χριστουπόλεως μόνον καὶ Θεσσαλονίκης ἄχρι τῆς σῆς ἡγεμονίας B
ὅρων πόλεων, ἀλλὰ καὶ νήσων καὶ Βυζαντίου καὶ τῆς ἄλλης Θρᾴκης ἔχειν ἐξέσται τὴν ἀρχήν· κοινὰ γὰρ οἱ σοφοί φασι τὰ φίλων· καὶ συμβήσεταί σοι μετὰ τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων φιλοτιμίας καὶ μείζω καὶ θαυμασιωτέραν τὴν ὠφέλειαν κυρποῦσθαι. εἰ μὲν οὖν ἐμοὶ πειθόμενος καὶ πᾶσαν ὑπερ- V. 398

8. παράσχομαι P. et M. 10. παρέχεσθαι P.

super infensissimis hostibus suis perditis, reliquarum potens evadere queat, contentum hoc esse debere, nec ultra, quam opportunum est et mediocritas postulat, laborare. Recte, inquit imperator, de lucro ex societate et opera et sumptibus in bellum ratiocinaris. Nemo quippe cordatus, nisi prius commodum aliquod e faciendis eluxerit, non gravate defatigari et aerumnas perpeti velit. Tu vero si mihi gratificari non vis, non iniuria opis tuae mercedem postules; quam si dem, nullam tibi meriti gratiam debuero. Nec enim qui argento quippiam ab aliquo emerit, venditori gratias agit. Sin ob solam amicitiam et, ut magno principi pulchrum est, honoris studio gratis mihi opitulabere, primum quidem de te ipso, ut decet, merebere: qui non quaestus, ut ignobile vulgus, sed amicitiae et gloriae causa milites: deinde multo plura, quam desideras, habere licebit. Si enim me, Romanorum principem, germanum amicum habueris, non solum urbium a Christopoli et Thessalonica usque ad fines tuos, sed et insularum et Byzantii et reliquae Thraciae imperium habere poteris, quandoquidem amicorum, ut aiunt sapientes, omnia sunt communia: ac praeter factorum decus maior atque insignior utilitatis fructus ad te confluet. Si itaque, missa cupiditate hac illi-

A.C. 1342 ιδὼν μικρολογίαν, προῖκα βοηθήσεις, σαυτῷ τε καὶ ἡμῖν προσήκοντα βουλεύσῃ. εἰ δ' ἄρα οὕτως ἔγνωκας, ὡς οὐδενί τῳ τρόπῳ ἑτέρῳ βοηθήσων, εἰ μή σοι καταπροδοίημεν τὰς Ῥωμαίων πόλεις, ἀλλ' ἡμῖν γε φράσον φανερῶς, ὡς ἂν πρὸς ἕτερόν τι τῶν λυσιτελεῖν τρεπώμεθα δο-5
C κούντων, θεοῦ συναιρομένου. ἴσθι γὰρ, ἴσθι σαφῶς, ὡς οὐ πολλὰς καὶ θαυμασίας, ὥσπερ εἴρηκας αὐτὸς, ἀλλ' οὐδεμίαν καὶ τὴν φαυλοτάτην ἐκόντες ὄντες προησόμεθα, οὐδ' ἀλλαξαίμην ἄν ἡδέως αὐτῆς τὴν σφετέραν καὶ τῶν παίδων σωτηρίαν. 10

D μδ'. Ὁ μὲν οὖν Κράλης ἐξεπέπληκτο μὲν τὴν τόλμαν τοῦ φρονήματος καὶ τὴν καρτερίαν τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς· ἤχθετο δὲ οὐκ ἀνεκτῶς, ὅτι μὴ πείθειν εἶχεν. Ἑλένη δὲ ἡ γαμετὴ παροῦσα καὶ τῆς διανοίας τοῦ ἀνδρὸς καταστοχαζομένη, ὡς βαρέως φέροι τὴν περὶ τῶν πόλεων ἀπαγόρευσιν τοῦ βασι-15 λέως, μεταστήσασα τὸν ἄνδρα καὶ τοὺς ἐν τέλει καὶ μεγάλα δυναμένους παρ' αὐτοῖς προσπεμψαμένη τέσσαρας ὄντας πρὸς τοῖς εἴκοσιν, „ὡς μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν," εἶπεν „ἀφιγμένον πρὸς ἡμᾶς τὸν Ῥωμαίων βασιλέα εὖ ποιεῖν ἢ τὸ ἐναντίον, οὐδεὶς δήπουθεν ἀντερεῖ. σκεπτέον δὲ, ὁποτέρῳ 20 προσθεμένους, νοῦν ἔχοντα καὶ λυσιτελοῦντα δόξομεν ἑλέσθαι ἑαυτοῖς. εἰ μὲν οὖν ἑλοίμεθα κακῶς ποιεῖν, ἢ ἀποκτενοῦμεν
P. 495 πάντως, ἢ κεναῖς ἀποπέμψομεν, ὅ φασι, χερσὶ, μηδεμιᾶς

berali, me audies, ut gratuito mihi succurras, quod te et nobis dignum est, praestabis. Sin id facere nulla alia conditione statuisti, nisi Romanorum civitates tibi prodiderimus, aperte edicito, ut, Deo nos adiuvante, aliam et commodam rationem ineamus. Plane enim scias velim, nos non multas et nobiles, quas dixisti, verum nullam, quamvis abiectissimam, volentes tradituros, et cum salute illius libenter nostram et filiorum salutem commutaturos.

44. Crales ad spiritus tam excelsos tantumque in adversa fortuna robur obstupescere et dolere mirifice, quod nihil impetrasset. Helena autem coniux praesens et cogitationes viri coniectans, nempe urbes sibi ab imperatore negatas aegre ferre, cum de sententia deductura, accersitis quatuor et viginti totius provinciae potentissimis proceribus, sic eos affatur. In nostro situm esse arbitrio, praesenti Romanorum imperatori aut bene facere aut male, nemo utique inficiabitur. Videndum tamen, utram partem amplexi, prudentiam et utilitatem secuti videamur. Si igitur malefacere voluerimus, aut omnino eum occidemus, aut vacuis, ut aiunt, manibus dimittemus, nulla cura aut ope dignati videlicet. Quod ad caedem attinet, nescio num quis adeo crudeli et efferata natura sit, ut hanc ipsam

προνοίας ἢ ἐπικουρίας ἀξιώσαντες. τὸ μὲν οὖν ἀποκτείνειν, A. C. 1342
οὐκ οἶδα εἴ τις εἰς τοσοῦτον ἀπανθρωπίας ἥκει καὶ ὠμότητος, ὡς αὐτός τε ἑλέσθαι καὶ τοῖς ἄλλοις συμβουλεῦσαι. πρὸς γὰρ τῷ θεῷ ἐχθίστην εἶναι τὴν τοιαύτην τόλμαν, καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις σαφῆ παρέχεται κακίας καὶ μοχθηρίας ἀπόδειξιν ὑπερβολῆς. τὸ γὰρ νῦν τε ὄντα Ῥωμαίων βασιλέα καὶ πρὶν εἰς τοῦτο ἥκειν σχήματος πολλοῖς πρότερον χρόνοις ὁμοίως ἄρχοντα, καὶ παρὰ πάντων καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἀγαπώμενον καὶ περισπούδαστον ὄντα διὰ τὴν προσοῦσαν ἐπιείκειαν καὶ σύνεσιν καὶ φιλοτιμίαν ἐν πᾶσιν B
ἀγαθοῖς, νῦν ἥκοντα παρ' ἡμᾶς διὰ πραγμάτων μεταβολήν, πρὸς τῷ μὴ προστῆναι καὶ ἀνήκεστα διαθεῖναι οὐκ ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσεβείας ἔγκλημα ἡμῖν δικαίως περιάψαι. οὗ δὴ ἕνεκα τῶν τοιούτων αὐτή τε ἔγνωκα καὶ ὑμῖν ἀποσχέσθαι παραινῶ. τὸ δ' ἀποπέμπειν ἄπρακτον ἀβουλίας ἄν τις τιθείη λογιζόμενος ὀρθῶς. οὐ γὰρ μόνον ἀγνοίας περὶ τὰ καλὰ καὶ ἀφιλοτιμίας δικαίως ἂν ἁλοίημεν παρὰ τοῖς κρίνειν τὰ τοιαῦτα δεινοῖς, ὅτι ὃν ἐπεθύμουν πολλοὶ τῶν δυναστῶν καὶ πολλὰ ἐπραγματεύοντο C
φίλον ἔχειν, τοῦτον ἔχοντες αὐτοὶ καὶ δυνάμενοι τῶν ἄλλων μᾶλλον τὴν παρ' αὐτοῦ φιλίαν καρποῦσθαι, ἑκόντες ὄντες προηκάμεθα δι' ἀγροικίαν. ἀλλ' εἴ ποτε συμβαίη καὶ Ῥω- V. 399
μαίων ἄρξαι, μεμνημένος, ὡς οὐδεμιᾶς ἐπικουρίας τύχοι παρ'

velle et aliis suadere possit. Nam ut taceam, tale scelus apud Deum esse odiosissimum, apud homines quoque universos certum incredibilis malitiae et improbitatis argumentum est. Etenim cum qui nunc Romanorum imperator est, et priusquam insignia accepit, diu imperatoris munus gessit; et omnibus tum Graecis, tum barbaris carum et propter eam, qua praeditus est, lenitatem, prudentiam et omnis honestatis studium certatim expetendum, et nunc ad nos rebus labefactatis confugientem, non tantum non tueri ac tegere, sed etiam importunissime violare, non crudelitatis solum et immanitatis, sed impietatis quoque in crimine nos iure posuerit. Quare scelus huiusmodi et ipsa fugere statui et ut vos aeque fugiatis, moneo. Re autem infecta eum dimittere, id bonus rerum aestimator amentiae adscripserit. Non enim solum ut honesti ignorantes et ab omni cogitatione laudis aversi a peritis iudicibus merito redarguemur, si, cuius amicitiam multi principes solicite et laboriose quaesiverunt, hunc ipsi nobiscum habentes, cum possemus ante alios eius amicitiam consequi, ex quadam rusticitate volentes deseruerimus. Atqui si quando cum Romanis iura dare contigerit, memor, se nullum hinc auxilium abstulisse, sed quantum in nobis fuit, etiam hostibus suis obiectum, (perinde enim est, nunc ipsum

A.C. 1342 ἡμῶν, ἀλλὰ τόγε εἰς ἡμᾶς ἦκον, καὶ τοῖς πολεμίοις καταπροδοθείη, (οὐδὲ γὰρ ἧττον τούτου νυνὶ τὸ ἀποπέμψαι δύναται,) ἀμυνεῖται δικαίως καὶ κακῶς ποιήσει τὰ ἡμέτερα, ἄλλων τε πολλῶν προφάσεων εὐπορήσας ἂν καὶ τὴν νῦν προδοσίαν ἐπικαλῶν. δι' ἃ οὐδὲ ἀποπέμπειν ἄπρακτον οἶ-
5 ομαι λυσιτελεῖν. λείπεται δὴ βοηθεῖν, ἢ παραχωρήσαντι τῶν πόλεων, ὧν αἰτοῦμεν, ἢ προῖκα καὶ διὰ φιλοτιμίαν. τὸ
D μὲν οὖν τῶν πόλεων παραχωρεῖν αὐτὸν ἐμοὶ μὲν ἥδιστον καὶ μάλιστα βουλοίμην ἄν· ἐκεῖνος δὲ, ὡς ὁρῶμεν, τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ διὰ τὴν παροῦσαν δυσπραγίαν κατεπτηχέναι
10 καὶ ταπεινὰ καὶ ἀνελεύθερα φρονεῖν, ὥσθ' ἡδέως ἄν, ὥσπερ ἔφη, τῆς αὐτοῦ· καὶ παίδων καὶ πάντων τῶν συνόντων σωτηρίας τῆς μιᾶς καὶ φαυλοτάτης πόλεως ἀλλάξαιτο. ὅτε τοίνυν οὕτως ἔχει καὶ ἐλευθέρῳ πρέποντα ἀνδρὶ καὶ βασιλεῖ προσήκοντα ἀπεφήνατο, βέλτιον ἐμοί τε ἔδοξε καὶ ὑμῖν πᾶσι παραινῶ,
15 ἢ ἐκεῖνος ἀξιοῖ ποιεῖν καὶ, πᾶσαν μικρολογίαν καὶ ἀνε-
P. 496 λευθερίαν ἀποῤῥίψαντας, πάσῃ δυνάμει βοηθεῖν, καὶ τὴν Ῥωμαίων αὐτῷ ἡγεμονίαν κατακτᾶσθαι, οὐ μικρὰν ὠφέλειαν ἡγουμένους τὴν παρὰ πάντων ἡμῖν εὔκλειαν ἐσομένην καὶ τὸ φίλον κτήσασθαι καὶ σύμμαχον τοιοῦτον, ὃν πολλοὶ μὲν ἐπι-
20 θυμοῦσι, τυγχάνουσι δὲ οὐδὲ ὀλίγοι, καὶ ὃν οἱ ἔχοντες αὐτοὶ, ἀγνοήσαντες καὶ τὰ χείριστα καὶ ἀλυσιτελέστατα βουλευσάμενοι ἑαυτοῖς, ἀπεώσαντο ἑκόντες. τοῦτο δὲ μόνον παρ' αὐτοῦ

13. τὴν P.

inanem dimittere atque hostibus prodere,) non iniuria se ulciscetur et nobis malum dabit, cum ad alias causas non paucas haec etiam proditionis accesserit. Quocirca si rei nostrae consultum cupimus, inanem dimittendum non puto. Relinquitur ergo, adiuvandum aut cedentem urbibus, quas petimus, aut gratuito certe, ut istuc nobis honori sit. Si oppidis cederet, id mihi iucundissimum atque optatissimum foret. At ille, quod videmus, tantum abest, ut praesenti calamitate consternatus, humile quippiam abiectumque cogitet, ut libenter, quemadmodum professus est, etiam filiorum et qui cum eo sunt omnium salutem cum uno et ignobilissimo oppidulo commutaverit. Quando igitur res ita se habet, et ille homini ingenuo atque imperatori decora affirmavit, praestare mihi visum est et ad idem vos omnes adhortor, ut quae vult, ei concedamus, omnique illiberali et sordida cupiditate posita, ad Romanum principatum acquirendum totis viribus ei studeamus, non exiguum fructum arbitrati, quam apud omnes gloriam adipiscemur, cum talem amicum nobis sociumque paraverimus, qualem multi exoptantes, pauci inveniunt, et qualem qui habebant, nescientes qualem haberent, rationibus suis longe pessime consulentes, ultro repulerunt. Hoc so-

αἰτεῖν ὅρκοις βεβαιοῦσθαι, ὥστε σύμμαχόν τε καὶ φίλον διὰ A.C. 1342
βίου ἡμῖν εἶναι καὶ, ἃς ἔχομεν νυνὶ πόλεις αὐτοί τε καὶ πατέρες οἱ ἡμέτεροι τῆς Ῥωμαίων ἀφελόμενοι ἡγεμονίας, μηδεμίαν ἀπαιτεῖν, ὅταν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καταστῇ, μηδὲ πόλεμον ξυνεῖν περὶ αὐτῶν ἐπιχειροῦντα ἀφελέσθαι. ᾧ καὶ αὐτὸν οἴο- B
μαι συνθήσεσθαι ῥᾳδίως, δίκαιόν τε ὂν ὁμοῦ καὶ μηδ' αὐτῷ τινα αἰτίαν ἐπιφέρον, ὡς καταπροδιδοίη τὰ Ῥωμαίων." Ἑλένη μὲν οὖν ἡ Κράλη γαμετὴ τοιαῦτα συνεβούλευεν ἐπ' ἐκκλησίας. τοῦ δὲ ἀνδρὸς μετὰ τὸ παύσασθαι ἐκείνην λέγουσαν τοῖς ἐν τέλει τὴν βουλὴν προτιθεμένου, καὶ εἴ τίς τι βέλτιον ἔχει κελεύοντος τοῖς εἰρημένοις προστιθέναι, Λίβερος ὁ πρώτως βασιλεῖ συντυχὼν, τῶν ἄλλων τῶν ἐν τέλει μάλιστα ὢν ὃ δυνατώτατος καὶ φιλίως ἄγαν διακείμενος πρὸς βασιλέα, „ἀλλ' εἰ μὲν ἀτελῆ τινα" εἶπεν „ἢ πρὸς εὐδοξίαν C
ὀλίγα συντείνοντα τῇ Τριβαλῶν ἀρχῇ ἡ σὴ γαμετὴ Κράλαινα ἐφθέγξατο, εἶχεν ἄν τις προστιθέναι τὰ ἐνδέοντα. νῦν δ' εἰς τοσοῦτον ἥκει καὶ φρονήσεως καὶ εὐβουλίας, ὡς μήτε τὸν ἄγαν συνετώτατον δοκοῦντα εἶναι, μήτε τὸν εὐνούστατον ἡμῖν βελτίω καὶ λυσιτελέστερα δυνήσεσθαί ποτε βουλεύσεσθαι. ὅθεν αὐτός τε πέπεισμαι καὶ σοὶ παραινῶ, μηδὲν περαιτέρω πολυπραγμονεῖν, ἀλλ' εὐδοξίας πρόφασιν λογισάμενον ἡμῖν εἶναι τὴν βασιλέως ἐνθάδε ἄφιξιν, προθύμως βοηθεῖν." τοιαῦτα μὲν καὶ Λίβερος εἶπεν ὡς ἐν βραχεῖ. οἱ δ' ἄλλοι πάντες οὐδὲν προσέθεντο τοῖς εἰρημένοις, ἀλλ' ὡς καλῶς

11. τὸ ante *βέλτιον* add. P. 19. *ὑμῖν* P.

lum ab eo petendum, ut se in omni vita amicum et socium nobis fore, et quas nunc urbes sive per nos, sive per patres nostros a Romanorum principatu divulsas tenemus, earum nullam repetiturum, quando in imperium venerit, nec bellum ea gratia moturum, sacramento confirmet. Quam conditionem, ut iustam, nec quasi idcirco rem publicam Romanam prodat, maculae futuram, non illibenter accepturum confido. Talis fuit Helenae Cralaenae in conventu sententia. Quae ut conticuit, et maritus principibus dicendi copiam fecit addendique, si cui melius aliquid in mentem veniret, Liberus, procerum longe potentissimus, qui primus imperatori occurrerat eumque unice diligebat: Si Cralaena uxor tua, inquit, non satis aut ad gloriam principatus Triballici parum pertinentia profata esset, liceret cuipiam quod deesset supplere. Nunc tanta inest in eius oratione intelligentia et consilii bonitas, ut nec multo intelligentissimus meliora, nec benevolentissimus utiliora nobis suadere possit. Quare et ego idem cum ea sentio teque hortor, uti amplius ne labores, sed hunc imperatoris ad nos adventum clarissimi nominis materiam ducentes, alacriter ei succurramus. Haec

A.C. 1342 ἔχουσιν ἐπεψηφίζοντο. Κράλης δὲ καὶ αὐτὸς πολλὰς ὡμολό-
D γει χάριτας τῇ γυναικὶ, ὅτι προσήκοντά τε αὐτῷ, ἀρχὴν με-
γάλην περιβεβλημένῳ, καὶ πολλὴν οἴσοντα τὴν εὔκλειαν καὶ
ἐβουλεύσατο καὶ ἔπεισε, καὶ τὴν βουλὴν ἐκύρου καὶ αὐτός.
ἐν ὅσῳ δὲ τοιαῦτα Κράλης τε καὶ ἡ γυνὴ καὶ οἱ ἐν τέλει
περὶ βασιλέως ἐβουλεύοντο, ὅσοι Ῥωμαίων βασιλεῖ παρῆσαν
V. 400 συνεπόμενοι, δείσαντες, μὴ διὰ τὴν ἐκείνου ἔνστασιν ὑπὸ
Τριβαλῶν τι περὶ αὐτοὺς κακουργηθῇ, προσελθόντες ἐδέοντο
βασιλέως, προσήκοντα τῷ καιρῷ ποιεῖν καὶ μὴ σφόδρα ὑ-
πὲρ τῶν μὴ λίαν ἐνίστασθαι προσηκόντων, ἀλλὰ πρὸς τὴν
ἀξίωσιν ἐνδοῦναι τοῖς βαρβάροις, μὴ διὰ ταῦτα ἐξαχθέντες
πρὸς ὀργὴν ἀνήκεστα διάθωνται αὐτοὺς κακά. ὁ δὲ αὐτοῖς
θριμὺ καὶ βλοσυρὸν ἐνιδὼν ἀφίστασθαι ἐκέλευε καὶ μὴ
P. 497 τοιαῦτα συμβουλεύειν, ἃ πολλὴν ζῶντί τε οἴσει τὴν ἀδο-
ξίαν καὶ μετὰ τελευτήν. οὐ γὰρ ἂν καταπροδοίη τὴν ἀρ-
χὴν Ῥωμαίων, οὐδὲ βαρβάροις ἀνθρώποις ἑκὼν εἶναι ἐγχει-
ρίσαι, εἰ καὶ μείζοσι πολλῷ καὶ δεινοτέροις περιέχοιτο
κακοῖς. ἀλλ' οὕτω περὶ αὐτῆς ἐνστήσεται καὶ τὸ δίκαιον
αὐτῇ φυλάξει, ὥσπερ ἂν εἰ αὐτοκράτωρ ὢν αὐτῆς καὶ
πᾶσαν ὑφ' ἑαυτῷ πεποιημένος, πρὸς Τριβαλοὺς ἢ Μυσοὺς
ἤ τινας τῶν δμόρων βαρβάρων διαλέγοιτο περὶ σπονδῶν.
οἱ μὲν οὖν αὐτίκα πρὸς τὸ αὐστηρὸν τῆς ἀποκρίσεως ἐνδόν-
τες, ὑπεχώρουν.

12. ἐργάσωνται M. mg. pro διάθωνται.

breviter Liberus, quae cuncti, nihil adiicientes, ut ex vero dicta approbarunt. Crales quoque coniugi gratias agere, quod sibi, ut magno principi, gloriosissima et excogitasset et suasisset, consilium-que etiam ipse ratum habuit. At enim Crale, uxore et dynastis hunc in modum de imperatore consultantibus, quotquot cum eo Romani advenerant, anxii, ne propter illius in recusando constantiam a Triballis malo mactarentur, adeuntes rogabant, ut tempori serviret et quae tanti momenti non essent, ea ne tam praefracte abnueret, postulataque barbarorum expleret: ne alioqui ira succensi, in eos acerbe saevirent. Ille torvum ac truculentum intuitus, facessere cum istoc consilio iubet, quod vivo mortuoque magnum dedecus turpitudinemque afferret. Nolle enim imperium Romanum prodere, nec barbaris hominibus ultro in manus dare, quamvis longe maioribus ac dirioribus malis premeretur; verum ita pro eo pugnaturum et eius iura custoditurum, velut si eo toto sibi subiecto, ipse plenam ac summam statuendi auctoritatem habens, cum Triballis, Moesis aut aliis vicinorum barbarorum de foedere ageret. Illi severitate responsionis percussi, statim se subduxerunt.

μέ. Ὁ Κράλης δὲ ἐκ τῆς βουλῆς πρὸς βασιλέα ἐπα- A.C. 1342
νήκων „νενίκηκας" εἶπεν ὑπομειδιῶν „ὦ βασιλεῦ, καὶ πάντας B
ἔπεισας, πολλῶν χρημάτων καὶ πόλεων μεγάλων τὴν σὴν ἡ-
γεῖσθαι φιλίαν προτιμοτέραν. ὅθεν καὶ πάντας τοῖς τῆς σῆς
φιλίας δήσας ἀπήγαγες δεσμοῖς, καὶ πάντες ὥσπερ ἔξ ἑνὸς C
συνθήματος καὶ χρήματα ἀναλοῦν καὶ πάντα πόνον ὑπὲρ
σοῦ προθύμως εἰλόμεθα ὑφίστασθαι. τοιγαροῦν σὲ μὲν χρε-
ὼν τὰ κατὰ γνώμην ἐπιτάττειν, ἡμᾶς δὲ τὰ ἐπιτεταγμένα
πράττειν πάσῃ προθυμίᾳ καὶ σπουδῇ." ἠξίου τε, ὥσπερ ἐβου-
λεύσατο μετὰ γυναικὸς καὶ τῶν ἐν τέλει, ὅρκους παρασχέ-
σθαι τοῦ τε σύμμαχον καὶ φίλον βέβαιον διὰ βίου παντὸς
αὐτοῖς μενεῖν καὶ τοῦ μηδεμίαν τῶν νυνὶ κατεχομένων πό-
λεων ὑπ' αὐτοῦ, ἃς αὐτός τε καὶ πατὴρ, τοῦ τε Ῥωμαίων βα-
σιλέων πρὸς ἀλλήλους πολέμου κεκινημένου καὶ ὕστερον Ἀν-
δρονίκου τοῦ νέου βασιλέως ἔτι περιόντος, αὐτὸς ἔχει ἀφε-
λόμενος, ἀπαιτήσειν καταστάντα πρὸς τὴν ἀρχὴν, ὡς προσ- D
ηκούσας τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσιν. ὁ βασιλεὺς δὲ πρὸς
μὲν τὸ πεπεῖσθαι προῖκα καὶ φιλοτιμίας μόνης ἕνεκα καὶ
φιλίας τῆς εἰς αὐτὸν ἐπικουρεῖν ἔφασκεν, οὐκ αὐτῷ μόνον,
ἀλλὰ καὶ γυναικὶ καὶ τοῖς ἐν τέλει πολλὰς χάριτας ὁμολογεῖν,
ὡς ψήφῳ κοινῇ τὰ τοιαῦτα ἑλομένοις. περί γε μὴν τῶν ὅρ-
κων, οὓς ἀξιοῦσιν ἐπὶ τῷ μὴ παρενοχλεῖν ὑπὲρ τῶν ἄχρι
νυνὶ κατεχομένων ὑπ' ἐκείνων πόλεων παρασχέσθαι κατα-
στάντα ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, μάλιστα ποιήσειν τὴν γνώμην φανε-

24. ποιήσει P.

45. Crales e consilio rediens, Vicisti, inquit, imperator, ac nobis persuasisti, ut amicitiam tuam grandi pecuniae et amplis urbibus anteponendam censeamus. Itaque omnes quasi quibusdam vinculis tibi adstrictos trahis, et quasi de compacto sumptum facere et quemvis tua causa laborem hilariter perferre constituimus. Proinde tu quae lubet impera; nos imperata studiosissime libentissimeque conficiemus. Rogabat item, ut quemadmodum in concilio esset visum, sacramento perpetuam ac stabilem cum ipsis societatem amicitiamque sanciret et nullam urbium, quas nunc ipse possideret quasque ipse pater, Romanis imperatoribus inter se belligerantibus et postea Andronico iuniore adhuc spirante, ipse abstulisset, adepto imperio, tamquam Romanorum imperatorum propriam repetiturum. Imperator, quod gratis, ductique honoris et amicitiae desiderio sibi opem ferre decrevissent, non ei solum, sed et uxori principibusque multas se gratias agere testatus est, ut qui communi calculo ita vellent. De iuramento autem quod postularent, nempe cum in imperium venisset, de occupatis urbibus nullum negotium

A.C.1342 ρών. εἰ μὲν γὰρ ἔτι νῦν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἦσαν καὶ διασώζειν ἑαυτὰς ἠδύναντο, οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς προήκατο, ὥσπερ οὐδὲ
P. 498 τὰς ἄλλας, ἀλλ' εἵλετο ἂν μᾶλλον πρότερον ἀποθανεῖν, ἢ ἀγεννές τι καὶ ἀνελεύθερον ἀνασχέσθαι. εἰ δ' ἔτεσι πρότερον, αἱ μὲν πλείοσιν, αἱ δ' ἐλάττοσι, βασιλέων ἔτι τῶν Ῥω-
V. 401 μαίων περιόντων, ταύτας ἀφελόμενοι ἔχετε αὐτοί, οὐδ' αὐτῷ τινα μέμψιν τὸ προέσθαι τὰς κατεχομένας ἐπαγάγοι. καὶ συνέθετο ὅρκους παρασχέσθαι· ἐκεῖνο μέντοι, ἔφασκε, χρὴ σκοπεῖν, ὡς ἂν μὲν ἡ εἰρήνη διασώζοιτο καὶ αἱ σπονδαί, αὐτῶν μὴ παρασπονδούντων. αὐτὸς γὰρ παντὶ τρόπῳ τηρήσει τοὺς ὅρκους, οὓς ὀμόσεται, οὐδ' ὑπὲρ τῆς χώρας καὶ τῶν πόλεων, αἳ πρότερον ὑπὸ Ῥωμαίοις ἦσαν, οὐδὲν παρενοχλήσει καὶ αὐτός. εἰ δ' αὐτοὶ πρὸς πόλεμον πρότεροι χωρή-
B σουσιν ἀδικοῦντες καὶ παρασπονδοῦντες, οὐκ ἐκείνων μόνων, ὑπὲρ ὧν οἱ ὅρκοι, οὐκ ἀφέξεται, εἰ δύναιτο, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄνωθεν ὑπηκόους Τριβαλοῖς παραστήσεται, ἂν ἐξῇ, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ τὰς Ῥωμαίων πάσας, εἰ δύναμις πρὸς τὴν ὁρμὴν παρείη. Κράλης δὲ καὶ ὅσοι παρῆσαν τῶν Τριβαλῶν ἐξεπλήττοντό τε καὶ διὰ θαύματος ἦγον βασιλέα, ὅτι οὐδὲν ἀγεννὲς οὐδὲ πεπλασμένον διὰ τὰς περισχούσας τύχας, ἀλλὰ πάντα ἀληθῶς καὶ ὡς εἶχε διανοίας ἀπεφθέγγετο. ἡ μὲν οὖν συμμαχία τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον. ὅρκοι δὲ ἦσαν οἱ ἐπὶ τούτοις, ὥστε βασιλέα Καντακουζηνὸν καὶ Κραλην φίλους

exhibiturum[t], quid sentiat, apertissime ostensurum. Si etiamnum sub Romanis essent seseque tueri possent, non se illas, quomodo nec alias neglecturum: sed moriturum prius, quam imbelle aliquid parumque ingenuum commissurum. Quia vero alias multis, alias paucioribus abhinc annis, Romanis imperatoribus adhuc superstitibus, ablatas tenerent, nec se reprehensionem incursurum, si tamdiu usurpatas dimiserit. Et pactus est iuraturum: videndum ipsis, ut pacem ac foedus sancte tueantur; se omni ratione iurata praestiturum, nec pro regione et oppidis, quae Romanis antea paruissent, molestiam eis creaturum. Si priores per iniquitatem atque periurium arma ceperint, non solum illis, quarum causa iurarit, recipiendis, si poterit, non temperaturum: sed etiam iam olim Triballorum peculiares, si quiverit, subacturum, sicut et ipsi Romanorum omnes subigerent, si voluntati vires responderent. Crales et qui aderant Triballi admirari et obstupescere imperatorem, qui quamquam exul et miser, nihil tamen timidum neque fictum, sed sincere omnia et ex animo locutus esset. Ac de societate quidem actum est isto modo: in has autem conditiones iuratum. Ut imperator Cantacuzenus et Crales amici ac socii essent in omne tempus, neuterque alterius provinciam infestaret ullis artibus aut ma-

εἶναι διὰ βίου καὶ συμμάχους, καὶ μηδένα τὴν ἀλλήλων κα- A.C. 1342
κοῦν μήτε τέχνῃ, μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ, ἀλλὰ βασιλέα μὲν C
τὸν Καντακουζηνὸν, ὧν ὁ Κράλης γέγονε κύριος πόλεων Ῥω-
μαίοις ὑπηκόων, ἢ παρὰ πατρὸς παραλαβὼν, ἢ αὐτὸς ἁρπά-
σας ἔτι περιόντος βασιλέως Ἀνδρονίκου, μηδεμίαν μήτε ἀπαι-
τεῖν, μήτε πόλεμόν τινα κινεῖν περὶ αὐτῶν· τὰς δὲ ἐπιλοίπους,
ὅσαι νῦν ἔτι ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων τελοῦσιν ἡγεμονίαν, ἔχειν
αὐτὸν καὶ μηδεμίαν ἀφαιρεῖσθαι Κράλην μήτε τέχνῃ, μήτε
μηχανῇ μηδεμιᾷ, ἀλλὰ συμμαχεῖν μόνον βασιλεῖ ἐπὶ τῷ ταύ-
τοις καταδουλοῦσθαι. καὶ ὅσαι μὲν αὐτῶν ἢ ὅπλοις ἁλῶσιν,
ἢ ὁμολογίᾳ προσχωρήσουσι παρόντος βασιλέως, ταύτας ἔχειν
βασιλέα καὶ Τριβαλοὺς ἀδικεῖν μηδέν· ἂν δ' ἀπόντος βασι-
λέως, ἢ αὐτὸς Κράλης ἢ ὅπλοις ἢ ὁμολογίᾳ ἢ χρήμασι D
τοὺς κατοικοῦντας διαφθείρας, ἢ τῶν ὑπ' αὐτὸν δυνατῶν
τις πόλιν παραστήσεται τῶν Ῥωμαίοις ὑπηκόων, καὶ ταύ-
την εἶναι βασιλέως καὶ ἀποδιδόναι ἀπαιτοῦντι, μηδὲν πο-
λυπραγμονοῦντας. αὐτὸν δὲ Κράλην πολέμιον εἶναι Ἄννῃ
τε τῇ βασιλίδι καὶ τῷ υἱῷ Ἰωάννῃ τῷ βασιλεῖ καὶ σπένδε-
σθαι μηδέποτε, ἀλλὰ κακοῦν κατὰ τὸ δυνατὸν βοηθοῦντα
Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ, τρόπῳ ὁποίῳ ἂν δύναιτο ἰσχυρο-
τάτῳ. καταστάντος δὲ καὶ Καντακουζηνοῦ βασιλέως ἐπὶ τῆς
ἀρχῆς, Κράλῃ συμμαχεῖν κατὰ τὸ δυνατὸν, ἄν τις ἐπίῃ ἐπ'
αὐτὸν, καὶ πολέμιον ἡγεῖσθαι τὸν αὐτῷ ἐπιστρατεύσοντα.
γενομένου δὲ καὶ περὶ Χρέλη τοῦ Τριβαλοῦ λόγου οὐκ ὀλίγου, P. 499

22. ἐπιοίη M.

chinis: sed Cantacuzenus urbium Romanarum, quarum Crales esset dominus, sive eas a patre accepisset, sive ipse eas Andronico imperatore vivente sub se redegisset, nullam neque reposceret, neque ob eas ullum bellum intentaret: reliquae vero, quae nunc etiam sub Romano imperio censerentur, Cantacuzeni essent nullamque Crales ullis artibus machinisve adimeret; sed imperatorem ad eas subiiciendas iuvaret tantummodo. Et quotquot quidem aut armis caperentur, aut ex pacto se dederent imperatori praesenti, has imperator haberet: Triballi nihil iniuriarum facerent. Sin absente imperatore, aut ipse Crales vel armis vel deditione vel pecunia incolis corruptis, aut dynastarum ei subiectorum aliquis urbem Romanam subegisset, haec quoque imperatoris esset et reposcenti nihil causando redderetur. Item ut ipse Crales Annae imperatrici et Ioanni, eius filio, imperatori, hostis esset, nec unquam foedus cum illis feriret: sed incommodaret pro viribus, Cantacuzenum imperatorem adiutans quam posset strenuissime. Compos autem imperii Cantacuzenus, Cralem sua potentia tueretur, si quis eum invaderet, ac

A.C. 1342 καὶ Κράλη μὲν αὐτὸν ἀντιποιουμένου διὰ τὸ ὁμόφυλον, βασιλέως δὲ ὡς ἔτι Ἀνδρονίκου περιόντος τοῦ βασιλέως αὐτομολήσειεν ἰσχυριζομένου, καὶ νῦν οὐ μόνον ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων τελοίη ἡγεμονίαν, ἀλλὰ καὶ ἰδίως αὐτῷ προσχωρήσοι καὶ ἕλοιτο πράττειν τὰ αὐτοῦ, προσέτι δὲ καὶ ὅρκους ὑποδεικνύντος, δι' ὧν συνέθετο ὁ Χρέλης δουλεύειν Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ, ἐπεὶ δίκαια ἐδόκει λέγειν, συνέθετο καὶ ὁ Κράλης καὶ προσεγράφετο καὶ αὐτὸς τοῖς ὅρκοις. οἱ μὲν οὖν ὅρκοι
B οὕτως ἐγράφοντο. ἔδει δὲ καὶ τὸν ἀρχιεπίσκοπον τῶν Τριβαλῶν παρεῖναι, ὡς γενησομένων ἐπ' αὐτοῦ τῶν ὅρκων. καὶ μεταπεμψαμένου τοῦ Κράλη, παρῆν καὶ αὐτὸς οὐκ ἐν μακρῷ. ἐπεὶ δὲ παρῆν ἐν τῇ οἰκίᾳ Κράλη, ἐκεῖνος μὲν ἄχρι τοῦ μέσου προελθὼν τῆς αὐλῆς, ἐπελάβετό τε τῶν χαλινῶν τοῦ ἵππου, ᾧ ὠχεῖτο ὁ ἀρχιεπίσκοπος, καὶ προήγαγεν ἄχρι οὗ εἰώ-
V. 402 θει ἀποβαίνειν, ἔπειτα προσαγορεύσας, εὐλογεῖτο παρ' ἐκείνου. βασιλέα δὲ οὐκ εἴασε τῶν οἰκημάτων προελθεῖν, ἀλλὰ κατὰ τὸ Ῥωμαίων βασιλέων ἔθος ὑπήντα τε ἔνδον τοῦ οἰκήματος καὶ προσαγορεύσας εὐλογεῖτο καὶ αὐτός. μελλόντων δὲ ἤδη εἰς τὴν ὑστεραίαν ὀμνύειν τοὺς ὅρκους, πέμψας ὁ Χρέλης πρὸς Κράλην, πίστεις ἤτει, ὡς αὐτός τε δουλεύσων αὖθις καὶ Μελενίκον παραδώσων. Χρέλης γὰρ μάλιστα μὲν
C ἠβούλετο βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν τὴν Ῥωμαίων ἔχειν ἀρ-

13. τε add. M.

pro hoste duceret, qui in eum expeditionem pararet. Multa etiam verba facta de Chrele Triballo: quem cum Crales sibi vindicaret propter communionem gentis, imperator, quod adhuc vivente imperatore Andronico transfugisse ad Romanos affirmaret, et in praesens non solum sub imperio Romano adnumeraretur, sed etiam sibi peculiarem se addixisset; et insuper iuramentum proferret, quo Chreles Cantacuzeno fidem obedientiamque suam obligasset, quoniam insta dicere videbatur, Crales annuit et iuramento subscripsit. Cum his igitur conditionibus regum sacramenta conscripta sunt. Ceterum et archiepiscopum Triballorum adesse oportebat, in cuius praesentia iuraretur. Is a Crale evocatus, mox affuit: cui ad medium atrii procedens obviam Crales, frenum equi, quo vehebatur, apprehendit et ad locum, quo descendere solebat, perduxit. Quem deinde salutans, fausta ab eodem comprecatione lustratus est. Cantacuzenus ex aedibus prodire non est permissus, sed pro imperatorum Romanorum consuetudine intra aedes occurrens et salutans, similiter bonis precibus ab eo dignatus est. Cum reges postero die sacramenta dicturi essent, Chreles ad Cralem mittens, fidem petit, ut ad eius auctoritatem rediturus Melenicumque traditurus. Chreles enim, tametsi Cantacuzenum Romano potiri imperio et ei subesse mirabiliter cu-

χὴν καὶ ὑπ' ἐκείνου ἄγεσθαι· διακινδυνεύειν δὲ οὐκ ἤθελεν A.C. 1342
ὑπὲρ ἐκείνου. ἐπεὶ δὲ συμβαίη τὰ κατὰ Γυναικόκαστρον περὶ βασιλέα καὶ ἀφίκοιτο εἰς Τριβαλοὺς, νομίσας ὑπὸ Κράλη βιαζόμενον ἑτέρων τέ τινων Ῥωμαίοις προσηκόντων ἀνάγκῃ παραχωρήσειν καὶ ἐκεῖνον παραδώσειν, (ἤδει γὰρ οὐ περὶ ἐλάττονος τιθέμενον Κράλην τὴν αὐτοῦ ἀποστασίαν,) καὶ δείσας, μὴ καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς εἰς βασιλέα παραπόληται φιλίας, ἐσκέψατο, εἰ δύναιτο Μελενίκον κατασχεῖν, ἵν' αὐτῷ πρὸς Κράλην ἀρκοῦσα παραίτησις εἴη τῆς ἀποστασίας παραδόντι. D
ιοσυνιδὼν δὲ, ὡς ὅπλοις μὲν οὐκ ἂν εἴη ἁλωτὸς διὰ τὴν ἄγαν φυσικήν τε καὶ κατεσκευασμένην ὀχυρότητα, σίτου δὲ ἐνδείᾳ μᾶλλον, πρῶτα μὲν ἐκώλυσε σῖτον εἰσκομίζειν, ἔπειτα δὲ ἐπέκειτο καὶ φανερῶς πολεμῶν. Ἀσάνης δὲ καὶ ἡ περὶ αὐτὸν φρουρὰ ὁρῶντες, ὡς οὐκ ἀντισχήσουσι πρὸς τὴν πολιορκίαν διὰ σίτου ἀπορίαν, (βασιλεῖ γὰρ διὰ τὰ συμβεβηκότα βοηθεῖν οὐκ ἐνῆν,) συμβάν δέ τι καὶ ἕτερον περὶ αὐτοὺς, παρέδοσαν τὴν πόλιν Χρέλῃ. ὁ δὲ πρὸς Κράλην πέμψας, διελέγετο περὶ συμβάσεων καὶ προσεχώρει φανερῶς. Κράλης μὲν οὖν ὑπερήσθη τοῖς γεγενημένοις καὶ ὅρκους παρείχετο
αὐτίκα Χρέλῃ καὶ ὑπεποιεῖτο. βασιλέα δὲ ἐλύπησεν οὐκ ὀ- P. 500
λίγα τὸ συμβάν. εἰς τὴν ὑστεραίαν γὰρ ἐπεὶ ἦκον ὀμόσοντες τοὺς ὅρκους κατὰ τὰς συνθήκας, Κράλης μὲν ἠξίου Μελενίκον τε καὶ Χρέλην τοῖς ὅρκοις μετεγγραφῆναι ὡς προσή-

5. ἤδη P.

piebat, non tamen etiam eius causa obiectare se periculis volebat. Ut autem post illa ad Gynaecocastrum gesta imperator ad Triballos est profectus, opinatus a Crale coactum, tum alia quae essent Romanorum, tum ipsum quoque illi dediturum, (norat enim, Cralem defectionem suam inique tulisse,) timensque, ne sibi propter coniunctionem cum imperatore una pereundum esset, considerabat, qua ratione Melenicum occuparet: qua tradita Cralis iram placaret. Sed cum armis haud expugnabilem cognosceret, quod natura et operibus esset munitissima, primum quidem alimenta importari vetabat; deinde aperta vi eam adoriebatur. Asanes et praesidiarii, cernentes penuria commeatus obsidionem diutius sustineri non posse, (imperatori namque propter eventa, de quibus diximus, accurrere cum auxilio non licebat,) et cum aliud praeterea ipsis quiddam contigisset, Chreli urbem dediderunt. Qui ad Cralem misso oratore, palam ei se adiunxit. Quo ille facto supra modum laetatus, statim ei iuravit atque in fidem et clientelam suam recepit. Ilic casus imperatori non parum doluit. Nam postridie, cum ex condicto iuraturi venissent, Crales Melenicum et Chrelem ad iuramentum adscribi, ut sibi debitos, contendebat, quod antequam iuraretur, ad se accessissent. Imperator renitens, Cralem iniquitatis ac laesi foederis arguebat.

A. C. 1342 κοντας αὐτῷ· πρὶν γὰρ τοὺς ὅρκους γενέσθαι προσεχώρησαν. βασιλεὺς δὲ ἀντέλεγεν, ἀδικεῖν φάσκων Κράλην καὶ παρασπονδεῖν. ἐξ ὅτου γὰρ ἐγένοντο αἱ συμβάσεις, δεῖν ἑκατέρους στέργειν οἷς συνέθεντο. εἰ δ' ἄρα καὶ μέτριά τινα ἐθέλοι ἀδικεῖν, Χρέλην μὲν ἔχειν, ὁμόφυλόν τε ὄντα καὶ ὀλίγῳ πρότερον αὐτομολήσαντα Ῥωμαίοις, Μελενίκον δὲ ἐᾶν, ἐξ ἐτῶν ἤδη παλαιῶν ὑπήκοον ὄντα τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσι. B Κράλης δὲ οὐχ ἑτέρῳ ἔφασκεν, ἀλλ' αὐτῷ χρήσεσθαι διαιτητῇ περὶ ὧν ἀμφισβητοῦσι. τοὺς μὲν γὰρ ὅρκους τοὺς περὶ τῶν σπονδῶν τῇ προτεραίᾳ γεγράφθαι, οἷς ἐγγέγραπται, τὰς μὲν ἡρπασμένας αὐτῷ ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας πόλεις ἔχειν καὶ μηδεμίαν ἀπαιτεῖσθαι παρ' αὐτοῦ, τὰς δ' ἔτι τελούσας ὑπὸ Ῥωμαίοις βασιλέα ἔχειν· ὥστ' οὐκ ἂν ἀδικοίη, πολλαῖς πρότερον ἡμέραις ἢ γενέσθαι τὰς τοιαύτας συμβάσεις Χρέλη μετὰ Μελενίκου προσχωρήσαντος, ὡς ἐκ τῶν ἐκείνου γραμμάτων ἐγίνετο καταφανές. βασιλεὺς δὲ πρός τε τὸ πείθειν ὁμοῦ διὰ τὰς τοιαύτας εὑρεσιλογίας καὶ πρὸς τὸ βιάζεσθαι ἔχων ἀδυνάτως, παρεχώρησε καὶ ἄκων, καὶ ἐγένοντο C οἱ ὅρκοι ἐπὶ τούτοις. μετὰ δὲ τοὺς ὅρκους ὁ Κράλης τῶν ἐν τέλει τοὺς δυνατωτάτους αὐτοῦ συναγαγὼν τέσσαρας ὄντας πρὸς τοῖς εἴκοσι, τέσσαρας μὲν αὐτὸς κατεῖχε, τοὺς δὲ εἴκοσι παρεδίδου βασιλεῖ ἅμα ταῖς ὑπ' ἐκείνους στρατιαῖς, ὡς πάντα προθύμως, ἅπερ ἂν κελεύῃ βασιλεύς, ποιήσοντας. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἅμα Τριβαλοῖς παρεσκευάζοντο ὡς ἀφιξόμε-

Ex quo enim foedus conceptum sit, utrumque pactis conventis stare oportere. Quodsi modestius iniuriam facere velit, Chrelem sibi habeat, quia et Triballus sit et paulo ante ad Romanos transfugerit: Melenicum relinquat, quae inde a vetustis temporibus Romani iuris fuerit. Crales contra non alio, sed ipsomet iudice in ista lite usurum. Nam iuramenta foederis heri in tabellas relata esse, in quibus pateret, ut quas a Romano principatu abstulisset urbes, sibi haberet nullamque repetere fas esset: quae autem adhuc in eo numerarentur, imperatoris essent. Quare nihil hic adversus aequitatem peccari, cum multis diebus ante isthaec pacta Chreles ad eius partes transierit, quod ex litteris eiusdem constet. Imperator nec persuadere potis, ubi tam prompte verba funditabantur, nec cogere, cessit invitus. Et iuratum utrimque dictis supra conditionibus. Postea Crales, quatuor et viginti suorum dynastarum opulentissimis congregatis et quatuor sibi retentis, ceteros cum sua unumquemque copia militari imperatori attribuit, facturos alacriter omnia, quae is velit. Cum Triballis igitur Didymotichum iter adornabat. At qui Thessalonicae erant, Syrge ductore Rhentinam processerunt. Castelli indigenae ut Cantacuzenum aerumna cogente ad Triballos

νοι εἰς Διδυμότειχον. ἡ δὲ ἐν Θεσσαλονίκῃ στρατιὰ ἐπεὶ A. C. 1342
ἀπῆραν ἡγουμένου Συργῆ, πρὸς Ῥεντίναν ἐστρατοπεδεύσαντο.
ὁ δὲ ἐν τῷ φρουρίῳ δῆμος, ἐπεὶ ἐπύθετο Καντακουζηνὸν τὸν
βασιλέα πρὸς τὴν γῆν τῶν Τριβαλῶν ἀφιγμένον κατὰ συμ- V. 403
φοράν, παρῆν δὲ καὶ Συργὴς μετὰ τῆς στρατιᾶς, ἐπιτίθενται
τοῖς διακοσίοις, οὓς κατέλιπεν ὁ βασιλεὺς φρουρεῖν ἅμα ἡγε-
μόνι, καὶ κρατήσαντες, αὐτούς τε παρέδοσαν καὶ τὸ φρούριον D
Συργῆ. ὁ δὲ τῇ συνήθει χρησάμενος ὠμότητι, ἵππους τε
καὶ ὅπλα ἀφελόμενος καὶ τῶν ἄλλων, ὧν εἶχον, ἀπογυμνώσας,
εἶτα πληγὰς ἑκάστῳ διακοσίας ἐπετίθει πάντων ὁρώντων,
μηδένα παραλιπών, τὸ ἀπ' ἐκείνου δὲ κατακλείσας ἐν δεσμω-
τηρίοις, καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς δυνατούς, ὡς τὰ Καντακουζη-
νοῦ τοῦ βασιλέως ἠρημένους, πάντων ἀποστερήσας τῶν ὄντων
καί τιμωρησάμενος οὐ μετρίως, ἐνίων δὲ καὶ καταψηφισάμενος
φυγήν, ἦλθεν εἰς Φεράς.

μϛ'. Ἀπόκαυκος δὲ ὁ μέγας δοὺξ ἅμα ταῖς ναυσὶν εἰς P. 501
Πολύστυλον ἐλθών, ἐπεὶ προσεχώρει ἑκουσίως, τοὺς μὲν τῶν
πολιτῶν ὅσους μάλιστα ὑπώπτευεν, ἐν ταῖς ναυσὶν εἶχεν, ὡς B
εἰς Βυζάντιον κομίσων· τοὺς δὲ τὰ ἐκείνου ἠρημένους εὖ
ποιήσας ἀπέλιπεν ἐκεῖ, ἄρχοντα ἐπιστήσας Γουδέλην τὸν βα-
σιλίδος οἰνοχόον. πρὸς δὲ τοὺς ἐν Διδυμοτείχῳ πέμψας, „τὰ
μὲν περὶ Καντακουζηνὸν εἰργασμένα" ἔγραφεν „ἐν Θεσσα-
λονίκῃ παρ' ἐμοῦ οὐδ' ὑμᾶς οἶομαι ἀγνοεῖν· οὕτω πᾶσι γνω-
ριμώτατα διὰ μέγεθος γεγενημένα. τοίνυν ἐπεὶ πᾶσα ἡ περὶ
ἐκεῖνον ἐλπὶς περιῄρηται ὑμῶν, δέον πᾶσαν πρόφασιν καταλι-

14. οὐ om. P. et M.

abisse acceperunt, et Syrges manum adduxit, ducentos ad custodiam ab imperatore relictos invadunt, victosque ipsos et castellum Syrgi contradunt. Qui solita crudelitate equis et armis et aliis, quae habebant, primum spoliatos, post in conspectu omnium singulis, nemine excepto, ducentas plagas incutit et in carceribus eos includit. Potentiores autem cives, ut Cantacuzenicae factionis, omnibus fortunis exuit, nec mediocriter punit et quosdam exilio damnat: ita Pheras venit.

46. Magnus autem dux Apocauchus Polystylon navibus delatus, quoniam urbs libenter in potestatem veniebat, de civibus alios, quos in primis suspectos habebat, in navem coniecit, Byzantium eos portaturus: alios secum facientes ibi reliquit, nec immerito, praefecto Gudele, imperatricis pocillatore, imposito. Ad Didymotichenses autem scripsit in haec verba. Quae ob Cantacuzenum Thessalonicae egerim, nec vobis clam esse opinor, cum propter magnitudinem omnibus sint notissima. Quoniam igitur tota de illo spes vestra evanuit, nihil tergiversantes, ad Aenum mihi vos occurrere

A.C. 1342 πόντας εἰς Αἶνον ἥκειν ὑπαντήσοντας, ἄγοντας καὶ τὸν ἀδελφὸν (ἦν γὰρ ἐν δεσμωτηρίῳ φρουρούμενος ἐκεῖ·) εἰ μὲν οὖν καὶ Ἀσάνης βούλοιτο συνελθεῖν ὑμῖν, ἄριστ' ἂν ἑαυτῷ βουλεύσαιτο. εἰ δ' αὐτόθι μένειν ἐθελήσει, ἀλλ' ὑμᾶς γε
C πάντως μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ εἰς Αἶνον ἥκειν. Ἀσάνην δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν καὶ παιδία τὰ ἐκείνης, ὅταν ἐν Διδυμοτείχῳ γένωμαι, προνοίας ἀξιώσειν, ἥτις καὶ αὐτοῖς ἂν δόξειεν ἀρκοῦσα ὡς ἐν τοῖς παροῦσιν. ὁ μὲν οὖν μέγας δοὺξ τοιαῦτα ἔγραφε κόμπου καὶ φρονήματος πεπληρωμένα. οἱ ἐν Διδυμοτείχῳ δὲ, ἐπεὶ πρότερον οὐδὲν ἦσαν περὶ βασιλέως πεπυ- 10
σμένοι, ἐθορυβήθησαν μὲν, ὥσπερ εἰκὸς, τὸ πρῶτον· ἔπειτα ἀναθαρσήσαντες καί τι περὶ βασιλέα οἰηθέντες ἃ περὶ στρατεύματα εἰῶθε συμβεβηκέναι, ὃ ταχέως ἂν διορθωθείη, πρὸς μέγαν δοῦκα τὸν Ἀπόκαυκον καὶ αὐτοὶ ἀντέγραψαν τοιαῦτα.
D „τὰ παρὰ σοῦ γεγραμμένα ἀναγνόντες εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας 15
καὶ μωρίας ἥκοντα καὶ θρασύτητος, πρῶτα μὲν ἐθαυμάσαμεν, ὅθεν εἰς τοσοῦτον ἥκεις μελαγχολίας, ἔπειτα συνιδόντες, ὡς τὰ ἴσα τετολμηκότι τῷ σῷ πατρὶ τῷ διαβόλῳ καὶ κατὰ βασιλέως τοῦ πολλὰ εὐεργετήσαντος ἄδικον χεῖρα κεκινηκότι καὶ πολεμήσαντι φανερῶς, οὐδὲ κατὰ τὴν ἀλαζονείαν καὶ τὸν 20
κόμπον τῶν ῥημάτων τοῦ πατρὸς ἔδει ἀπολείπεσθαι, εἰκότα ἐνομίσαμεν πυιεῖν καὶ προσήκοντα φθέγγεσθαι σαυτῷ. τὴν μὲν οὖν ἐξαρχῆς ἀφάνειαν τὴν σὴν καὶ τὴν φαυλότητα καὶ τῶν τρόπων καὶ τοῦ γένους, οὐδ' αὐτοὶ ἀγνοοῦμεν, ὥσπερ

13. διορθείη P.

et una fratrem meum (qui illic in custodia erat) adducere oportet. Si et Asanes vobiscum venerit, res suas fecerit meliusculas. Sin illic remanere malnerit, omnino vos Aenum cum fratre venitote. Asanem autem cum sorore eiusque liberis, ubi Didymotichi fuero, tali cura dignabor, quam et ipsi ut pro tempore sufficientem iudicabunt. Haec magnus dux ostentationis et fastus plena scripsit. Didymotichenses, quia nihil hactenus de imperatore audierant, primum, ut debuerunt, perturbati sunt. Dein resumptis animis, et existimantes, aliquid imperatori contigisse huiusmodi, quale in exercitibus solet, quod cito emendari posset, Apocaucho his verbis rescribunt. Lectis litteris tuis tam vecordibus, tam stolidis et confidentibus, principio admirati sumus, unde te atra bilis sic exagitet. Post cum perspexissemus, te, qui patrem tuum diabolum audacia aequasses et imperatorem tam bene de te meritum laesisses palamque oppugnasses, etiam arrogantia ac verborum ampullis eodem patre tuo inferiorem esse noluisse, nostrarum fore partium censuimus, si te alloqueremur. Tuam igitur ab initio obscuritatem moresque vitiosos et genus despicabile nec nos nescimus, quae nemo Romanorum nescit. Macreno enim primum, vectigalia a quibusdam

οὐδὲ τῶν λοιπῶν Ῥωμαίων οὐδὲ εἷς. Μακρηνῷ γὰρ πρῶτον A. C. 1342
χρήματά τινας εἰσπράττοντι γεωργοὺς, ὀλίγου ἕνεκα ἐδού-
λευσας μισθοῦ, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἄρχοντι τῷ Νικολάῳ, τῶν P. 502
αὐτῶν κἀκείνῳ ἐχομένῳ ἐπιτηδευμάτων, καὶ τρίτῳ μετ' ἐκεί- V. 404
νους τῷ Στρατηγῷ ὠνομασμένῳ, περὶ τοὺς ἁλας καὶ τὴν ἐκεί-
νων διάθεσιν ἠσχολημένῳ τότε, ὃν καὶ τοῖς ἰδίοις χρήμασιν
ἐξώσας τῆς ἀρχῆς, διαβολαῖς καὶ συκοφαντίαις καὶ ψεύδεσι
μυρίοις καὶ ἐπιορκίαις ταῖς φίλαις χρησάμενος πρὸς βασιλέα
τὸν πρεσβύτερον Ἀνδρόνικον, αὐτὸς ἄρχων ἀπεδείχθης τῶν
ἁλῶν. καὶ μέχρι τούτου σοι τὰ τῆς εὐημερίας ἔστη. κιν-
δυνεύοντι δὲ ἤδη ἀπολέσθαι διὰ τῶν τρόπων τὴν σκαιότητα
καὶ μοχθηρίαν καὶ τὸ χρήματα μυρία τῷ δημοσίῳ ὀφλεῖν,
ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς Συργιάννη δεηθέντος B
παραλαβὼν, ἐξ ἀτίμου καὶ καταφρονουμένου περίβλεπτον πε-
ποίηκεν οὐκ ἐν μακρῷ· δι' ἃ καὶ τῶν εὐγενεστέρων οὐκ ὀ-
λίγοι ἤχθοντο δικαίως καὶ ἐδυσχέραινον, ὅτι τὸν μηδενὸς
ἄξιον μεγάλων τινῶν ἠξίωσε καὶ θαυμασίων. ὧν τὴν ὑπερ-
βολὴν οὐδὲ αὐτὸς φέρειν δυνηθεὶς, κατὰ τοῦ μετὰ θεὸν πλά-
σαντος καὶ ἐκ κοπρίας ἀναγαγόντος, ὥσπερ ὁ Σατὰν κατὰ
θεοῦ πόλεμον κεκίνηκας, τὸ ὑπήκοον ἐκπολεμώσας, προφά-
σει μὲν, ὥσπερ ἐκεῖνος, τοῦ πρόνοιάν τινα αὐτῶν ποιεῖσθαι,
τῇ δ' ἀληθείᾳ φθονῶν αὐτοῖς τῆς σωτηρίας. καὶ νῦν ἔξεστιν
ὁρᾶν, ὡς αἱμάτων μὲν ἀνθρωπίνων ἐνέπλησας τὰς πόλεις πά-
σας Ῥωμαίων· δεσμωτήρια δὲ, καίτοι πρὸς τοῖς οὖσι πολ- C

5. ὀνομασμένῳ P.

agricolis cogenti, mercenariam dedisti operam; et post illum praefecto Nicolao, cuius idem institutum fuit: et tertio post illos Stratego appellato, salis curatori; quem ut argento suo et calumniis ac sycophantiis milleque mendaciis ac periuriis tibi usitatis praefectura apud imperatorem Andronicum seniorem depulisti, ipse eam es consecutus. Atque ibi felices tui successus constiterunt. Cum iam propter mores agrestes et improbos et infinita nomina, quae publice debebas, tibi pereundum esset, imperator noster Cantacuzenus, Syrgianne parario, te inhonorum prorsus et contemptum brevi conspicuum reddidit, non paucis de nobilitate id iniquissime ferentibus: et iure quidem, quod hominem nullius pretii amplis quibusdam et eximiis ornamentis cumularet; quorum praestantiam cum nec ipse posses ferre, adversus eum, qui te secundum Deum quodammodo finxit et de stercore erexit, velut Satan contra Deum arma movisti, cum subiectos in illum exacerbasti, specie, quasi illis consuleres, cum revera salutem ipsis et incolumitatem invideres. Et nunc in propatulo est, quomodo humano sanguine omnes Romanorum civitates repleveris. Carceres, quamvis multo plures, quam erant, abs te constructi sint, vinctorum multitudinem

A.C. 1342 λαπλασίω κατεσκευασμένα ὑπὸ σοῦ, ὅμως ὑπὸ πλήθους τῶν δεσμωτῶν στενοχωροῦνται. ἁρπαγαὶ δὲ καὶ λεηλασίαι καὶ μυρία ἕτερα δεινὰ ὁσημέραι ἐν ταῖς πόλεσι τολμῶνται, καὶ δάκρυα πανταχοῦ καὶ κωκυτοί, καὶ ὁ φειδόμενος οὐδὲ εἷς. ἀλλ' ὥσπερ ὁ Σατανᾶς τοῖς μάλιστα θεῷ προσῳκειωμένοις καὶ βελτίοσι τῶν ἄλλων δεῖν ἔγνωκε πολεμεῖν, τῶν ἄλλων ἀμελῶν, οὕτω δὴ καὶ σὺ τοὺς ἀρίστους τῶν ἑκασταχοῦ πόλεων καὶ δυναμένους τὰ δέοντα συνορᾶν διαφθείρων καὶ κατακόπτων ἀπανθρώπως, τῶν πολλῶν, ὡς οὐδενὸς ἀξίων, οὐδένα λόγον ποιῇ, ὡς ὕστερον ἢ δειλίᾳ καὶ ἀπειρίᾳ τῇ πρὸς τοὺς πολέμους βαρβάροις παραδώσων ἢ αὐτὸς κατὰ σχολὴν διαφθερῶν· καὶ ὅλως κοινὴν πανωλεθρίαν τοῦ Ῥωμαίων γένους διανοῇ, εἰ μὴ θεὸς κωλύσειε, τὴν μισανθρωπίαν βδελυξάμενος. βασιλεὺς δὲ Καντακουζηνὸς ὁ ἡμέτερος καὶ σὸς δεσπότης, κἂν ἔτι πλείω καὶ δεινότερα ἀγνωμονήσῃς, ὥσπερ τῶν δούλων οἱ κακοτροπώτατοι, τὴν ἐκ προγόνων εὔκλειαν ἄχρι νῦν διασώζει καὶ τὴν ἐπιείκειαν καὶ τὴν σεμνότητα τῶν τρόπων, καὶ Ῥωμαίων συμπάντων ἄρχων, καὶ βασιλέως ἔτι περιόντος, οὐδὲν ἧττον καὶ νῦν ἐστι βασιλεύς. εἰ δέ τι περὶ αὐτὸν συμβέβηκε καὶ δυσχερὲς, θαυμαστὸν οὐδέν· πολλὰ γὰρ ὁ παρελήλυθὼς τοιαῦτα χρόνος ἔσχηκε παραδείγματα. ἡμεῖς δὲ ἐκείνῳ τὴν πίστιν ἄδολον φυλάξομεν καὶ καθαράν, οὐ μόνον περιόντι, ἀλλὰ καὶ τοῖς παισὶ μετὰ τὴν τελευτὴν,

5. Σατὰν M. 9. ὡς M., καὶ P.

non capiunt. Rapinae et direptiones aliaque mala innumera quotidie in urbibus nefarie perpetrantur. Ubique lacrimae, ubique gemitus, et qui his vacet, nullus reperitur. Sed quemadmodum cacodaemon Deo deditissimos sanctimoniaque supra alios eminentes sibi oppugnandos sumit, ceteros negligit: ita sane tu quoque per omnes urbes optimum quemque, et recti intelligentem disperdens et inhumaniter concidens, vulgi, ut vilis et abiecti, rationem nullam ducis: postea illud aut ex timiditate et imperitia bellandi tua barbaris obiecturus, aut ipse paulatim perditurus: omninoque communem Romani generis internecionem machinaris, nisi Deus misanthropiam tuam detestatus prohibuerit. Imperator autem Cantacuzenus, noster ac tuus dominus, quamvis plura et deteriora, ut servus sceleratissimus, designaris, acceptam a maioribus suis gloriam usque nunc cum modestia gravitateque morum conservat, et Romanorum universorum adhuc vivo imperatore princeps, nihilo minus etiam nunc imperator est. Cui si quid tristius accidit, nihil novum; multa enim ex antegresso tempore huiusmodi exempla colliguntur. Nos integram ac sinceram fidem non ipsi solum viventi, sed post obitum item filiis eius praestabimus: nec bonorum promissio, nec malorum inflictio, nec aliud quidquam omnium a fide et caritate

καὶ οὔτε ἀγαθῶν ἐπαγγελίαι, οὔτε δεινῶν ἐπαγωγαὶ, οὔθ' A. C. 1342
ἕτερον τῶν ὄντων τι, τῆς πρὸς ἐκεῖνον πίστεως δυνήσεται ἀποστῆσαι καὶ ἀγάπης. σοῦ δὲ ἐπιστρέψει ὁ πόνος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν καὶ ἐπὶ κορυφὴν ἡ ἀδικία σου καταβήσεται. τὴν μὲν οὖν ἀπολογίαν ἔχεις ἤδη παρ' ἡμῶν ἀξίαν τῶν γεγραμμένων. τοὺς κεκομικότας δὲ τὰ γράμματα νῦν μὲν ἀπαθεῖς ἀπεπέμψαμεν κακῶν, τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα κειμένους αἰδούμενοι νόμους, οἳ κακῶς ποιεῖν ἀπαγορεύουσι τοὺς πρὸς ἀπαγ- B
γελίας ἥκοντας· ἂν δὲ μετ' αὐτοὺς ἕτεροί τινες ἀφίκωνται, ἴστωσαν μὴ ἄνευ πληγῶν καὶ τιμωρίας τῆς δεούσης ἀπαλλάξοντες." τοιαῦτα μὲν οἱ ἐν Διδυμοτείχῳ ἀντέγραψαν Ἀποκαύκῳ τῷ μεγάλῳ δουκί. ὁ δὲ, ἐπεὶ τὰ γράμματα ἀνέγνω, πολλὰ τοῖς γεγραφόσιν ἀπειλήσας, ἀπέπλευσεν εἰς Βυζάντιον καὶ ἐδέξαντο αὐτὸν ὅ,τε πατριάρχης καὶ ἡ συνωμοσία μετὰ V 405
πολλῶν τῶν κρότων καὶ ἐπαίνων, ὡς καλῶς ἐστρατηγηκότα καὶ νενικηκότα Καντακουζηνόν. καὶ αὐτὸς ἤδη φρονήματος ὢν ἀνάπλεως διὰ τὴν στρατηγίαν, ἀνυπεύθυνον ἑαυτῷ παρείχετο τῶν πραγμάτων τὴν ἀρχὴν καὶ πάντα ἔπραττε καὶ C
διῴκει, ἢ αὐτῷ ἐδόκει, τὴν ὑπόκρισιν καὶ τὸ βουλεύεσθαι ἤδη ὡς ἀνόνητον ἀποῤῥίψας. Εἰρήνη δὲ βασιλὶς ἡ Καντακουζηνὴ ἅμα Μανουὴλ Ἀσάνῃ τῷ ἀδελφῷ, ἐπεὶ οἱ παρὰ Ἀποκαύκου τοῦ μεγάλου ἥκοντες δουκὸς ἀπήγγελλον τὰ περὶ βασιλέως οἷα συμβαίη ἐν Γυναικοκάστρῳ, ὑπώπτευον μὲν καὶ μὴ παντάπασιν εἶναι ἀληθῆ, πλὴν ἐθορυβοῦντο σφοδρῶς καὶ ἐκυμαίνοντο. ἐδεδοίκεσαν γὰρ, μὴ τῶν αὐ-

illius nos abstraxerit. Tuus autem labor revertetur in caput tuum et in verticem tuum iniquitas tua descendet. Habes dignum abs te scriptis responsum. Tabellarios nunc quidem intactos dimisimus legum reverentia, quibus illis cavetur. Si alii supervenerint, sciant se sine plagis supplicioque condigno haud abituros. Haec qui erant Didymotichi, Apocaucho magno duci responderunt: quibus ille perlectis, multa minatus Byzantium abnavigavit, ubi a patriarcha et coniuratis cum geminatis plausibus et praeconiis, ut qui praeclare implesset ducis officium Cantacuzenumque vicisset, exceptus est: qui iam propter ductum exercitum superbia turgidus, rerum summae sic praeesse incipiebat, ut rationem nullam referret: simulareque amplius et consultare, ut inutilia, spernens, pro libidine faciebat et regebat omnia. Irene autem Cantacuzena imperatrix, cum Manuele Asane fratre, ut ab Apocaucho nuntii venerunt, quid imperatori apud Gynaecocastrum fieret, quamquam non penitus vera esse suspicarentur, tamen vehementer conturbabantur sollicitudinumque fluctibus aestuabant. Metuebant namque, ne quidam de illius exercitu clam negotium Annae agentes, opportunitatem hanc et adversam

A.C. 1342 τοῖς τινες συνόντων κρύφα τὰ βασιλίδος Ἄννης πράττοντες, ὥσπερ ἐρμαίου λαβόμενοι τοῦ καιροῦ καὶ τῆς δυσπραγίας βασιλέως, στασιάζειν πείσωσι τὸν δῆμον καὶ τὴν στρατιάν,
D καὶ ἀπόληται αὐτοῖς παντάπασι τὰ πράγματα διαφθαρέντα. μάλιστα δὲ ἐν ὑποψίᾳ εἶχον τόν τε Κομιτόπουλον καὶ Βατάτζην, οἳ τῶν Παλαιολόγου μὲν ἦσαν βασιλέως οἰκετῶν, τότε δὲ ὑπὸ Καντακουζηνοῦ βασιλέως εἰς ἑσπέραν ἐκστρατεύοντος ἐπὶ τῆς ἔξω Διδυμοτείχου συνοικίας ἦσαν τεταγμένοι, χιλίων ἕκαστος ἄρχοντες τοξοτῶν πεζῶν· ἦσαν δὲ καὶ πρὸς τὸν δῆμον καὶ τὴν ἄλλην στρατιὰν δυνάμενοι οὐ μικρά.
P. 504 μζ. Διὰ ταύτας γοῦν τὰς αἰτίας ἐδεδοίκεσάν τε καὶ ἐσκέπτοντο, ᾗ χρὴ αὐτοὺς ὑποποιήσασθαι· ἅμα δὲ διενοοῦντο
B καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὡς ἀποπειράσοντες, εἰ διὰ τὰ ἀκουσθέντα μὴ παρετράπησαν τὰς γνώμας. ἐδόκει δὴ οὖν εἰς τὴν ὑστεραίαν πάντων ἐν βασιλείοις συνελθόντων, ἐπὶ τῆς βασιλίδος τὸν Ἀσάνην πρός τε τοὺς ἡγεμόνας καὶ τὴν στρατιὰν λόγον ἀποτεῖναι καὶ ἀποπειρᾶν τῆς ἑκάστου διανοίας. καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐπεὶ ἦσαν ἐν βασιλείοις πάντες, Ἀσάνης ὁ Μανουὴλ ἐπὶ τῆς βασιλίδος οὕτω τὸν λόγον ἐποιήσατο. „ἄνδρες συστρατιῶται, τὰ μὲν ὑπὸ παρακοιμωμένου τοῦ Ἀποκαύκου πάντες ἀκηκόατε γεγραμμένα πρὸς ὑμᾶς. τὰ μὲν οὖν παρόντα πράγματα ὡς πολλὰς ἐπιδέχεται μεταβολάς, καὶ ῥᾴδιον
C καὶ ἐκ μικρᾶς αἰτίας καὶ τὸν συνετώτατον καὶ κατεστοχασμένον σφαλῆναι, καὶ τὸν ἀπερισκέπτως καὶ ὡς ἔτυχε φερόμε-

sortem imperatoris quasi insperatum lucrum arripientes, seditionem inter populum ac militem concitarent, dareturque res pesti et exitio. Praecipue vero suspicionem Comitopulus et Batatzes movebant, qui imperatoris Palaeologi domestici, tunc a Cantacuzeno in occidentem ducente Didymotichi suburbanis fuerant praepositi, habebantque sub se uterque mille pedites sagittarios et valebant gratia apud populum ac milites plurimum.

47. His de causis timebant, et quomodo eos in officio ac subiectos tenerent, circumspiciebant: simul et de aliis periculum facere cogitabant, ecquid propter audita pristinam voluntatem immutassent. Placuit igitur, postridie, ubi omnes in palatium convenissent, Asanem audiente imperatrice duces ac milites pluribus alloqui et cuiusque animum pertentare. Ad hunc itaque modum Manuel Asanes orsus est. Quae Apocauchus, sacri cubiculi praefectus, ad nos scripserit, commilitones, omnes intellexistis. Ita praesentem statum multis mutationibus obnoxium esse, levique momento vel prudentissimum et sagacissimum decipi, et improvidum atque a casu et fortuna pendentem etiam praeter opinionem beatum fieri, usu et experientia multa universi didicistis. Quod cum ita sit, non tanta

νον καὶ ἄπιστα εὐτυχῆσαι, πάντες ἴστε πολλοῖς ὁμιληκότες A.C. 1342
πράγμασιν. οὐ μὴν διὰ τοῦτο πάντα χρὴ πιστεύειν παρακομωμένῳ. ᾧ γὰρ ὅ,τε βίος ἐπίπλαστος ἀεὶ καὶ σκαιωρίας καὶ ἀπάτης γέμων καὶ ὁ λόγος ἐψευσμένος καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ἔχων ὑγιὲς, πῶς ἄν τις πιστεύσειε νυνὶ εἰρῆσθαι τἀληθῆ; εἰ δὲ καὶ ἀληθῆ τὰ εἰρημένα, ἀλλ' οὐ παντάπασιν, ἀλλὰ τοιαῦτα εἶναι τὰ γεγενημένα, οἷα βασιλεῖ μικρὰν δυσχέρειαν παρεσχημένα, ῥᾳδίως πάλιν ἐπανορθωθῆναι. ὑμῶν δὲ ἕκαστος νῦν μὲν ἄχρι τῶν πραγμάτων ἐξουρίων φερομένων οὐ- D
τωθεμίαν ἔσχε πρόφασιν τήν τε εὐψυχίαν καὶ τόλμαν τὴν ἐν V. 406
τοῖς δεινοῖς καὶ τὴν σύνεσιν ἅμα ἐπιδείξασθαι καὶ τὴν εὔνοιαν, ἣν ἔχει περὶ βασιλέα καὶ τοὺς παῖδας. νυνὶ δὲ ἤδη τῶν πραγμάτων παρασχόντων, καὶ πάντας ὑμοῦ καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον καὶ τὴν σύνεσιν καὶ τὴν εὐβουλίαν ἐπιδείκνυσθαι χρεὼν καὶ ἐπὶ τοῖς ἔργοις φαίνεσθαι ὁμοίους, ὡς, ἂν ἀπῶσι τὰ πράγματα, τῶν λόγων οὐδένων ὄντων. τὰ μὲν οὖν ἔργα ὕστερον ἐπιδειξόμεθα, ἡνίκα ἂν δέῃ· νυνὶ δὲ ἀναγκαῖον γνώμην ἕκαστον εἰσάγειν, ᾗ χρὴ τραπομένους, σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὴν ἄλλην πόλιν διασώζειν. οὐ γὰρ ἡσυχάσειν οἴομαι παρακοιμώμενον, ἀλλὰ ταχέως ἡμῖν ἐπιστρατεύσειν, εἴγε ὄν- P. 505
τως ἀληθῆ τὰ περὶ βασιλέως εἴη εἰρημένα." Ἀσάνης μὲν οὖν τοιαῦτα ἐπαύσατο εἰπών. Κομιτόπουλος δὲ αὐτίκα ὑπὸ προθυμίας καὶ τῆς περὶ βασιλέα εὐνοίας κινηθεὶς, ἀναστὰς

fides Apocaucho habenda est. Cui enim vita semper simulata pravitatisque ac fallaciae plena et sermo mendax nihilque probum ac sincerum unquam continens, qui tandem cum nunc vera dixisse quisquam crediderit? Sed demus vera esse: at non omnimodis; sed talia, quae cum imperatori parvum dederint incommodum, parvo negotio corrigi possunt. Vestrum autem unusquisque usque in hanc diem, dum res secundum cursum sine aliqua offensione tenuerunt, magnanimitatis ac fortitudinis suae in rebus turbidis, prudentiae item caritatisque, qua imperatorem et filios eius comprehenderet, ostentandae occasionem nullam nactus est. Nunc, quoniam se obtulit occasio, et omnes simul et seorsum quemlibet, quantum intelligentia consilioque possit, ipso etiam facto demonstrare oportet: verba enim, si facta desint, nihil valent. Sed ad facta postea, quando opus fuerit, veniemus. In praesens singuli sententiam explicare debent, quid agamus, ut nos ipsos reliquamque urbem conservemus. Etenim cubiculi praefectum non quieturum, sed propediem hostiliter in nos iturum existimo: modo plane certa sint, quae de imperatore narrantur. His dictis, Asanes tacuit. Comitopulus, quo erat studio imperatoris incensus, in medium prodiens, hunc in modum disseruit. Neminem ego vestrum, quotquot adestis, fugere

A.C. 1342 καὶ παρελθὼν εἰς μέσους, ἔλεξε τοιάδε. „οὐδένα ὑμῶν, ὅσοι πάρεστε νῦν, οἶομαι ἀγνοεῖν, ὡς βασιλέως ἔτι περιόντος τοῦ μακαρίου τοῖς οἰκείοις συνεξηταζόμην καὶ τοῖς πολλῆς παρ' ἐκείνου καὶ τῆς εὐμενείας ἀπολαύουσι καὶ τῆς προνοίας. καὶ αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπέλιπον, τόγε εἰς ἐμὲ ἦκον, τοῦ μὴ τὴν προσήκουσαν εὔνοιαν εὐγνώμονι δούλῳ ἐπιδείκνυσθαι. οὐ μὴν διὰ τὸ ἐκεῖνον ἐξ ἀνθρώπων γεγονέναι νυνὶ μεταβαλὼν, τοῖς
B ἐκείνου παισὶ δεῖν ἔγνων πολεμεῖν, ἀλλὰ τὴν ὁμοίαν γνώμην καὶ νῦν ἔτι διατηρῶ. ὁρῶν δὲ βασιλέα μὲν τὸν Καντακουζηνὸν δίκαια καὶ λυσιτελῆ τοῖς παισὶ βασιλέως ἠρημένον πράττειν, Ἀπόκαυκον δὲ τὸν παρακοιμώμενον πολλὰς καὶ' αὐτοῦ διαβολὰς καὶ συκοφαντίας συνεσκευακότα καὶ ἄλλους προσεταιρισάμενον πονηροτέρους ἀνθρώπους καὶ διεφθορότας καὶ βασιλίδα ἐξηπατηκότας καὶ τουτονὶ τὸν πόλεμον τὸν μυρίων αἴτιον κακῶν νῦν τε ἄχρι γεγενημένον καὶ ἔτι πλειόνων ἐσόμενον πολλῷ κεκινηκότας, εἰ μὴ θεὸς ἄνωθεν κατασβέσει, ἐμέσησά τε τὴν πονηρίαν αὐτῶν καὶ βασιλεῖ μᾶλλον ἔκρινα δί-
C καιον προσέχειν, ὡς δίκαιά τε ἅμα καὶ βασιλέως τοῖς παισὶ συμφέροντα καὶ πᾶσιν ὁμοῦ Ῥωμαίοις διανοουμένῳ. νυνὶ δὲ, ὡς ἀκούομεν, δυσκόλοις τύχαις ἐκείνου χρησαμένου διὰ τῶν συνόντων τὴν ἀποστασίαν καὶ πρὸς τὸν Τριβαλῶν δυνάστην ἀφιγμένου, οὐ δίκαιον ἡμᾶς καταπεσεῖν, οὐδὲ πρὸς στάσεις καὶ διαφορὰς χωρήσαντας, ἀνδραπόδων δίκην σφᾶς αὐ-

1. καὶ om. P. 2. πάρεσται P.

arbitror, me imperatoris beatae recordationis domesticum, et quidem carum illi acceptumque fuisse: nec vicissim a me (quantum quidem praestare potui) quidquam in amore a probo fidelique servo domino suo remetiendo praetermissum memini. Nec quia ille ab hominibus abiit, ego alius factus, illius filiis bellum inferre decrevi, sed eamdem mentem etiam nunc gero. Cum autem animadvertam, Cantacuzeno propositum esse ea persequi, quae nec a iustitia aliena, et illis utilia sint, contra Apocauchum, cubiculi praefectum, multas in eum calumnias et sycophantias consuisse aliosque impuros ac sceleratos assumpsisse, qui et Augustam circumscripserunt et hocce bellum incenderunt, unde iam mille calamitates natae et plures his nasciturae sunt, nisi Deus de coelo id restinxerit, eorum improbitatem exsecratus, Cantacuzenum potius, et virum iustum et defuncti imperatoris liberis Romanisque universis consulentem, mihi sequendum censui. Quem cum modo in misera et acerba fortuna sua (utpote a suis proditum) ad Triballorum principem profectum audiamus, haud aequum est nos labascere et ad seditiones atque dissidia conversos, pro mancipiis nosmet hostibus turpiter dedere, sed animis consentientes, imperatrici Irenae ac nobis mutuo sacramenta

τοὺς τοῖς πολεμίοις καταπροδοῦναι, ἀλλὰ συμφρονήσαντας, A. C. 1342
ὅρκους δοῦναι βασιλίδι καὶ ἀλλήλοις, ἢ μὴν μηδένα μήτε δι' ἀγαθῶν πολλῶν ἐπαγγελίαν, μήτε δι' ἐπαγωγὴν πολλῶν δεινῶν, ἢ βασιλίδι καὶ παισὶν ἢ ἀλλήλοις ἐπιβουλεύσειν· ἀλλ' ἀμύνεσθαι τρόπῳ παντὶ τοὺς πολεμίους μίαν γνώμην ἔχοντας καὶ τὴν πίστιν ἄδολον καὶ καθαρὰν φυλάττειν βασιλεῖ. πέμ- D
πειν δὲ καὶ τὴν ταχίστην πρὸς ἐκεῖνον ἄνδρας, οἳ διδάξουσιν, ὡς ἡμεῖς ὑπὲρ ἐκείνου καὶ φιλτάτων καὶ τῆς γυναικὸς πάντα καὶ πράττειν καὶ ὑπομένειν ἐγνώκαμεν ἄχρι παντὸς, ἵν' αὐτός τε ἥδοιτο τοιαῦτα περὶ ἡμῶν ἀκούων καὶ ἡμῖν πολλὴν εἰδείη χάριν τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας. οὐδὲ γὰρ μικράν τινα οἴεσθαι ἐκεῖνον τὴν περὶ ἡμῶν φροντίδα ἔχειν χρὴ, ἀλλὰ πολλοῖς παλαίειν λογισμοῖς ὑποπτεύοντα, ὥσπερ εἰκὸς, μὴ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἀποκνήσωμεν." τοιαῦτα μὲν ὁ Κομιτόπουλος εἶπεν. εὐθὺς δὲ μετ' ἐκεῖνον ὁ Βατάτζης ἐπήνει τε P. 506
τὰ εἰρημένα καὶ ὡς μηδενὸς ἐνδέοντα, μήτε πρὸς σύνεσιν, μήτε πρὸς εὐβουλίαν, ἐπεψηφίζετο καὶ αὐτὸς καὶ ἐπέσπευδε τοὺς ὅρκους. Εἰρήνη δὲ ἡ βασιλὶς καὶ ὁ ἀδελφὸς Ἀσάνης τὴν Κομιτοπούλου παραίνεσιν νομίσαντες θεόθεν κεκινῆσθαι, V. 407
οἷν' εἴη πᾶσι παράκλησις πρὸς τοὺς ἀγῶνας τὸ τοὺς ὑποπτευομένους τουτουσὶν οὕτως ἔχοντας εὐνοίας φαίνεσθαι πρὸς βασιλέα, τῶν πολλῶν ἀναπνεύσαντες φροντίδων καὶ ἐπιψηφισάμενοι τὴν βουλὴν, ἐπειδὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐδόκει, τοὺς

dicere, nullum nostrum neque bonorum multorum pollicitatione illectum, neque multorum malorum invectione compulsum, illi eiusque liberis aut inter nos insidiaturos: sed omni ratione et una mente in hostem pugnaturos, fidemque germanam ac puram imperatori servaturos. Quin etiam certos homines celeriter ad eum mittendos iudico, qui doceant, nos pro ipso carissimisque eius filiis et uxore omnia semper et facere et pati constituisse: ut de nobis haec audiens laetetur deque tanta benevolentia gratias agat. Nec enim parum de nobis sollicitum esse credendum est, sed variis distractum cogitationibus suspicari, ut est verisimile, nos ignavia torpentes, certare amplius non audere. Hactenus Comitopulus: quem mox excipiens Batatzes, et dicta laudare et ut prudentissima atque consultissima suffragio suo approbare et iuramenta urgere. Irene vero imperatrix et Asanes frater, Comitopuli cohortationem ex divino afflatu exstitisse rati, ut ad dimicandum omnes acuerent, (propterea quod qui prius suspecti erant, tantam nunc erga imperatorem animorum inclinationem praeferebant,) magnis levati angoribus, cum et ceteri idem omnes sentirent, sacramenta concipi iusserunt: primusque se imperatricis frater obligavit. Interea quidam, Bratilus nomine, ab imperatore adveniens, non ille quidem litteras, sed ce-

A.C. 1342 ὅρκους ἐκέλευον τελεῖσθαι· καὶ ἐτελοῦντο, πρώτου τοῦ τῆς
B βασιλίδος ἀδελφοῦ ὁμωμοκότος. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐτελεῖτο, ἥκει τις ἐκ βασιλέως Μπρατίλος ὄνομα, ὃς γράμματα μὲν οὐκ εἶχε, κηρὸν δὲ ἐσφραγισμένον τῷ δακτυλίῳ τοῦ βασιλέως ἀξιοπιστίας ἕνεκα. καὶ πρῶτα μὲν προσηγόρευε βασιλίδα παραστὰς, ἔπειτα καὶ τοὺς ἄλλους ἐκ βασιλέως, διηγεῖτό τε τὰ περὶ Γυναικόκαστρον, οὐχ ὃν ἐγένετο τρόπον, ἀλλ' ὑφειμένως μάλιστα καὶ ὡς ἂν ᾤετο οὐ σφόδρα θορυβήσειν. πρὸς τοῦτο γὰρ ἔφασκε παρὰ βασιλέως ἐκπεμφθῆναι. ἔπειτα καὶ τοῦτο προσετίθει, ὡς ταραχῆς οὐ μικρᾶς περὶ τὴν βασιλέως στρατιὰν γεγενημένης καὶ πρωτοστράτορός τε καὶ ἄλλων ἀποστάντων διὰ τὸ μὴ τὴν οἰκοι ζημίαν φέρειν δύνασθαι, περὶ Κράλη πυθόμενος ὁ βασιλεὺς ὡς διαρίβοι ἐγγὺς, γένοιτο
C πρὸς αὐτὸν κατὰ φιλίαν παλαιάν. ἐκείνου δὲ ἀσμένως ὑποδεξαμένου καὶ μετὰ πολλῆς φιλοφροσύνης καὶ εὐνοίας καὶ στρατιὰν πολλήν τε καὶ ἀγαθὴν παρεσχημένου κατὰ συμμαχίαν, νῦν πρὸς ὁδοιπορίαν εἶναι οἴεσθαι καὶ ἀφίξεσθαι μετὰ μικρόν· αὐτὸν δὲ πεμφθῆναι πρότερον ἀπαγγελοῦντα τὰ γεγενημένα, ὡς ἂν μὴ διεφθαρμένως πυθόμενοι καὶ μετὰ πολλῆς προσθήκης θορυβῆσθε. ἠξίου τε μὴ μέλλειν, ἀλλὰ παρασχομένους γράμματα περὶ αὐτῶν ὅπως ἔχουσι δηλοῦντα, αὖθις εἰς βασιλέα ἀποπέμπειν. πολλὴν γὰρ αὐτῷ περὶ αὐτῶν φροντίδα εἶναι, καὶ τοῦ παντὸς τιμᾶσθαι τὸ πυθέσθαι
D τι περὶ αὐτῶν. ἔφασκε δὲ καὶ παρὰ βασιλέως γράμματα

ram annulo eius signatam fidei causa afferebat. Hic primum imperatricem adiens, salutem dicit: deinde alios quoque verbis imperatoris salutat: et de Gynaecocastro narrat (cuius gratia se missum autumabat) non ut revera contigerant, sed obiter admodum et quomodo non multum terroris sese daturum existimabat. Adiiciebat, turbationem non modica inter milites suborta, post protostratoris aliorumque secessionem, quod domestica damna ferre non potuissent, audito Cralem haud procul abesse, imperatorem pro veteri amicitia ad eum profectum esse: ibi libenter valdeque comiter et benevole susceptum et auxiliaribus copiis magnis ac fortibus auctum esse: putareque se, nunc iter versus Didymotichum tenere et brevi coram affuturum, seque praemissum, ut gesta nuntiaret: ne, si aliter quam pro veritate et multis cum additamentis audirent, turbarentur. Nec cunctandum, sed datis sibi de statu ipsorum litteris, ad imperatorem se remittendum affirmabat, qui in multa de ipsis cura versetur: quippe cui in eo sint omnia, ut res eorum cognoscat. Aiebat item, epistolam se ab eodem accepisse, eadem, quae narrasset, continentem. Ceterum multis per viam occurrentibus, timuisse, ne interceptus, propter eam aliquid calamitatis perpe-

λαβεῖν, ἃ καὶ αὐτὸς εἶπε περιέχοντα· πρὸς τὴν ὀδοιπορίαν A.C. 1342
δὲ πολλῶν συντυγχανόντων, δείσας μὴ ἄλῳ καὶ αὐτός τε δι' ἐκεῖνα εἰς πεῖραν ἔλθῃ πολλῶν κακῶν καὶ ἡ πρᾶξις κωλυθῇ, τὰ γράμματα ἀφανίσαι, τὴν σφραγῖδα δὲ μόνην ἀξιοπιστίας ἕνεκα φυλάξαι, δυναμένην ἐπὶ τὰ κοῖλα τοῦ στόματος τοὺς ἐρινεῶντας διαδιδράσκειν. ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα λέγων ἐπισπίετο, καὶ πολλὴν παρείχετο παραψυχὴν καὶ τὸ πολὺ τῆς ἀθυμίας ἐπεκούφιζεν. ἤδεισαν γὰρ αὐτὸν οὐδὲ πρότερον εὐφυῶς ἔχοντα διὰ κουφότητα περὶ τὸ πλάσματα συντιθέναι. τοτὰ δὲ οὐκ ἦσαν, ὡς ἀπήγγελλεν. ἀλλ' ἡνίκα ἐν Γυναικοκάστρῳ ἡ περὶ βασιλέα ἐγίνετο ἀποστασία καὶ σύγχυσις δεινὴ καὶ ἀταξία ἦν περὶ τὴν στρατιάν, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς παρῆν εἰς P. 507
τοῦτο τεταγμένος σὺν πλείοσιν ἑτέροις τοιούτοις, ἵν' εἴ που δέοιτο βασιλεὺς ἀγγελίαν κρύφα πέμπειν, αὐτὸς διακομίζοι διὰ τὴν εὐτέλειαν λανθάνων, προσελθὼν ἐδεῖτο βασιλέως, ἐπεὶ μὴ γράφειν δύναιτο διὰ τὴν ἀκαιρίαν, σφραγῖδα παρέχειν ἐκ τοῦ δακτυλίου, ἵν' ᾖ πιστεύεσθαι ἀπαγγέλλοντι τοῖς ἐν Διδυμοτείχῳ περὶ τῶν γεγενημένων· νομίσας δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς προσήκοντα εἰρηκέναι τῷ καιρῷ, παρεῖχε. Βρα- τοτίλος μὲν οὖν τοιαῦτα τοῖς ἐν Διδυμοτείχῳ ἀπαγγείλας, γράμματά τε αὖθις παρὰ βασιλίδος καὶ τῶν ἄλλων λαβών, ᾤχετο B
πρὸς βασιλέα.

μή. Ὁ δὲ ἐπὶ τῆς ἔξω Διδυμοτείχου συνοικίας δῆμος V. 408
οὐ πολλῷ ὕστερον οὐκ ἀνεκτὸν ἡγούμενοι, εἰ μὴ τὰ ἴσα καὶ αὐ-

14. διακομίζει P. 15. λανθάνον P.

teretur et negotium ad nihilum caderet, atque ideo conscidisse; signum solum fidei faciendae retinuisse, quod cavo oris inditum, scrutantes posset effugere. Eius dictis solatii ac levamenti plenis adiuncta fides, quod scirent hominem nec alias ad mendacia ex levitate componenda ingeniosum fuisse. Res vero secus erat, quam ille memoraverat. Quando enim Gynaecocastri ab imperatore defectio tantaque confusio ac perturbatio incidit, quoniam et ipse aderat, cum pluribus sui similibus ad hoc constitutus, ut, si quo opus esset imperatori occulte mittere litteras, ipse ferret, qui propter vilitatem suam facile lateret, accedens rogavit, ut, quoniam tempore exclusus scribere litteras non posset, signum ex annulo impressum daret, quo sibi gesta memoranti Didymotichenses crederent. Tempestive locutum arbitratus imperator ita fecit. Bratilus ergo his Didymotichum nuntiatis, rursum ab imperatrice ceterisque accepta epistola ad imperatorem est reversus.

48. At plebs suburbana Didymotichi non multo post minime ferendum putans, si non etiam alios populos aemulata, potentes interficeret, praefectis imprudentibus, noctu ad tumultum inter se

A.C. 1342 τοὶ τοῖς ἄλλοις δήμοις δρᾷεν καὶ διαφθείροιεν τοὺς δυνατούς,
C τῶν ἀρχόντων αὐτοῖς μὴ συνειδότων, νυκτὸς ἐπὶ τὴν στάσιν
ἀλλήλους παρορμήσαντες καὶ καθοπλισάμενοι ὡς εἶχον πάν-
τες ἅμα ἕῳ πρὸς τὰς πύλας ἐλθόντες, ἐτειχομάχουν καὶ πάν-
τας ἠπείλουν ἀποκτείνειν τοὺς ἔνδον, εἰ μὴ ἐκόντες προσχω-
ροῖεν· οὕτω γὰρ ἂν μόλις φείσεσθαι μὴ ἀποκτείνειν. Ἀσά-
νης δὲ καὶ ἡ ἔνδον στρατιὰ ἡγησάμενοι δεινὸν, εἰ μετὰ τῶν
ἐκ Βυζαντίου καὶ τῆς ἐκ τῆς ἄλλης ἀρχῆς Ῥωμαίων στρα-
τιᾶς καὶ παρὰ τῶν οἰκείων πολιορκοῖντο, ὁπλισάμενοι καὶ
αὐτοὶ καὶ ἀνοίξαντες τὰς πύλας συνεπλέκοντο τῷ δήμῳ ἐξελ-
θόντες. ἐκεῖνοι δὲ οὐδὲ πρὸς ὀλίγον ἀντισχόντες προς τὴν
μάχην, ἔφευγον ὡς εἶχον, παῖδας καὶ γυναῖκας μόνας ἀνα-
D λαβόντες καὶ διεσκεδάσθησαν κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις, μη-
δὲν ἐπιφερόμενοι ὧν εἶχον· πλὴν τινων ὀλίγων, οἳ διὰ τὸ μὴ
συμμετεσχηκέναι τῆς στάσεως τοῖς ἄλλοις μένειν συνεχωρή-
θησαν ἐπὶ τῶν οἰκιῶν. ἡ στρατιὰ δὲ τὰς οἰκίας τῶν φυγόν-
των διεπόρθουν καὶ πάντα εἰσεκόμιζον ἐντὸς τειχῶν. ὀλίγῳ
δὲ ὕστερον καὶ τὰς ξυλώσεις καθαιροῦντες, ἐχρῶντο πρὸς τὸ
πῦρ, ὑπὸ τῶν ἐν Βυζαντίῳ ἤδη πολιορκούμενοι. ἡ γὰρ
ἐκ Βυζαντίου στρατιὰ, ἄχρι μὲν οἱ ἔξω Διδυμοτείχου πρὸς
τοὺς ἔνδον ὡμοφρόνουν, οὐδὲ ἐγγὺς γενέσθαι ἐπεχείρουν,
ἀλλὰ εἰσβάλλοντες, τὰ πόρρω διεπόρθουν καὶ ὡς τάχιστα
ἀνεχώρουν. ἐπεὶ δὲ ἡ στάσις γένοιτο καὶ ἐκπολεμωθεῖεν
τοῖς ἔνδον οἱ ἐκτὸς, αὐτοί τε ἐφθάρησαν παντάπασιν ἀνάστα-

cohortati armatique ut poterant, omnes bene mane ad portas procedunt, muris oppugnationem inferunt: minantur oppidanos omnes perempturos, ni se dediderint; sic enim vix tamen manus a caede cohibituros. Hic Asanes et praesidium rem periculosam rati, si praeter Byzantios et alios aliunde ex imperio contractos etiam a domesticis obsiderentur, accincti et ipsi, portis apertis cum populo conflicturi erumpunt. Qui nec aliquamdiu saltem impetum sustinens, fugit ut potuit, filiis et uxoribus tantum assumptis: nihilque aliud rerum suarum secum asportans, per alias urbes dissipatus est. Paucis, quod seditionis participes non fuissent, domicilia sua habitare permissum. Milites, fugitivorum domibus direptis, totam praedam in urbem intulerunt. Brevi intervallo etiam materiationem destruentes, ea a Byzantiis iam obsessi ad focum usi sunt. Nam Byzantii, quamdiu Didymotichenses suburbani cum oppidanis voluntatibus congruebant, ne pedem quidem propius ferre audebant: sed remotiora agri depopulantes, properato se in stativa recipiebant. Tumultu autem et seditione conflata, suburbani urbanos hostilem in modum aggressi, et ipsi omnino sedibus suis pulsi perierunt, et urbani, imminutis magnopere viribus, pugna hostibus pares amplius

τοι γεγενημένοι, καὶ οἱ ἔνδον τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως ὑφαιρε- A. C. 1342
θέντες, ἀσθενεῖς τε ἦσαν καὶ οὐκέτι πρὸς τοὺς πολεμίους ἀξι- P. 508
όμαχοι. ὅθεν κἀκεῖνοι ἐπιόντες καὶ στρατοπεδευόμενοι ἐγγὺς
διεκαρτέρουν. οἱ μέντοι ὑπολειπόμενοι τοῦ δήμου ἐν Διδυ-
μοτείχῳ, τῶν οἰκημάτων ὑπὸ τῆς στρατιᾶς καθαιρεθέντων,
αὐτοὶ τοὺς λίθους ἐκκαθαίροντες, πρὸς λαχανισμὸν ἐχρῶντο
τῷ χωρίῳ. καὶ τέλος ἤδη εἶχε τὸ περὶ τοῦ χωρίου τούτου
τῷ μητροπολίτῃ τῆς αὐτῆς πόλεως ὀλίγῳ πρότερον προειρη-
μένον. ἔτι γὰρ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν εἰς
ἑσπέραν ἐκστρατείαν παρασκευαζομένου, ἐδόκει δεῖν διὰ
τὸν πόλεμον περὶ τὴν ἔξω συνοικίαν τάφρον περιελαύνειν, B
ἵνα μὴ ῥᾳδία ἡ εἴσοδος τοῖς πολεμίοις εἴη, εἴ ποτε ἐσβάλοιεν.
διανενεμημένης δὲ τῆς τάφρου κατὰ φατρίας παντὶ τῷ δήμῳ,
ὥστε ἀνορύττειν, καὶ τοῖς ἐν τῷ κλήρῳ τῆς ἐκκλησίας πᾶσι
παρείχετο μερίς. δυσχεραινόντων δὲ ἐκείνων διὰ τὸ πονεῖν
καὶ προσαγγελλόντων τῷ μητροπολίτῃ τοὺς ἐπὶ τὰ ἔργα ἀ-
ναγκάζοντας, „οὐδὲν μέν" εἶπεν ἐκεῖνος „τὰ τοιαῦτα πρὸς τὸν
πόλεμον λυσιτελήσει. μετ' οὐ πολὺ γὰρ ὃ περιποιοῦνται χω-
ρίον πρὸς λαχανισμὸν ἐπιτηδείως ἕξειν. τοῦ δὲ μὴ δοκεῖν
αὐτοὺς τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος ἀμελεῖν, ἐκέλευε τὰ ἐπιτε-
ταγμένα πράττειν. ὧν ὀλίγῳ ὕστερον ἐκβάντων, ἀνεμιμνή-
σκοντό τε οἱ ἐν Διδυμοτείχῳ καὶ ἐθαύμαζον τὸν ἄνδρα τῆς C
προαγορεύσεως. οἱ μέντοι παρὰ Κράλη βασιλεῖ τῷ Καντα- V. 409
κουζηνῷ ἐπιτεταγμένοι συμμαχεῖν, ἐπεὶ παρεσκευασμένοι ἦ-
δη ἦσαν καὶ ἔμελλον ἔργου ἔχεσθαι, τῷ σφετέρῳ δυνάστῃ

non erant. Unde illi, Byzantii inquam, propius accedere et locatis castris perseverare non dubitarunt. Ex Didymotichensibus suburbanis restantes, vicinorum aedibus a milite eversis, ipsi lapides et rudera efferebant et per areas illas oluscula serebant. Et iam evenerat, quod de hoc loco ipsius urbis metropolita non ita pridem vaticinatus fuerat. Nam dum se Cantacuzenus ad expeditionem occidentalem adhuc instrueret, suburbana ad hostem arcendum fossa debere circumdari decernebat. Tributim igitur toti populo et clericis ecclesiae ad fodiendum pars describebatur. Quibus, clericis puta, laborem indignantibus et exactores operum ad episcopum deferentibus, ille hanc fossam bello nihil profuturam praedixit. Quem enim locum servare et custodire uiterentur, brevi olerum sationi idoneum habituros. Verumenimvero ne commodum publicum parvi pendere videretur, iussit imperata fieri. Cum non diu post eventus respondisset, Didymotichenses in memoriam praedictionis regressi, virum de ea suspexerunt. Porro a Crale Cantacuzeno adiuvando designati iamque parati et ad opus accessuri, dominum suum conveniunt, haud utile se et illum sibimet ipsis consilium inivisse autumant,

A.C. 1342 προσελθόντες, οὐ λυσιτελοῦντα ἔφασαν σφᾶς τε αὐτοὺς κἀκεῖνον βεβουλεῦσθαι περὶ ἑαυτῶν, οὕτως ἀπερισκέπτως τὸ κράτιστον τῆς αὐτῶν δυνάμεως ἐγχειρίσαντας Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ. εἰ γὰρ ἐκεῖνος διαλύσεις θέμενος πρὸς Ἄνναν τὴν βασιλίδα, κρύφα ἐπιβουλεύσειεν αὐτοῖς καὶ διαφθερεῖ μὴ προ-5 αισθομένους τὴν ἐπιβουλήν, τί λοιπὸν ἢ ἐπανελθόντα παῖδας καὶ γυναῖκας ἄγειν ἐπὶ δουλείᾳ καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν Τρι-
D βαλῶν ἀρχὴν ὑποποιεῖσθαι; δι' ἃ οὐ χρῆναι χωρὶς ὁμήρων ἐκείνῳ συμμαχεῖν· ἀλλ' εἴ τι δέοιτο τῆς αὐτῶν ἐπικουρίας, τὸν νεώτερον τῶν υἱῶν ὁμηρεύσοντα καταλείπειν παρ' αὐτοῖς. 10 οὕτω γὰρ προθύμως συστρατεύσεσθαι καὶ μηδεμίαν πρὸς τὸ μέλλον πονηρὰν ἐλπίδα σχήσειν. Λίβερος δὲ ἰδίᾳ ἐδεῖτο Κράλη, πείθειν βασιλέα τὴν ἐκείνου θυγατέρα Μανουὴλ τῷ νεωτέρῳ υἱῷ κατεγγυᾶν· πυθέσθαι γὰρ περὶ Συργῆ, ὡς διαλύσειε τὸν γάμον θυγατρὸς διὰ τὸν πόλεμον, ἣν ἔτι περιόν-15 τος Ἀνδρονίκου βασιλέως τούτῳ δὴ κατηγγύησε τῷ Μανουήλ. καὶ ἐδόκει κἀκείνῳ δίκαια καὶ συμφέροντα ἀξιοῦν τοὺς στρατηγούς. διὸ καὶ ἀπήγγελλε βασιλεῖ τὰ παρ' ἐκείνων εἰρημέ-
P. 509 να καὶ συνεβούλευε πείθεσθαι αὐτοῖς, τοῦτον τὸν τρόπον προθύμως συστρατευσομένοις. ἐδεῖτό τε ἰδίᾳ καὶ περὶ Λι-20 βέρου τῆς θυγατρὸς ἐπὶ γάμῳ συνάπτειν τῷ υἱῷ, καὶ μὴ τὸ διάφορον ἀμφοῖν τῆς εὐδοξίας, ἀλλὰ τὴν συντέλειαν, ἣν πρὸς τὰ παρόντα συντελέσειε, σκοπεῖν. πρὸς γὰρ τῷ καὶ τοῖς ἄλλοις Τριβαλοῖς πρὸς ἡδονὴν τὸν γάμον εἶναι τοῦ παιδός,

13. Κράλῃ P. 19. τὸν om. P.

quando tam incaute florem ac nervum potentiae suae Cantacuzeno tradidissent. Si enim pace cum Anna imperatrice clam composita, ipsis insidietur, nec insidias praesentientes occidat, quid reliquum, nisi ut regressus liberos et coniuges eorum in servitutem abripiat, universumque Triballorum principatum sibi subiiciat? Ideo tum demum iuvandum (si ipsorum egeat auxilio) quando iuniorem filium apud eos obsidem reliquerit: sine obsidibus non iuvandum. Sic enim cupide una militaturos nullamque in futurum malam spem de eo concepturos. Liberus autem privatim Cralem orare, imperatori auctor esset, ut is Manueli, iuniori filio, ipsius Liberi filiam desponderet; audiisse enim, Syrgen sponsalia inter eius filiam et Manuelem hunc, cui eam, Andronico imperatore adhuc in vita manente, despondisset, belli causa rescidisse. Et videbantur Crali quoque duces aequum et bonum postulare. Quamobrem quid velint, imperatori renuntiat: hortatur, ut eis obsecundet: hac enim ratione impigre militaturos. Separatim vero de Liberi filia cum filio eius nuptiis consocianda rogat et monet, ne quod sit inter ambos ex generis claritate discrimen, sed quantum in praesens efficere hac via

ἔτι καὶ Λίβερον αὐτὸν οὐ σύμμαχον ἕξειν ἔτι καὶ φίλον, ἀλλὰ A.C. 1342
δοῦλον ἀκριβῶς καὶ πάντα προησόμενον προθύμως ὑπὲρ τῶν
αὐτῷ λυσιτελούντων· οὕτω γὰρ ἐπαγγέλλεσθαι καὶ αὐτόν.
ἐδόκει μὲν οὖν πολλὴν ἐπιείκειαν καὶ εὐγνωμοσύνην τὸ τοι-
οῦτο Κράλῃ συμμαρτυρεῖν, εἰ τοῦ παρ' αὐτῷ δυνατωτάτου
βασιλεῖ προστιθεμένου καὶ οὕτω φανερῶς ὑπὲρ ἐκείνου πάν- B
τα ποιήσειν ἐπαγγελλομένου, εἰ πείθοιτο μόνον τὴν ἐκείνου
θυγατέρα συνοικίζειν τῷ υἱῷ, μήθ' ὑποπτεύειν αὐτὸς, μήτε
κωλύειν ἐπεχείρει, συνέπραττε δὲ μᾶλλον. τοῦτο δὲ οὐ μᾶλλον
τῆς ἐπιεικείας Κράλῃ ἦν, ἢ τῆς Λιβέρου περιουσίας καὶ τοῦ
μεγάλα δύνασθαι παρὰ Τριβαλοῖς, ὥστε καὶ αὐτὸν Κράλην
προσκρούειν ὀρρωδεῖν. ὁ μὲν οὖν Κράλης τοιαῦτα πρὸς βα-
σιλέα διεξῄει, παρόντος καὶ Λιβέρου. βασιλεὺς δὲ ἐπείθετο
πρὸς ἀμφότερα λυσιτελοῦντα ὁρῶν ἐν τῷ παρόντι, καὶ τήν τε
ὑποψίαν ἀπωθεῖτο, ὡς ἀδικήσειέ ποτε καὶ ἐπιβουλεύσειε τοῖς C
συμμάχοις. οὐ γὰρ τοιαύταις αὐτὸς ἐπίστασθαι τοὺς φίλους
ἀμείβεσθαι εὐεργεσίαις, ὅπου γε καὶ τοῖς πολεμοῦσι φανερῶς
οὐδέποτε ἐπιβουλεύων ἐφάνη. καὶ τὸ πρὸς Συργὴν κῆδος οὐκ
αὐτὸς διαλύειν πρῶτος ἔφασκεν, ἀλλ' ἐκείνου ἀπειπαμένου,
μηδεμίαν αἰτίαν εἶναι, εἰ καὶ αὐτὸς ἑτέραν τῷ υἱῷ ἁρμόσε-
ται. καίτοι γε οὐδ' εἰς τοσοῦτο δεσμῶν ἥκειν τὸν γάμον, ὥσ-
τε μὴ ἔξεῖναι διαλύειν· εἰ γὰρ μέχρι ὅρκων προεχώρει, ἐξ
οὐδεμιᾶς ἂν αἰτίας ἐπεχείρησε διασπᾶν αὐτός. τοιγαροῦν ἀφιέ-

11. *Κράλην* add. M.

possit, intueatur. Nam praeterquam quod et aliis Triballis hae nuptiae iucundae sint futurae, etiam Liberum ipsum non socium modo et amicum, sed et servum plane ipsius fore omniaque eius utilitati prompte postpositurum, quod ipsemet polliceatur. Haec res, ut apparebat, magnum Crali aequitatis et candoris testimonium dabat, quod dynastarum suorum potentissimo cum imperatore se coniungente adeoque manifeste omnia illius causa facturum pollicente, si is tantum filiam ipsius filio suo collocaret, nihil suspicaretur mali, nec praepedire negotium tentaret, sed adiuvaret magis. Verum istuc non tam aequitati Cralis, quam Liberi opulentiae magnaeque inter Triballos potentiae adscribendum, propter quam et ipse Crales eum offendere timebat. Haec igitur ille cum et Liberus adesset, apud imperatorem disseruit; qui quod tum illud, tum hoc in praesentia conducere videbat, neutrum recusat et ita suspicionem eximebat: nescire enim se amicos sic remunerari, quando constaret, nec apertis hostibus unquam insidiatum; et affinitatem cum Syrge non priorem dissuisse, sed eo generum abdicante, causae nihil esse, cur non et ipse aliam filio suo uxorem iungeret, praesertim cum nondum sic adstrictum fuerit matrimonium, ut dissolvere non liceret. Si iuramentum intercessisset, nulla de causa id distracturum

A. C. 1342 ναι τὸν υἱὸν ἅμα μὲν γαμβρὸν ἐσόμενον Λιβέρῳ, ἅμα δὲ καὶ τῆς στρατιᾶς ἕνεκα τοῦ θαῤῥεῖν αὐτῷ, ὡς οὐδέποτε ἐπιβουλεύσειε· μὴ μέντοι παντάπασι διατρίβειν παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐπανήκειν
V. 410 πρὸς αὐτὸν, ἡνίκα ἂν καλοίη. Λίβερος δὲ ἐπεὶ ἀκούσειε βασιλέα
D πεπεισμένον πρὸς τὸ τὴν ἐκείνου θυγατέρα ἄγειν τῷ υἱῷ, προσε-5 κύνει τε καὶ ἠσπάζετο τὸν βασιλέως πόδα, καὶ πολλὰς ὡμολόγει χάριτας ἐκείνῳ τε τῆς εὐεργεσίας καὶ Κράλῃ τοῦ συνεπιλαβέσθαι πρὸς τὸ ἔργον. τοῦτο δὲ λόγοις μόνον συνετίθετο ψιλοῖς· ὅρκοις δὲ ἢ δεσμοῖς τισιν ἄλλοις πρὸς τὸν γάμον οὐκ ἐχρήσαντο.
P. 510 μϑ'. Μετὰ δὲ τοῦτο τὴν στρατιὰν παραλαβὼν ἤδη πα-10 ρεσκευασμένην περὶ θέρους ἐκβολὰς ἅμα καὶ Κράλη μετὰ γυναικὸς παρεπομένου ἄχρι τῆς Ῥωμαίων ὅρων ἡγεμονίας,
B ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἀνεχώρουν συνταξάμενοι· βασιλεὺς δὲ τὴν τεταγμένην ἔχων στρατιὰν, ἐστρατοπέδευσεν ἐν Φεραῖς καὶ διήγαγεν ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις διαλεγόμενος Φεραίοις περὶ15 τοῦ προσχωρεῖν αὐτῷ. Συργὴς γὰρ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκ Γυναικοκάστρου Φεραῖς ὀλίγον ἐδιατρίψας, ἦλθε πρὸς Βυζάντιον, κἀκεῖθεν εἰς Ἀρμενίαν ἀπεχώρησεν, Ἀρμενίων ἐπὶ τὸ σφίσιν ἄρχειν αὐτὸν προσκαλεσαμένων, ἐκ πατρῴου προσηκούσης αὐτῷ κλήρου τῆς ἀρχῆς. Φεραῖοι δὲ20 οὐδὲν μᾶλλον ἢ πρότερον ἦσαν βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ
C παρεσκευασμένοι πολεμεῖν, καὶ τοὺς προσιόντας ἐπὶ τῷ διαλέγεσθαι λίθοις ἔβαλλον καὶ βέλεσιν ἀπὸ τῶν τειχῶν. ὅθεν καὶ ἡ στρατιὰ ὡς πολεμίων ἀδεῶς τὴν χώραν διεπόρθουν. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐτελεῖτο, Βράκτος τῶν ἡγεμόνων25

fuisse. Proinde dimittere se filium, simul generum futurum Libero, simul propter copias sociales, ut ne quid ab se insidiarum metuant: non sic tamen, ut apud eos omnino semperque maneat, sed ubi pater revocaverit, redeat. Liberus ut imperatorem de connubio annuisse cognovit, cum adorans pedemque deosculans, multas ipsi de beneficio et Crali de opera gratias egit. At enim haec nudis tantummodo verbis transigebantur; iuramentis aut nexibus aliis ad nuptias conglutinandas non sunt usi.

49. Praecipiti aestate imperator, Crale cum uxore usque ad confinia prosequentibus ibique dicta salute recedentibus, cum paratis et attributis sibi copiis Pheras processit: ubi ad triduum manens, cum Pheraeis de deditione egit. Syrges enim e Gynaecocastro reversus, non diu Pheris subsistens, Byzantium petivit: inde in Armeniam, ab Armeniis ad sceptrum, ei ex paterna sorte debitum, vocatus discessit. Pheraei nihilo magis quam ante ad Cantacuzeni partes propendebant, et accedentes ad colloquendum saxis ac telis de muro repellebant; quare exercitus agrum ut hostilem secure devastabat. Dum haec aguntur, Bractus, praestantissimus e

τῆς στρατιᾶς ὁ διαφορώτατος ἐνόσησε καὶ διεκαρτέρησεν ἐκεῖ A. C. 1342
ἡ στρατιὰ ἑστρατοπεδευμένη μίαν ἡμέραν ἐπὶ δέκα. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ῥᾴων ἦν, Λίβερος κατείχετο τῇ νόσῳ καὶ ἔδει τοσοῦτον χρόνον περιμένειν ἢ καὶ πλείω. ῥαΐσαντος δὲ ἐκείνου, οἱ λοιποὶ ἐνόσουν τῶν ἀρχόντων καὶ ἡ στρατιὰ σύμπασα σχεδόν. μέλιτος γὰρ ἐμφορούμενοι καὶ κρεῶν, ὧν ἡ χώρα μάλιστα εὐπόρει, εἶτα ἀποθλίβοντες καὶ σταφυλὰς καὶ τοῦ ἀ- D
πορρέοντος αὐτίκα ἐμφορούμενοι, εἰς πυρετοὺς ἐνέπιπτον καὶ φθοάς, ἔπειτα ἀπέθνησκον κατεργαζόμενοι ὑπὸ τῆς νόσου. καὶ τῶν τε μάλιστα ἐν λόγῳ ἐτεθνήκεσαν οὐκ ὀλίγοι, καὶ τῆς στρατιᾶς ὑπὲρ πεντακοσίους καὶ χιλίους· Ῥωμαίων δὲ τῶν βασιλεῖ συνόντων οὐδὲ εἷς, οὔτε μὴν ἐνόσησεν. Ἀπόκαυκος δὲ ὁ μέγας δοὺξ ἐπεὶ ἐπύθετο τὸν Καντακουζηνὸν βασιλέα στρατιὰν ἔχοντα ἐκ Τριβαλῶν περὶ Φερὰς ἐστρατοπεδευμένον εἶναι καὶ μέλλοντα εἰς Διδυμότειχον ἐπανήκειν, κατὰ τάχος ἔπεμπε τριήρεις εἰς Χριστούπολιν, ἅμα δὲ καὶ στρατιὰν ἐκ τῆς ἠπείρου, ὡς τὸ ἐκεῖσε τείχισμα φυλάξοντας καὶ κωλύσοντας διαβαίνειν τὴν στρατιάν. ἦν γὰρ ὁ τόπος ἐπιτηδείως ἔχων εἰς φυλακὴν τὴν ἐκ τῶν ὁπλιτῶν, οὐ διὰ τὸν ἐπιτειχισμὸν μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ κρημνώδης ὢν δύσκολον τοῖς ἐπι- P. 511
πεῦσι παρείχετο τὴν δίοδον, μάλιστα εἰ καὶ ὑπό τινων κωλύοιντο. οἱ Τριβαλοὶ δὲ μάλιστα μὲν διὰ τὴν νόσον καὶ τὸ V. 411
πολλοὺς ἀποθνήσκειν καθ' ἡμέραν, οὐχ ἧκιστα δὲ καὶ διὰ τὸ πυθέσθαι τὸ τείχισμα ὑπὸ Ῥωμαίων κατεχόμενον, ἀνα-

15. καὶ om. P.

ducibus, morbo corripitur, mansitque eo loci exercitus dies undecim. Postquam ei melius est factum, Liberus aegrotare coepit, rursumque diebus tot idem aut etiam pluribus illic haerendum fuit. Ubi is quoque convaluit, reliquos duces ac totum ferme exercitum valetudinis incommoditas pervasit. Siquidem melle et carnibus, quibus regio maxime abundat, farti ac distenti, deinde ex uvis compressis musto defluente obruti, in febres et tabem incidebant: tum ita confecti interibant, praesertimque honoratorum non pauci moriebantur. De gregariis autem animas liquere supra mille quingentos: Romanorum nemo ne tentatus quidem est. Apocauchus magnus dux, ut Cantacuzenum cum copiis Triballicis, prope Pheras morantem, Didymotichum reversurum rescivit, subito triremes Christopolim, simulque ex continenti manum ad murum ibidem custodiendum et transitu illum prohibendum misit. Erat enim locus defensioni idoneus gravis armaturae militi, non propter muri altitudinem dumtaxat, sed quia propter praecipitia quoque (potissimum si prohibentium vis adesset) equiti perdifficilem transitum efficiebat. Triballi propter morbum et quotidiana multorum funera, ac praesertim, quod murum seu munitionem illam a Romanis occu-

A C. 1342 στρέφειν ἔγνωσαν ἐκ τῶν Φερῶν πρὸς τὴν οἰκείαν. βασιλεὺς δὲ, ἐπεὶ βιάζεσθαι οὐκ ἐνῆν οὕτω πάσχοντας κακῶς ὑπὸ τῆς νόσου, τοὺς ἐν τέλει πάντας καὶ ἡγεμόνας συναγαγὼν, παρήνει μὴ ἀθυμεῖν, μηδὲ τὴν ἀποτυχίαν ταύτην ὡς τι τῶν δεινῶν λογίζεσθαι, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐνθυμουμένους, ὡς πάντα μὲν
B θεοῦ προνοίᾳ διοικεῖται· ἀδύνατον δέ τι τῶν μὴ δεόντων ὑπ' ἐκείνου πράττεσθαι, πάντα στέργειν, ὡς μάλιστα λυσιτελῶς ἡμῖν πραττόμενα παρὰ θεοῦ. καὶ τὸ νῦν μὲν ἔχον, ἐπανελευσόμεθα πρὸς τὴν οἰκείαν, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον πάλιν παρασκευασάμενοι, ἐλευσόμεθα εἰς Διδυμότειχον, ἂν φίλον ᾖ θεῷ. οἱ μὲν οὖν Τριβαλοὶ πολλὰς χάριτας ὡμολόγουν βασιλεῖ πρὸς τὴν παραίνεσιν. καὶ γάρ τοι μάλιστα χαίροντες πρὸς τὴν ἐπάνοδον, ὅμως μὴ προσκρούειν βασιλεῖ ἐβούλοντο, δοκοῦντες ἄκοντος ἀναχωρεῖν. Ῥωμαῖοι δὲ ἐν δεινῷ ἐτίθεντο καὶ οὐδὲν ἐνόμιζον ἀπεοικέναι τὴν ὁδὸν ἐκείνην, ἢ εἰ πρὸς Ἀχέρον-
C τα βαδίζειν ἠναγκάζοντο, καὶ δεινῶς ἐθορυβοῦντο καὶ ἐστασίαζον, πρὸς τοὺς ἐν Χριστουπόλει βουλόμενοι ἀποχωρεῖν. ὁρῶν δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν διχόνοιαν αὐτῶν καὶ τὴν μελετωμένην ἀποστασίαν, περιστησάμενος ἑαυτῷ καὶ ὑπομνήσας, ὡς οὐκ ἰδίας πλεονεξίας ἢ τιμῆς ἐπιθυμίας, ἀλλ' αὐτῶν ἕνεκα δεομένων, μὴ περιιδεῖν διαφθαρέντας καὶ δουλωθέντας Ἀποκαύκῳ τῷ παρακοιμωμένῳ, τὸν ἀγῶνα ὑπελθεῖν· ἔπειτα καὶ ὧν ἐν ἀρχῇ τοῦ πολέμου μάλιστα διαλεχθείη πρὸς αὐ-

8. ἔχων P.

patam intellexissent, Pheris in patriam redire statuerunt. Imperator cum eos a morbo tam male affectos ad manendum cogere non posset, omnibus proceribus ac ducibus convocatis, eos hortatur, ne pusillo sint animo, neve hanc frustrationem in malis numerent; sed illud cogitantes, divina providentia universitatem administrari et non posse a Deo quidquam fieri, quod non deceat fieri, boni consulerent omniaque ab illo ad emolumentum suum fieri interpretarentur. Et nunc quidem, inquit, domum redibimus; non multo autem intercedente tempore rursum instructi, Didymotichum, si Deo placuerit, petemus. Triballi magnas imperatori de admonitione gratias agere. Etsi enim de reditu mire lactarentur, tamen imperatorem, si eo invito recedere viderentur, nolebant offendere. Romani stomachari ac putare, se ad Acherontem ire compelli, tumultuantesque et seditione frementes Christopolim abire velle. Imperator eorum a se dissensionem meditatamque discessionem videns, advocata concione, eos admonet, non avaritia aut ambitione, sed ipsorum causa, qui rogassent, ne se ab Apocaucho, sacri cubiculi praefecto, ad servitutem et mortem rapi pateretur, hoc periculum subiisse. Deinde in memoriam eis redigit, quae in ipso belli principio dixerit: nec iustum, nec pium videri, nunc quidem se ad

τοὺς, ὡς οὔτε δίκαιον, οὔτε ἄλλως εὐσεβὲς, νῦν μὲν πάντας A. C. 1342
πρὸς τὸ βασιλέα γίνεσθαι παρακαλεῖν καὶ μίαν ταύτην ὁδὸν
σωτηρίας συνορᾷν, ὕστερον δὲ, ἂν μὴ κατὰ γνώμην τὰ πρά-
γματα ἐκβαίνῃ, καταλείποντας αὐτὸν ἐν τοῖς κινδύνοις ἕκα-
στον ἀναχωρεῖν, ὅποι ἂν δοκῇ συμφέρειν· αὖθις παρῄνει D
μὴ μικροψυχεῖν, μηδ' ἀπαγορεύειν πρὸς τοὺς πόνους καὶ τοὺς
κινδύνους, ἀλλ' ἀνδράσιν πρέπουσαν γενναίοις ἐπιδεικνυμέ-
νους εὐψυχίαν τε καὶ τόλμαν, καρτερεῖν ἐν τοῖς δεινοῖς. οὐ-
δὲ γάρ τι τῶν μεγάλων καὶ ἐπαινουμένων ἄνευ πόνων ἂν πο-
ιοιέ τινι κατορθωθείη. εἰ δ' ἥττηνται παντάπασιν ἐν τοῖς δει-
νοῖς καὶ ἀντέχειν πρὸς αὐτὰ οὐκέτι οἷοί τε εἰσὶν, ἀλλὰ τῶν
προτέρων ἐπιλελησμένοι λοιδοριῶν καὶ μέμψεων, αἷς τοὺς ἐκ
Γυναικοκάστρου ἀποστάντας ἔβαλλον, πρὸς τὰ ἴσα ὥρμηνται
καὶ αὐτοὶ νυνὶ, πρῶτα μὲν μέμφεσθαι καὶ αὐτοῖς δικαίως,
15ὡς τὰ ὑπεσχημένα παραβαίνουσι καὶ φαινομένοις κακοῖς περὶ
αὐτὸν, ἡνίκα μάλιστα ἔδει συνόντας ὠφελεῖν. ἔπειτα οὐ κα- P. 512
τασχήσειν ἄκοντας. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐξαρχῆς αὐτῷ τι πρὸς ἀ-
νάγκην τινὶ εἰργάσθαι, ἀλλ' αὐτὸς μᾶλλον καὶ ἃ μὴ κατὰ
γνώμην ἦν πρὸς ἀνάγκην πράττειν ἤγετο. ἀλλ' οἷς μὲν ἡδὺ
20τοὺς μετ' αὐτοῦ πόνους καὶ κινδύνους καὶ θάνατον, εἰ δέοι, τῶν
παρὰ τοῖς πολεμίοις δοκούντων ἀγαθῶν ἀλλάττεσθαι, ἰέναι πρὸς
αὐτὸν, ἵν' εἰδείη καὶ αὐτὸς, τίσι τὰς ἀμοιβὰς τῶν πόνων ἀξίας,
καιροῦ καλοῦντος καὶ θεοῦ συναιρομένου, ἀποδοίη· τοὺς δ'
αὐτῷ μὴ συγκινδυνεύειν αἱρουμένους ἀποχωρεῖν. αὐτίκα τε εἰς

13. ἀπιόντας M. mg. 14. καὶ alterum add. M.

imperium capessendum invitari et hanc unicam salutis viam censeri, postea vero, si res secus eant, se discriminibus circumventum deseri, unoquoque diffugiente, quo illum sperata vocet utilitas; rursusque admonet, ne trepident animis, neve ob labores et pericula desperationi cedant, sed pro eo ac ingenuos deceat, excelsa et interrita mente mala istaec tolerent. Haud enim quidquam insigne et laudabile citra laborem a quoquam feliciter geri. Sin adversis amplius resistere nequeant iisque penitus succubuerint, oblitique conviciorum ac reprehensionum, quibus Gynaecocastri abeuntes insectati sint, idem modo ipsi cupiant, primum quidem etiam ipsos iure incusandos, qui promissa fefellerint timidique et ignavi appareant, quando sibi opera sua plurimum prodesse debuerunt. Deinde se invitos non retenturum: nec enim inde ab initio se ullum coegisse; at se potius quae noluisset, facere coactum. Sed quibus quidem suave esset labores secum et pericula et, si necesse foret, mortem quoque prae bonis, quae apud hostes apparerent, amplecti, propius ad se accederent, ut scire posset, quorum operam suo tempore ac Deo opitulante digna remuneratione compensaret. Qui

A.C. 1342 δύο διῃροῦντο. καὶ οἱ πλείους μὲν προσκυνήσαντες βασιλέα ἀπεχώρουν· ὑπὲρ πεντακοσίους δὲ συγκινδυνεύειν εἵλοντο, οἷς καὶ
B πολλὴν ὁμολογήσας χάριν τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας καὶ πίστεως ἀδόλου, ἀνέστρεφε μετὰ τῆς ἄλλης στρατιᾶς. τῶν δὲ ἀφεστηκότων οἱ πλείους μὲν ὁμολογίας χωρὶς προσεχώρησαν τοῖς ἐν Χριστου-
V. 412 πόλει στρατηγοῖς καὶ προσεδέχθησαν ἀσμένως παρ' αὐτῶν· ὅσοι δὲ μάλιστα ἐν λόγῳ ἦσαν, πέμψαντες ᾐτοῦντο πίστεις παρὰ τῶν ἀρχόντων. οἱ δὲ ὤμνυον μὲν, γνώμην δὲ εἶχον, ὡς καὶ μετὰ τοὺς ὅρκους εἰς πεῖραν ἄξοντες πλείστων ἀλγεινῶν. ὧν εἴτε αὐτοὶ αἰσθόμενοι τῆς ἀπάτης ἐκ τῶν λόγων, εἴτε καὶ παρά του τῶν συν-
ὄντων μηνυθείσης, τὸν κίνδυνον διαδράντες αὖθις πρὸς βασιλέα
C ἐπανῆκον. βασιλεὺς δὲ αὐτοῖς τὸ ἄστατον τῆς γνώμης καὶ μικρόψυχον ὀνειδίσας, αὖθις ἐφῆκεν αὐτῷ συνδιατρίβειν.

ν'. Οἱ μέντοι ἐν Χριστουπόλει στρατηγοὶ, ἐπεὶ Τριβαλῶν ἡ στρατιὰ καὶ ὁ βασιλεὺς ἀνεχώρησαν ἐκ Φερῶν πρὸς τὴν
D οἰκείαν, πέμψαντες ἐν Βυζαντίῳ, βασιλίδι ἀπήγγελλον καὶ μεγάλῳ δουκὶ, ὡς ἄχρι τοῦ διατειχίσματος μετὰ Τριβαλῶν ἐλθὼν ὁ Καντακουζηνὸς, διελθεῖν μὲν οὐ δυνηθείη ἡμῶν ἰσχυρῶς ἀμυνομένων. ἀναστρεφούσης δὲ τῆς στρατιᾶς, ὅσοι Ῥωμαίων αὐτῷ συνῆσαν, καταλιπόντες ἦκον πρὸς ἡμᾶς πλὴν δέκα πάντες· αὐτὸς δὲ ὑπ' αἰσχύνης ἀμυθήτου, ὅ,τι χρήσασθαι μὴ ἔχων ἑαυτῷ, πρὸς Ἄθῳ ἦλθε τὸ ἱερὸν ὄρος, ὡς ἐκεῖσε τὴν βασιλείαν, ἣν ἀδίκως ἥρπασε καὶ παρανόμως, ἀποθησόμενος καὶ σχῆμα μοναχῶν περιθησόμενος. εὐθὺς μὲν

discriminis societatem detrectarent, abirent. Secundum haec statim in duas partes discessum est; et plures quidem imperatorem adorantes recesserunt, plus quingenti fortunam cum eo experiri constituerunt. Quibus de amore et fide germana erga se gratiis actis, cum illis reliquiis ad Triballos reversus est. Desertorum pars maior ducibus, qui erant Christopoli, citra pactum aut conditionem se adiunxerunt, a quibus libenter accepti sunt: praecipui fidem pignori petiverunt. Et iurabant quidem duces, cum interim in animo haberent, etiam sic plurimum illos vexare. Quorum fraudulentia sive ex eorum verbis animadversa, sive ab aliquo illis familiari detecta, periculo evitato ad imperatorem redierunt: qui, abiectione et mobilitate animi illis exprobrata, denuo secum esse permisit.

60. Verumenimvero duces Christopoli, postquam Triballi et imperator Pheris retro redierunt, Byzantium ad Augustam et magnum ducem nuntiatum mittunt, Cantacuzenum, cum ad murum discludentem venisset, ipsis fortiter propellentibus, transire non potuisse. Revertentibus autem in suam provinciam Triballis, quotquot ei militassent, Romanos omnes extra decem ad se transiisse: illum quid faceret nescientem, prae pudore incredibili ad sacrum montem Atho, ibi imperium, quod praeter fas et scelerate rapuis-

οὖν ἐν Βυζαντίῳ πανήγυρις ἦν λαμπρὰ καὶ ἑορτῶν ἡ χαριε- A.C. 1342
στάτη. καὶ ὁ δῆμος πρὸς τὸ τῆς Θεομήτορος Ὁδηγητρίας τέ- P. 513
μενος ἐχώρουν πανδημεί, εὐχαριστήρια τῆς νίκης ἀποδώσοντες, καὶ οἱ ἐν τέλει μάλιστα, εἶτα καὶ οἱ ἄλλοι πεζῇ τοῖς πολλοῖς ὁμοίως. καὶ οὐδεὶς ἐτόλμα ἀπολείπεσθαι, ἀλλὰ καὶ οἳ μάλιστα ἠνιῶντο καὶ ἐδυσχέραινον τὴν βασιλέως δυσπραγίαν, κἀκεῖνοι τοῖς ἄλλοις ὁμοίως ἀνάγκην εἶχον συνεορτάζειν ἢ μᾶλλον συναχθομονεῖν, ἢ τῆς κατηφείας χαλεπὰς καὶ ἀπαραιτήτους παρείχοντο εἰθύνας. οὐ γὰρ μόνον εἴ τις Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ συμπράττων φωραθείη, ἐκολάζετο ὠμῶς, ἀλλὰ καὶ εἴ τις πρὸς τὰ πραττόμενα μὴ ἡδέως διακείμενος, ἀλλὰ ἦθος ἐμφαίνων ἀποστρεφομένου φωραθείη, τὰς ὁμοίας δίκας τοῖς ἑαλωκόσιν ἐπὶ προ- B δοσίᾳ φανερῶς διδόναι ἦν ἀνάγκη. καὶ πολλοὶ ἐκ τοιούτων αἰτιῶν ἀπώλοντο, οὐκ ἐν Βυζαντίῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἄχρι Θεσσαλονίκης. τὰ γὰρ περαιτέρω καὶ πρὸς ἑσπέραν κοινῇ οἵ τε δῆμοι καὶ οἱ δυνατοὶ τῶν πολεων βασιλεῖ προσεῖχον Καντακουζηνῷ. ὅθεν οὐδὲ πρὸς στάσεις ἐχώρησαν καὶ πολέμους ἐμφυλίους, ἀλλ' ἐν οἷς μάλιστα αἱ ἄλλαι μεγάλαις ἐχρήσαντο συμφοραῖς καιροῖς, ἐν τούτοις μάλιστα πρὸς εὐνομίαν καὶ εἰρήνην διῳκοῦντο. αἱ δὲ ἀπὸ Θεσσαλονίκης ἄχρι Βυζαντίου οὐδὲν ἦν, ὅ,τι μὴ ὑπέμενον. καθάπαξ γὰρ εἰς δύο διαιρεθεῖσαι, στρατιὰ μὲν καὶ οἱ ἄλλοι C ἄριστοι τῶν πολιτῶν τὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἠροῦν-

2. τῆς add. M. 14. ἀπώλλοντο P. et M.

set, depositurum et monachum induturum, concessisse. Confestim Byzantii dies festus publice agi splendidissimus omniumque iucundissimus, et populus certatim, imprimisque principes ceterique pedibus, plebeium in morem, Deiparae Hodegetriae templum concursare eique victoriam gratulari. Nec vero quisquam huic gratulationi deesse audebat. Quin etiam quos imperatoris adversa fortuna cruciabat maxime, festum diem simul celebrare, vel potius simul turpiter agere aut moeroris sui poenas immites ac indeprecabiles sustinere cogebantur. Non enim solum, si quis a Cantacuzeno imperatore facere deprehendebatur, crudeliter puniebatur: sed etiam si quis ad ea, quae fiebant, non hilaritatis, verum aversionis significationem vultu daret, perinde atque si esset proditionis convictus, sine misericordia multabatur; multique tum Byzantii, tum aliis in urbibus Thessalonicam usque his de causis communi luce privabantur: siquidem in ulterioribus versus occidentem plebs et optimates promiscue imperatori Cantacuzeno favebant. Quare in illis oppidis nec seditiones, nec bellum civile existebat; sed dum alia calamitatibus affligerentur, ipsa bonis legibus pacifice gubernabantur. Quae a Thessalonica Byzantium pertinebant, nihil grave non patiebantur. Semel enim inducta discordia, praesidia quidem et optimates Can-

A.C. 1342 V. 413 ατο, ἐκεῖνον οἰόμενοι δυνήσεσθαι τὰς κατασχούσας στήσειν συμφοράς· οἱ δῆμοι δὲ, τῶν στασιαστῶν ἐναγόντων, οἷς ἐκ τοῦ πολέμου τὰ ἑτέρων ἔχουσι πλουτεῖν ἐνῆν, πρός τε βασιλέα Καντακουζηνὸν καὶ τοὺς παρ' ἑκάστοις δυνατοὺς ὁμοίως ἐπολέμουν καὶ πολλὰ διετίθεσαν κακὰ, οὐ μόνον τὰς οὐσίας διαρπάζοντες καὶ ἀπορωτάτους ἐκ πλουσίων ἀποδεικνύντες ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, ἀλλὰ καὶ δεσμωτηρίοις κατακλείοντες καὶ ἄλλην πᾶσαν εἰς αὐτοὺς κάκωσιν ἐπιδεικνύμενοι. οἵ τε τὰς ἀρχὰς τῶν πόλεων ἐπιτετραμμένοι, τοῖς τῶν ὅλων ἄρχουσι
D πραγμάτων μάλιστα ἐξομοιούμενοι, κολαστικοί τινες καὶ ἀνήμεροι καὶ θηριώδεις ἐφιλοτιμοῦντο εἶναι. ἐκεῖνοι γὰρ εἰς τοσοῦτον ὠμότητος προῆλθον, ὡς ἄλλους τε πολλοὺς ἀπανθρώπως τιμωρήσασθαι, καὶ Πατρικιώτην ταῖς βασάνοις ἐναποθανεῖν ἐᾶσαι καλλωδίοις ἐξηρτημένον. Σιδηρᾶν δὲ μετὰ τὸ αἰκίσασθαι μέχρι ἄπνουν εἶναι, ζοφώδει τινὶ δεσμωτηρίῳ ἐναπέῤῥιψαν γυμνὸν, οἷα δὴ νεκρὸν, οὐδὲ ὁσίας ἀξιώσαντες. ὃν οὕτως ἄπνουν ἀπερῥιμμένον ἐπί τινας ἡμέρας, τῶν Περσῶν τις δοριάλωτος θείᾳ προνοίᾳ τῷ δεσμωτηρίῳ ἐκείνῳ καθειρχθεὶς, προνοίας τε ἠξίωσεν οὐ τῆς τυχούσης καὶ τῶν πολλῶν
P. 514 ἐκείνων ἀνεκτήσατο αἰκισμῶν. τὴν ὁμοίαν δὲ ὁ δοριάλωτος ἐκεῖνος πρόνοιαν καὶ πρὸς Συναδηνὴν ἐπεδείξατο, ἀπανθρώπως κἀκείνην αἰκισθεῖσαν ἐγγὺς θανάτου καὶ γυμνὴν εἰς ἐκεῖνο τὸ δεσμωτήριον ἀπορῥιφεῖσαν. πᾶσι δὲ ἦν ἔγκλημα ἡ περὶ βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν προτέρα εὔνοια καὶ τὸ χρή-

tacuzeno studebant, illum incommodis mederi posse existimantes: at plebs impulsu seditiosorum, quibus bello aliena involantibus ditescere licebat, Cantacuzeno et optimatibus pariter adversabatur iisque multis modis incommodabat, non solum facultates diripiendo et uno momento ex divitibus pauperrimos efficiendo, sed et carceribus includendo et omne genus vexationis in illos conferendo. Quibus vero urbium praefecturae commissae erant, hi summum imperium habentibus quam simillimi, feros sese carnifices praestabant et in humana figura belluarum immanitatem exercebant. Eo namque saevitiae progressi sunt, ut praeter alios complures crudeliter punitos etiam Patriciotam funiculis suspensum, in tormentis mori siverint. Siderum autem usque ad defectionem animae verberibus indigne contusum, in tenebricosum quemdam carcerem nudum, velut mortuum, nulla cerimonia proiecerunt. Quem sic instar exanimis ad dies aliquot iacentem Persa quidam bello captus et divinitus illo carcere detentus, non vulgari cura ex multis illis plagis recreavit Parem curam idem captivus in Synadenam, ipsam quoque inhumaniter ad mortem paene flagellatam et nudam in eumdem carcerem detrusam, usurpavit. Omnium commune crimen erat antiqua

ματα ἐκείνου κρυπτόμενα εἰδέναι, ἃ ἠναγκάζοντο φανεροῦν. οὐA. C. 1342
μὴν οὐδὲ τῶν εὐγενεστέρων ἀπείχοντο οὕτως αἰκίζειν ἀπανθρώπως. Ἀσανίναν γὰρ τὴν Ἀσάνη τοῦ Μιχαὴλ γαμετὴν τοῦ πρώτου τῶν Ἀσάνη τοῦ δεσπότου υἱῶν σχοινίοις αἰωρήσαντες, ἐμάστιξαν ἐφ' ἱκανὸν, ἐπικαλοῦντες, ὡς συνειδείη εἰς Βυζάντιον παρὰ Καντακουζηνοῦ ἐπὶ διαφθορᾷ τινων γράμματα ἀφιγμένα, B ἃ ἐκέλευον δῆλα καὶ αὐτοῖς ποιεῖν. ταῦτα μὲν οὖν ἐκ πολλῶν ὀλίγα εἴρηται, δι' ἃ εἰς τοσοῦτον ἦλθον φόβου οἱ ἁπανταχοῦ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἄριστοι τῶν πόλεων, ὡς μηδὲ τοῖς οἰκειοτάτοις ἄγαν θαῤῥεῖν τὴν προδοσίαν δεδοικότες. συμβὰν δέ τι καὶ τοιοῦτον μᾶλλον ἔξεφόβησεν. οἱ γὰρ ἐν Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου τοῖς βασιλείοις ὄντες δεσμῶται, ἐπεὶ τῶν νηστειῶν παρῆσαν αἱ ἡμέραι καὶ ἔδει ἀναθέσθαι τὰ κατ' αὐτοὺς ἀνδρὶ πνευματικῷ καὶ ἐξομολόγησιν ποιήσασθαι τῶν πεπλημμεληκότων, ἐπεὶ μὴ ἐξῆν αὐτοῖς εἰσάγειν οἷς ἐθάῤῥουν, ᾐτοῦντο παρὰ τῶν ἀρχόντων εἰσελθεῖν, ὃν ἂν βούλοιντο αὐτοί. οἱ δέ τινα Γλύ- C καν ὄνομα, φαῦλον ἄνθρωπον καὶ περὶ μέθας ἠσχολημένον καὶ ἕτερα ἀτοπώτερά τινα, ἱμάτια μοναχῶν ἐνδύσαντες καὶ τὸ λεγόμενον μέγα σχῆμα περιθέντες, προσέπεμπον τοῖς δεσμώταις, οἷα πνευματικόν· ἐκέλευόν τε τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνδρῶν ἀνερευνᾶν, ὅ,τι περὶ Καντακουζηνοῦ διανοοῦνται καὶ εἰ συνίσασί τινας καὶ ἄλλους τὰ αὐτὰ ἐκείνοις ῥηθέντας. ὁ δὲ τὴν ὑπόκρισιν κέρδους ἕνεκα ὑπελθὼν ἡδέως καὶ γενόμενος

6. φθορᾷ M. mg.

in Cantacuzenum benevolentia et nosse occultatas ab eo pecunias, quas indicare compellebantur. Nec tamen a nobilioribus adeo atrociter flagellandis abstinebant. Asaninam enim, Michaëlis Asanis, filiorum Asanis despotae primogeniti, uxorem fidiculis attractam diu loris ceciderunt, ut consciam redarguentes quarumdam litterarum, quae a Cantacuzeno Byzantium super nonnullis interficiendis venissent, quas sibi exhiberi iubebant. Haec pauca exempla de multis narravimus: propter quae tantus pavor iniectus est omnibus per imperium Romanum optimatibus, ut nec necessitudine coniunctissimis fiderent, ne forte ab iis proderentur. Tali autem quodam eventu maiori terrore concussi sunt. Qui in Constantini magni palatio vincti attinebantur, cum iam dies ieiuniorum agerentur, et quemque de rebus suis ad patrem spiritualem referre peccatorumque exomologesin instituere oporteret: quandoquidem ipsis introducere cui fiderent non licebat, petierunt a magistratibus, ut eo mitterent quem vellent. Qui Glycam quendam, hominem nequam, poculis et aliis inhonestioribus rebus vacantem, magno quod dicitur schemate (veste monastica) indutum, pro spirituali patre mittunt: cui mandant, explorare illorum animos, quid de Cantacuzeno sentiant, num alios norint, qui secum paria sentiant. Glycas personam

HAVERFIELD LIBRARY
OF ANCIENT HISTORY
OXFORD

A.C. 1342 πρὸς τοὺς δεσμώτας, μετὰ τῶν πλημμελημάτων τὴν ἐξομολόγησιν ἠρώτα ἕκαστον ἰδίᾳ καὶ περὶ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ὅ,τι διανοοῦνται πράττειν. ἐκεῖνοι δὲ ὑποπτεύσαντες,
D οὐχ ὅπερ ἦν, ἀλλὰ πνευματικὸν μὲν εἶναι ἀληθῶς, τῷ μέρει δὲ προσέχειν τῆς περὶ πατριάρχην καὶ Ἀπόκαυκον τὸν μέγαν δοῦκα φατρίας, δείσαντες ἀπέσχοντο παντάπασι τοῦ καὶ τὰ πεπλημμελημένα ἐξομολογεῖσθαι. ὁ ἐμπαίκτης δὲ ἐκεῖνος ἐπεὶ μηδὲν ἀπώνατο τῆς πονηρίας, ἐκεῖθεν ἐξελθὼν, ἃ τε κακῶς
V. 414 ἐνέδυ ἀπεδύσατο ἐνδύματα, καί κοσμικὴν ἔχων ἐσθῆτα, τὰ συνήθη πάλιν περιῄει δρῶν. τὸ δρᾶμα δὲ τοῦτο λίαν πάντας ἐξεφόβησε καὶ πᾶσιν ἔπεισεν ὁμοίως ἀπιστεῖν. τούτων δὲ ἡ βασιλὶς οὐδὲν τοῖς πράττουσι συνῄδει, ἀλλὰ πάντα διῳκεῖτο μάλιστα μὲν Ἀποκαύκου τοῦ μεγάλου ἐπιτάττοντος δοR. 515 κοῦ, μετ' ἐκεῖνον δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν συνωμοτῶν. πατριάρχης δὲ κατ' ἐκείνην τὴν περίοδον τῶν νηστειῶν, τῆς μεγάλης ἐνεστηκυίας παρασκευῆς, ἐν ᾗ ὁ ἐμὸς Χριστὸς ὑπὸ Ἰουδαίων συνελαμβάνετο, αὐτὸς πολλοὺς τοὺς τῷ νεῷ τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας διὰ τὴν ἀσυλίαν προσπεφευγότας παρεδίδου, καὶ συλληφθέντες ἤγοντο εἰς δεσμωτήρια καὶ πολλὰ καὶ δυσχερῆ ὑπέμενον. δι' ἃ δὴ πάντα, ἐπεὶ ἠγγέλλετο καὶ τότε Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα καταλειφθέντα μόνον ὑπὸ τῶν οἰκείων, εἰς ὄρος ἔρχεσθαι τὸ ἱερὸν ἐπὶ τῷ μοναχῶν ὑποδῦναι σχῆμα,
B πάντες ἔθεον πεζοὶ παρὰ τὸ τῆς Ὁδηγητρίας τέμενος, εὐχαριστίας ἀποδώσοντες τῆς ἐκείνου καταλύσεως.

22. ἐνδῦναι M. mg.

hanc questus gratia libenter induit et ad vinctos adiens, post admissorum confessionem quemque seiunctim etiam de Cantacuzeno, quid meditaretur, interrogat. At illi non quod erat, sed revera patrem spiritualem, factioni autem patriarchae et Apocauchi deditum suspicati, a peccatis detegendis omnino ex timore abstinuerunt. Illusor vero ille, cum nequitia sua nihil promovisset, inde exit, et quae male induerat vestimenta exuens, cum saeculari cultu iterum artem consuetam factitans circumibat. Hoc drama valde omnes perterruit et ad omnibus aeque diffidendum incitavit. Atque horum nihil imperatrice conscia, sed omnia imprimis Apocaucho magno duce, deinde reliquis coniuratis auctoribus, agitabantur. Patriarcha autem illa ieiuniorum periodo, magna parasceue instante, in qua Christus meus a Iudaeis comprehensus est, ipse multos, qui ad dei Sapientiae templum seu ad asylum confugerant, comprehendendos tradidit: comprehensique atque in vincula perducti multos et diros cruciatus sustinebant. Ob haec omnia, cum et tunc nuntiaretur, Cantacuzenum solum a domesticis suis derelictum, in sacrum montem ad monachi habitum capessendum discessisse, omnes pedibus ad templum Hodegetriae gratias de illo victo et everso acturi convolarunt.

να. Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς ἐπεὶ ἐκ Φερῶν ἀνέ- A.C. 1342
στρεφεν εἰς Ἔδεσσαν ἐλθὼν, ἣν περιεστρατοπεδευμένος ὁ Κρά-
λης ἐπολιόρκει, τὴν μὲν πολίχνην εὗρε προσχωρήσασαν ἐκεί- C
νῳ χρήμασι διαφθείραντι τοὺς ἔνδον. ἀναμιμνήσκων δὲ τῶν
ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν τῶν πρὸς αὐτὸν, οἷς ἐνεγέγραπτο,
εἰ πόλιν τινὰ τῶν Ῥωμαίοις ὑπηκόων, καὶ ἀπόντος βασιλέως,
ἢ ὅπλοις ἢ τρόπῳ δή τινι ὑποποιήσαιτο, ἀποδιδόναι βασιλεῖ,
ἧπει τὴν πολίχνην. ὁ Κράλης τε παρείχετο ἑτοίμως, φάσκων
πάντα τὰ ὑπεσχημένα πράξειν καὶ ὅπλοις καὶ χρήμασι καὶ
πάσῃ δυνάμει συμμαχήσειν. βασιλεὺς δὲ τότε πρὸς τὴν πο-
λίχνην μένειν αὐτὸς ἀλυσιτελὲς ὁρῶν, (περὶ γὰρ τῆς εἰς Δι-
δυμότειχον ἐπανόδου πᾶσα ἦν αὐτῷ ἡ σπουδὴ,) ἔκ τε τῶν
οἰκείων φρουρὰν ἀξιόλογον μὴ δυνάμενος καταλείπειν, ὀλί-
γων τε ὄντων τῶν συνεπομένων καὶ μὴ πειθομένων χωρὶς D
ἐκείνου ἀπολείπεσθαι ἐκεῖ, τὴν μὲν πολίχνην ὡς ἰδίαν καὶ
ἄκων κατέλιπε πρὸς Κράλην φυλάττειν ὑπ' ἀνάγκης, ἄχρις
οὗ, καιροῦ καλοῦντος, αὖθις ἀπολάβῃ. αὐτὸς δὲ ἅμα Κράλῃ
πρὸς τὴν Τριβαλῶν ἀνεχώρουν γῆν. Ἀπόκαυκος δὲ ὁ μέγας
δοὺξ ἐπεὶ πύθοιτο ἐκ Φερῶν ἀνακεχωρηκότα βασιλέα μετὰ
Τριβαλῶν, ὑπῃρτεύσας τοὺς ἐν Διδυμοτείχῳ σφόδρα τεθορυ-
βῆσθαι καὶ πρὸς διχοστασίαν ἔσεσθαι ῥαδίους καὶ διὰ ταῦτα
παραστήσεσθαι ἐλπίσας, στρατιὰν ὅση ἦν ἐκ Βυζαντίου καὶ
τῶν κατὰ Θρᾴκην πόλεων συναγαγὼν πεζήν τε καὶ ἱππικὴν,
κατὰ Διδυμότειχόν τε ἐγένετο καὶ προσῆγε λόγους περὶ πα- P. 516

51. Cantacuzenus imperator, ut Pheris redeundo Edessam venit, quam Crales obsederat, corruptis pecunia civibus ad eum defecisse invenit. Recordatus ibi sanciti cum eo foederis, in cuius conditionibus erat scriptum, si quam urbem Romanorum, vel absente imperatore, aut armis aut alio quodam modo subegisset, uti eam illi restitueret, oppidulum repetebat. Quod cum Crales sine dilatione redderet affirmaretque, praestiturum se quidquid promisisset, armisque et pecunia et tota sua potentia illi adiutorem fore, cernens nullo se emolumento illic moraturum, (nam in reditu Didymotichum tota mente et cogitatione versabatur,) nec posset de suis, quos ducebat, honestum praesidium relinquere, cum et numero exigui essent et ut ibi sine eo manerent, adduci nequirent, quamquam ingratis, (necessitate nimirum id extorquente,) Crali oppidum ut proprium tuendum dimisit, donec se eius recipiendi opportunitas ostenderet. Interea cum eodem in Triballos redit. Apocauchus magnus dux, accepto nuntio, imperatorem Pheris cum Triballis revertisse, opinans Didymotichenses eo casu vehementer perculsos, facile inter se dissensuros atque idcirco eos se domiturum confidens, quotquot potuit Byzantii et per urbes Thraciae peditum manipulos

A.C. 1342 V. 415 ραδόσεως. ὡς δ' ἐκεῖνοι παρεδέχοντο οὐδαμῇ τοὺς λόγους, τὸ μὲν τειχομαχεῖν ἀπεγίνωσκε, διά τε καρτερότητα τειχῶν καὶ εὐψυχίαν καὶ τόλμαν τῶν ἐχόντων ἀνάλωτον νομίζων· τὸ Ἐμπυθίου δὲ φρούριον περιστρατοπεδευσάμενος, ἐπολιόρκει καὶ μηχαναῖς ἐχρῆτο καὶ τειχομαχίαις, περὶ πλείονος τὸ παραστήσασθαι ποιούμενος. ἐπεχείρει δὲ κρύφα καὶ τοῖς ἐν Διδυμοτείχῳ, εἰ δύναιτο πείθειν τὴν πόλιν παραδοῦναι· ἤννε δὲ οὐδέν. ἀφιγμένου γάρ τινος παρὰ βασιλέως καὶ μεμηννκότος, ὡς οὐκ ἀληθῆ τὰ περὶ ἐκείνου εἰρημένα εἴη, ἀλλ' ὑποστρέψειε μὲν διὰ τὴν περὶ τὴν στρατιὰν συμβᾶσαν νόσον, αὖθις δὲ παρασκευάζοιτο ὡς ἀ- 10
B φιξόμενος, ἀνεθάρσησάν τε καὶ ἕτοιμοι ἦσαν ὡς ὑπὲρ ἐκείνου πάντα καὶ πεισόμενοι καὶ πράξοντες. ὁ μέγας δὲ δοὺξ ὀλίγα τῇ περὶ Ἐμπυθίου ἐνδιατρίψας πολιορκίᾳ, ἐπεὶ πύθοιτο ἀθρόον στρατιὰν Σκυθικὴν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐμβεβληκυῖαν, ἀσυντάκτως ὑπὸ δέους τῆς πολιορκίας ἀπαναστὰς, πρὸς Ἀδριανούπολιν ἐχώρει σπουδῇ 15
πολλῇ. οἱ δὲ ἐν Διδυμοτείχῳ τὴν ἀταξίαν ὁρῶντες τῆς τῶν Ῥωμαίων στρατιᾶς καὶ νομίσαντές τι περὶ αὐτοὺς συμβεβηκέναι τὸ μάλιστα οὕτω θορυβῆσαν, αὐτίκα τε ἐγένοντο εἰς τὸ στρατόπεδον, καί τινων ἐκράτησαν ὀλίγων ἐπιθέμενοι, σῖτόν τε καὶ βοσκήματα
C καὶ ἄλλας διαρπάσαντες ἀποσκευὰς, εἰσῆγον ἐντὸς τειχῶν. ἐξ ὃ- 20
του γὰρ οἱ ἐκ τῆς ἔξωθεν συνοικίας πόλεμον ἀράμενοι πρὸς τοὺς ἔνδον ἀνέστησαν ἡττηθέντες, οὐδ' οἱ ἔνδον γεωργίαις προσεῖχον, εἰδότες ὡς οὐδεμία τις ὠφέλεια ἐκ τούτων ἔσται,

equitumque catervas contrahens, eo venit et super deditione verba fecit. Illis sermonem aspernantibus, cum oppugnare moenia propter firmitatem non auderet, propugnatoresque magnanimos ac strenuos se expugnaturum desperaret, castellum Empythium obsidione vallatum, machinis verberare instituit, felicem se numeraturus, si caperet. Didymotichense autem praesidium ad urbem sibi tradendam occulte sollicitabat, nullo tamen effectu. Nam cum quidam ab imperatore superveniens indicasset, falsa esse, quae de illo sparsa fuissent: sed propter morbum, qui exercitum pervasisset, cum redire et adventum ad illos apparare, instaurarunt animos, pro eo quidvis facere ac perferre paratissimi. Magnus dux, parvo tempore in Empythii obsidione consumpto, ut allatum est, Scythas ingenti multitudine in fines Romanos se infudisse, anxius obsidionem solvit, nulloque servato ordine, Adrianopolim festinavit. Qui Didymotichi erant in praesidio, confusione animadversa, opinatique aliquid eis novi contigisse, unde tanta perturbatio exstitisset, mox in castra irruentes, paucos occidunt: commeatum, pecora et impedimenta secum in urbem auferunt. Ex quo enim suburbani, armis in urbanos expeditis, victi vastatique sunt, nec urbani terram coluerunt, cum scirent, nihil se inde utilitatis percepturos, si obsessi hostem per se repellere non possent, sed vicinas urbes incursantes

αὐτῶν πολιορκουμένων καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνεσθαι ὑπὲρ A.C. 1342
αὐτῶν οὐ δυναμένων, ἀλλὰ τὰς πλησίον πόλεις κατατρέχοντες καὶ ληΐζόμενοι διέζων. τότε δὲ παντάπασιν ὑπὸ τῆς στρατιᾶς εἰργόμενοι τειχήρεις, οὐ μετρίως ἐπιέζοντο ἐνδείᾳ. τὸ μέν-
5τοι Σκυθικὸν πᾶσαν καταδραμὸν τὴν Θρᾴκην, ἐπεὶ ληΐζεσθαι οὐδὲν ἐνῆν, πρότερόν τε ὑπὸ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς ἀλλήλους τῆς χώρας διεφθαρμένης καὶ τότε, εἴ τι περιῆν ἔτι, εἰς τὰς πόλεις καταφυγόντος, κεναῖς ἀναστρέψαντες χερσὶν, οὐ μα- D
κρὰν Σκοπέλου τὴν στρατοπεδείαν ἐποιήσαντο. ὁ δὲ ἐν Σκο-
10πέλῳ δῆμος πυθόμενοι, ὡς Σκύθαι ληϊσάμενοι μηδὲν πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανέρχονται, τῇ συνήθει ἀσυνεσίᾳ παραβόλως ὁρμηθέντες, ὅπλα ὡς εἶχον ἕκαστος ἀράμενοι, ἠνάγκαζον καὶ τὸν τῆς πόλεως ἡγεμόνα Μιχαὴλ παραλαβόντα καὶ τοὺς στρατιώτας, ὅσοι ἦσαν παρ' αὐτοῖς, συμπλέκεσθαι ἐγγὺς οὖσι
15τοῖς βαρβάροις. τοῦ δὲ πρὸς τὸ τόλμημα ἀπαγορεύοντος καὶ παραινοῦντος ἀπέχεσθαι τῆς πείρας, ὡς θανατοῦντας φανερῶς, οὐ μόνον οὐκ ἐπείθοντο τὰ βελτίω συμβουλεύοντι, ἀλλὰ παρέδοσάν τισι φρουρεῖν, ὡς ἐπειδὰν ἐκ τῆς μάχης ἀναστρέψωσιν, ἀμυνούμενοι αὐτὸν τῆς προδοσίας. οὐ γὰρ ἀδυναμίαν
20αὐτοῖς συνειδότα μὴ ἐθέλειν στρατηγεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ χαριζόμενον αὐτοῖς, ὡς ἐκ τῆς Διδυμοτείχου πολιορ- P. 517
κίας τὸν μέγαν δοῦκα ἀναστήσασιν, ὅσον οὐδέπω μέλλοντα διὰ τὴν ἔνδειαν αὐτοῦ κρατεῖν. αὐτοὺς δὲ ἐκείνοις ἐπελθεῖν τε καὶ κρατήσειν, οὐ τοῦ πολεμίους εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ

15. δὴ P.

ac depraedantes vitam propagabant. Tum vero penitus ab hoste intra muros cohibiti, non mediocri penuria laborabant. Scythae totam Thraciam pervagati, quoniam populationi nihil restabat, quod bello intestino regio iam exinanita et exhausta esset, et quod superfuerat, se in urbes recepisset, vacui reversi, non procul a Scopelo tetenderunt. Scopelenses, intellecto eos sine praeda domum remeare, consueta imprudentia temere concitati, armis ut quisque poterat correptis, etiam urbis praefectum Michaëlem, praesidiariis quotquot erant assumptis, cum barbaris cominus confligere cogunt. Quo facinus tam audax detrectante hortanteque, ut conatu absisterent, quia certo perituri, non modo bene monenti non obtemperarunt, verum etiam custodiendum quibusdam tradiderunt, supplicium proditionis in eum expensuri, ubi e pugna revertissent. Non enim quoniam eorum imbecillitatem nosset, ideo in hostes ire nolle: sed ipsis hostibus gratificari, ut qui ab obsidione Didymotichi Apocauchum magnum ducem iamiam urbem commeatu defectam occupaturum submovissent; quos invadere ac debellare non solum quia hostes sint, sed etiam studio magni ducis debeant, cuius metu nulla

A.C. 1342 τὴν εἰς τὸν μέγαν δοῦκα εὔνοιαν. τῷ γὰρ ἐκείνου δέει μηδὲν λυμηναμένους τὴν Ῥωμαίων, πρὸς τὴν οἰκείαν ἀναστρέφειν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. τοιαῦτα οἱ κακοδαίμονες εἰπόντες καὶ νεανιευσάμενοι, ἐχώρουν κατὰ τῶν Σκυθῶν, κελεύσαντες αὐτοῖς καὶ τοὺς στρατιώτας ἕπεσθαι. οἱ δὲ εἵποντο ἀνάγκῃ, αἱρετώτερον ἡγούμενοι αὐτοὺς, εἰ δέοι, τοῖς βαρβάροις μαχομένους ἀποθνήσκειν, ἢ πανοικεσίᾳ διαφθείρεσθαι ὑπὸ τῶν
B δημοτῶν. ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς τοῦ στρατοπέδου ἦσαν τῶν Σκυθῶν, βοῇ πύῤῥωθεν ἐχρῶντο καὶ ἀλαλαγμοῖς καὶ ἐχώρουν δρόμῳ κατ' αὐτῶν. οὐ γὰρ ᾤοντο ἀντισχήσειν οὐδὲ πρὸς βραχύ, ἀλλ' ὑποπτήξαντας ἑτοίμους ἑαυτοὺς παρέχεσθαι ἀνδραπο-
V. 416 δίζεσθαι. διὸ καὶ σχοινία ἕκαστος ἐπεφέροντο τοῦ τοὺς ἁλωσομένους βαρβάρους ἕνεκα δεσμεῖν, ἵνα μὴ διαδιδράσκοιεν ἄδετοι ἀγόμενοι. οἱ Σκύθαι δὲ νομίσαντες στρατιὰν πεζὴν ἰέναι ἐπ' αὐτοὺς, τῶν ἵππων ἐπιβάντες, ἐξήγοντο τοῦ στρατοπέδου ὡς μαχούμενοι. οἱ δὲ, ὡς μόνον εἶδον τοῦ στρατοπέδου ἐξιόντας, τοῦ προτέρου φυσήματος ἐπιλαθόμενοι ἐτρέ-
C ποντο πρὸς φυγήν. ὑπτίου δὲ ὄντος τοῦ πεδίου καὶ ὕλης παντάπασι ψιλοῦ, διαδρᾶναι ἠδυνήθη οὐδὲ εἷς, ἀλλὰ πάντες κατεκόπησαν ὑπὸ τῶν Σκυθῶν πλὴν τῶν ἱππέων. οὗτοι γὰρ διά τε τὸ πολὺ αὐτῶν τοὺς Σκύθας ἔτι ἀφεστάναι, ἡνίκα ἡ τροπὴ ἐγένετο, ἄλλως θ' ὅτι καὶ πρὸς τὸν πεζὸν ἠσχόλητο οἱ βάρβαροι, διασωθῆναι εἰς τὴν πόλιν ἠδυνήθησαν. οὕτως ἡ ἄνοια καὶ ἡ παράλογος ὁρμὴ πρὸς ἀνηκέστους ἐξάγει

Romanorum provinciae illata vastitate, brevi spatio se domum referant. Talia infelices illi novarumque rerum cupidi fabulati, contra Scythas, militibus sequi iussis, prodierunt. Qui invito sequebantur, optabilius rati, cum barbaris, si opus esset, pugnando interfici, quam plebis furore cum tota domo deleri. Scytharum castris appropinquantes, eminus sublato clamore in eos incurrunt: non enim vel parum se opposituros existimabant, sed timore exanimatos, pro captivis abducendos se praebituros. Ideo funes quilibet ad barbaros illos constringendos secum portabat, ne, si absque vinculis ducerentur, aufugerent. Scythae, credentes peditum agmen adventare, equos conscendunt: castris pugnaturi progrediuntur. Scopelenses simulatque illos castris viderunt egredi, obliti prioris insolentiae, in fugam se penetrant. Sed per plana campi, nullo prorsus obvio nemore, praeter equites nemo evasit: concisi ad unum omnes. Illi enim, equites inquam, quod Scythae adhuc longius distabant, quando fuga iniri coepta est, deinde quod iidem in peditibus mactandis erant occupati, incolumes in urbem pervenere. Sic stultitia et expers rationis impetus in mala praesentissima homines praecipitant. Apocauchus post Scytharum irruptionem Andronico Palaeologo proto-

συμφοράς. Ἀπόκαυκος δὲ ὁ μέγας δοὺξ μετὰ τῶν Σκυθῶν A.C. 1342
τὴν εἰσβολὴν Ἀνδρόνικον Παλαιολόγον τὸν πρωτοστράτορα,
ὃς ἦν γαμβρὸς αὐτῷ, ἄρχοντα συμπάσης ἀποδείξας τῆς στρα-
τιᾶς καὶ τὸν πρὸς Διδυμότειχον ἐπιτρέψας πόλεμον, αὐτὸς
εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκε. πρωτοστράτωρ δὲ συχνὰς ἐποιεῖτο
κατὰ Διδυμοτείχου ἐκδρομὰς καὶ πάλιν ἀνέστρεφε ταχέως. D
οὐ γὰρ ἦν, ὅ,τι κακώσειε διαφθείρας, οὐδενὸς ὄντος ἔξω τει-
χῶν. οἱ δὲ ἔνδον στρατιῶται, αὐτοῦ ἀναχωροῦντος, τοὺς
περιοίκους ληϊζόμενοι καὶ σῖτον διαρπάζοντες καὶ βοσκήματα,
ὠφέλιμον τὸν πόλεμον, οὐδὲν ἀγεννὲς οὔτε πράξαντες, οὔτε
μελλήσαντες διὰ τὴν ἔνδειαν. ἐπελθόντος δὲ αὐτοῖς τοῦ πρω-
τοστράτορός ποτε, πέμψας ὁ μητροπολίτης ἐδήλου διὰ γραμ-
μάτων, ὡς ἀνόνητα κόπτονται καὶ ταλαιπωροῦσι διὰ τὸν πρὸς
βασιλέα πόλεμον, ᾧ δουλεύσουσι πάντως μετὰ μικρὸν, αὐτοί
τε ἀπέραντα πονοῦντες καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιοι γινόμενοι μεγά-
λων συμφορῶν. παρῄνει τε, αὐτῷ πειθομένους τῶν κακῶν
ἀπέχεσθαι. εἰ γὰρ οὐκ ἀποβαίη τοιαῦτα, οἷα ἐγὼ λέγω, ἔ- P. 518
φασκεν, οὐ λελάληκε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ἐμοί. τοῦ πεμ-
πομένου δὲ ἀπαγορεύοντος τὴν ἄφιξιν διὰ τὸ δεδοικέναι,
μὴ κακῶς ὑπ' ἐκείνων πάθῃ τοιαῦτα ἀπαγγέλλων, ἐκέλευε
θαῤῥεῖν, ὡς οὐδὲν ὑποστησόμενον, ἢ πληγὰς ὀλίγας. ἃ καὶ
ἀπέβαινεν, ἢ ἐκεῖνος προηγόρευεν.

νβ'. Ἄννα δὲ ἡ βασιλὶς, ἐπεὶ πύθοιτο Καντακουζηνὸν B
τὸν βασιλέα πολλῆς εὐνοίας ἀπολαύοντα παρὰ Κράλῃ, πα-

7. κακώσει P. et M. 18. πεμπομένου M., πεπαγωμένου P.

stratore, genero suo, supremo exercitus duce designato, et Didymotichensi bello ei commendato, Byzantium repetit. Palaeologus Didymotichum frequenter incursare et subito se recipere: nec enim erat incolis nocendi occasio, cum extra muros nihil superesset. At praesidiarii, ipso recedente, vicinos depopulando annonamque ac pecora diripiendo bellum tolerabant: nec ob inopiam victus quidquam parum virile aut faciebant aut facturi erant. Cum aliquando adortus esset illos protostrator, per epistolam metropolita monuit, eos belligerando cum imperatore, in cuius potestate omnino, nec ita diu post futuri sint, inani labore defatigari: nec ad finem cogitata perducturos, cum interim laborare non desinant et aliis magna detrimenta invehant. Hortabatur igitur, ut sibi obsequentes, maleficia omitterent. Si enim non evenerint, quae ego dico, inquit, non est locutus in me Spiritus sanctus. Tabellario iter abnuente ob timorem, ne ista de causa haberetur male, episcopus iussit esse bono animo: tantummodo enim aliquot plagas relaturum. Atque haec ut praedicta fuerant, ita evenerunt.

52. Anna vero imperatrix, ut Cantacuzenum apud Cralem

A.C. 1342 ρασκευάζεσθαι αὖθις ὡς εἰς Διδυμότειχον ἐπανήξοντα ἅμα στρατιᾷ, τὸν Λουκᾶν ἀπολεξαμένη Γεώργιον καὶ Μακάριον τὸν μητροπολίτην Θεσσαλονίκης, πρεσβευτὰς ἔπεμπεν εἰς Κράλην καὶ ἐπηγγέλλετο πόλεις παραδώσειν, ὅσας ἂν συμβῶσιν, εἰ μόνον Καντακουζηνὸν πέμψειε δεσμώτην πρὸς αὐτήν. ὁ δὲ ἐμέμψατό τε τὴν πρεσβείαν καὶ ἀπηγόρευε φανερῶς, ὡς οὐκ ὀλίγων μόνον πόλεων ἕνεκα, ἀλλ' οὐδὲ συμ-
C πάσης τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς τοιοῦτον τολμήσων ἄγος, καὶ ἀπέπεμπεν ἀπράκτους. οἱ δὲ εἰς Βυζάντιον ἐλθόντες, ὀλίγῳ ὕστερον πάλιν ἐπανῆκον. ἔφασκε δὲ ὁ Κράλης, ὡς καὶ τὴν δευτέραν πρεσβείαν τὰς ἐκ Χριστουπόλεως ἁπάσας ἑσπερίους πόλεις παραδιδοῖεν πλὴν Θεσσαλονίκης, ὡς, εἰ μὴ Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα βούλοιτο παραδιδόναι, ἀλλ' αὐτῶν γοῦν εἵρξαντα κατέχειν ἐν δεσμωτηρίῳ. ὁ δὲ αὖθις ἀπέπεμπεν ἀπράκτους, ἀδύνατα εἰπὼν αἰτεῖν. Ἑλένη δὲ, ἡ τοῦ
D Κράλη γαμετὴ, καὶ καθήψατο πικρῶς καὶ ἀπέπεμπε πρὸς ὀργὴν, ὡς ἄδικα πρεσβεύοντας καὶ πολλὴν αὐτοῖς τὴν ἀδοξίαν οἴσοντα. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἐν τέλει πάντες τῶν Τριβαλῶν ἐλοιδοροῦντό τε καὶ πολλὴν αὐτῶν κατεγίνωσκον μωρίαν, εἰ τοιαῦτα πείσειν ἤλπισαν, οὕτω μηδεμίαν ὑπερβολὴν ἐλλείποντα κακίας. πάντες γὰρ ἐφίλουν βασιλέα καὶ οὐδὲν ἠνείχοντο τῶν ἀγόντων βλάβην εἰς ἐκεῖνον, ὥστε καί τις ἐξ αὐτῶν Κοβάτζης ὠνομασμένος φανερῶς ἀντεῖπε καὶ ἠπείλησε θάνατον τοῖς πρέσβεσιν, εἰ μὴ τάχιον ἀπαλλάττοιντο. πολ-

perquam gratiosum, cum exercitu reditum Didymotichum parare didicit, Georgium Lucam et Macarium metropolitam Thessalonicensem delectos, pro legatis ad eum mittit, spondens se urbes ei, de quot convenerit, donaturam, si tantum Cantacuzenum sibi vinctum mittat. Qui, legatione reprehensa, recusavit libere: non solum enim propter paucas urbes, sed nec propter Romanum imperium universum tantum scelus edere velle. Proinde eos frustratos dimisit. Qui regressi Byzantium, brevi rursus adsunt, narrabatque Crales, in altera hac legatione urbes omnes occidentales praeter Thessalonicam sibi oblatas, ut, si Cantacuzenum tradere nollet, saltem in carcere detineret. Verum legatos denuo frustratos reiecit, affirmans, neutiquam fieri posse, quae peterent. Helena quoque, Cralis coniux, ut iniqua et sibi ipsis probrosa petentes, acriter obiurgatos, indignabunda repulit. Similiter omnes Triballi proceres in eos invehebantur singularisque stultitiae coarguebant, cum talia se impetraturos sperassent, quae adeo omnem scelesti facinoris magnitudinem complecterentur. Universi quippe imperatorem diligentes, nihil ferebant, quod ei nocumento esset. Unde quidam de illis, vocabulo Cabatzes, palam refragatus, mortem legatis minabatur, ni

λήν τε αὐτῶν ἀναισθησίαν κατηγόρει, ὅτι τὸν Ῥωμαίων ὀ- A. C. 1342
φθαλμὸν οἰκείαις αὐτῶν χερσὶν ἐξορύξαντες αὐτοὶ, προσέτι
καταπροδιδόασι καὶ πόλεις καὶ τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων, ἵνα τελέ-
ως κατασβέσωσιν αὐτὸν, ὥσπερ δεδοικότες μὴ ἐπανελθόντος
αὖθις ἀναβλέψωσιν. ὁ μὲν οὖν οὕτω πρὸς ὀργὴν ἀπέπεμπε.
Μακάριος δὲ ὁ Θεσσαλονίκης ἐπίσκοπος, ἐπεὶ ἀνηνύτοις ἤ-
σθετο ἐπιχειρῶν, βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ προσελθὼν, πρῶ- P. 519
τα μὲν ἐμέμφετο τῆς περὶ βασιλέα τὸν φίλον ἀγνωμοσύνης,
ὅτι τοσοῦτον φιληθεὶς καὶ οὕτω μεγάλων εὐεργετημάτων ἀπο-
λελαυκὼς, τοῖς ἐναντιωτάτοις ἀμείψαιτο τοὺς παῖδας, τῆς
ἀρχῆς ἕνεκα ἐπιβουλεύσας καὶ ἀποκτεῖναι διανοηθείς. ὧν
τὴν ἀτοπίαν βδελυξάμενον καὶ θεὸν, μὴ μόνον οὐκ ἐφεῖναι
εἰς τέλος τὰ βεβουλευμένα ἀγαγεῖν, ἀλλὰ καὶ τῆς περὶ βα-
σιλέα ἀδικίας δίκας εἰσπραττόμενον, ὑπερόριον ἀποδεῖξαι καὶ
πλανήτην περιόντα, ἐπ' ἄλλοις τὴν ἐλπίδα ἔχοντα τῆς σωτη-
ρίας. ἔπειτα συνεβούλενεν, εἰ μὴ πρότερον, ἀλλὰ νῦν γε τὸ
συνοῖσον συνιδόντα, πρεσβείαν ποιήσασθαι πρὸς βασιλίδα B
καὶ ἱκέτην αὐτῆς τε καὶ πατριάρχου καὶ τῆς συγκλήτου βου-
λῆς γενέσθαι, ὥστε ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις συγγνώμης ἀξιώ-
σαντας, πρόνοιάν τινα ποιήσασθαι αὐτοῦ, μὴ καὶ ὑπερόριος
ἀπόληται, οὐδεμιᾶς ἢ φαύλης τινὸς ἐλπίδος ἔτι ὑπολειπομέ-
νης. βασιλεὺς δὲ „οὐδὲν θαυμαστὸν" εἶπεν „εἰ μεθύων τις
καὶ παραφερόμενος ὑπ' ἀναισθησίας οἴοιτο ἀστατεῖν τὴν γῆν,
βεβαίως ἡδρασμένην· οὐδ' εἰ ὑπὸ μελαγχολίας κατεχόμενος

20. καὶ μὴ P. 23. ἀστατεῖν — κατεχόμενος οἴοιτο om. P.

quam primum se auferrent. Eos denique multi stuporis damnabat, quod, cum suis manibus oculum Romanorum eruissent, ut eum porro omnimodis exstinguerent,, et urbes et imperium prodere non dubitarent: quasi formident, ne, eo reverso, rursum adspiciant. Sic etiam ab illo stomachante repulsi sunt. At Macarius, Thessalonicae episcopus, ut se, quod aiunt, retia inflare sensit, Cantacuzenum invadens, primum ut erga amicum imperatorem defunctum omnino ingratum castigat, a quo tantopere amatus tantisque beneficiis eius apud se positis, filiis ipsius dissimillima rependat, eorum imperio et sanguini moliens insidias: cuius facti diritatem Deum quoque ipsum exsecrantem, ad exitum eas conferri non permisisse; sed huius in eum iniuriae poenas repoposcisse, dum effecerit, ut per externas oras vagabundus, salutis suae spem in aliis reponat. Deinde hortabatur, ut nunc saltem se respiceret, missoque ad Augustam legato, ipsam, patriarcham atque concilium suppliciter oraret, ut, data praeteritis venia, aliqua se cura dignarentur, nec ab omni bona spe desertum, interire extorrem paterentur. Tum imperator, Haud mirum, ait, si ebrius quispiam et in orbem actus,

A.C. 1342 οἴοιτο καὶ τοὺς ἄλλους τὰ ἴσα πάσχειν. καὶ σὺ τοίνυν τῇ κενῇ
δόξῃ καὶ φιλαρχίᾳ κατάκρας ἁλοὺς καὶ προδοσίαν τὴν ἐσχά-
την εἰργασμένος, οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ τὰ ἴσα καὶ ἐμοῦ κατα-
ψηφίζῃ, μηδὲν τοιοῦτον εἰργασμένου. οἶσθα γὰρ, ὡς ἐμοῦ
C τοῖς ἐν Ἄθῳ ἀρετῆς ἀντιποιουμένοις καὶ τοῦ καλοῦ καὶ ἐρα-5
στοῖς καὶ ἐργάταις γεγραφότος καὶ πολλὰ δεηθέντος, πρὸς
Βυζάντιον ἐλθεῖν καὶ βασιλίδι καὶ πατριάρχῃ καὶ οἷς αὐτὸς
ὀνομάζεις σύγκλητον βουλὴν διαλεχθῆναι περὶ εἰρήνης καὶ
πεῖσαι κατατίθεσθαι τὸν πόλεμον, ὃν ἀδίκως κεκινήκασι κατ'
ἐμοῦ μηδὲν ἠδικηκότος, συκοφαντίας πλασάμενοι καὶ διαβο-10
λὰς, μετὰ τῶν ἄλλων παρειλήφασι καὶ σὲ, ὡς ἀρετῆς ἀντι-
ποιούμενον δῆθεν καὶ ὑπὲρ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ κοινῇ λυσιτε-
λοῦντος βουλησόμενον διακινδυνεύειν. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν καλῶς
ποιοῦντες, τά τε δέοντα εἰρήκασι μετὰ παῤῥησίας καὶ τῶν
εἰς αὐτοὺς ἡκόντων ἐνέλιπον οὐδὲν, καὶ τῶν διαφθείρειν15
βουλομένων καὶ διαστρέφειν ἀπὸ τῆς ἀληθείας, οὐδὲ ἐπε-
D στράφησαν, πολλὰ ἐπαγγελλομένων εὖ ποιήσειν. ἀλλὰ τοῖς
ἐξαρχῆς ἐνέμειναν λογισμοῖς καὶ τῇ περὶ τοῦ καλοῦ καὶ δι-
καίου κρίσει· δι' ἃ καὶ μέχρι νῦν πολλοῖς προσταλαιπωροῦ-
σιν ἀλγεινοῖς. σὺ δ' ὑπὸ φιλαρχίας καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀρ-20
χιερωσύνην δόξης ἡττηθεὶς αἰσχρῶς, καὶ τοὺς συμπρεσβευ-
τὰς μετὰ τοῦ δικαίου καὶ τῆς ἀληθείας προὔδωκας· οἷς ἀρ-
V. 418 μόσει μικρὸν ὑπαλλάξαντας τὸ ὑπὸ Παύλου τοῦ Θεσπεσίου

6. καὶ ante ἐργ. add. M.

sensu deficiente, terram stabilem et inconcussam vacillare putet, nec, si insania correptus, alios quoque iudicet insanire. Et tu igitur inani gloria et amore dominandi subactus plane proditorque maximus, nihil mirum, si insontem me eorumdem criminum condemnes. Memiuisti, quomodo, cum ad virtutis alumnos honestatisque amatores et cultores in Atho monte scribens, eos enixe rogassem, ut Byzantium venientes, cum imperatrice, patriarcha et quod nominasti concilio de pace agerent, deponendique belli, quod confictis criminationibus mihi immerenti intulissent, auctores fierent, cum aliis te quoque, ut sanctimoniae studio flagrantem scilicet et pro tuenda honestate communique fructu nullum certamen detrectaturum, assumpserint. Verum illi recte sane et quae oportuit cum libertate dixerunt, suarumque partium nihil praetermiserunt, et ab iis, qui eorum integritatem corrumpere atque a veritate in diversum rapere magnis pollicitationibus conabantur, a primis cogitationibus suis atque ab eo, quod semel honestum ac iustum iudicassent, non sunt dimoti. Qua de causa usque hodie in multa aerumna sunt. Tu autem imperandi cupidine et episcopatus splendore turpiter superatus, etiam legationis socios una cum iustitia et veritate prodidisti; qui illud divi Pauli de Dema modice immutatum

εἰρημένον περὶ Δημᾶ, καὶ περὶ σοῦ εἰπεῖν νυνὶ, ὅτι, Μακά- A. C. 1342
ριος ἡμᾶς ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ἐπο-
ρεύθη εἰς Θεσσαλονίκην. ἃ ἐχρῆν μεμνημένον, καὶ ὡς νῦν
ἀνοσιώτερα καὶ ἀδικώτερα πολλῷ τολμᾷς, τὸν οὐδὲν ἐμὲ P. 520
δηδικηκότα αὐτοχειρίᾳ μονονουχὶ πειρώμενος φονεύειν, χάριν
ἄξίαν ἐν τούτῳ κατατιθέμενος τοῖς τὴν ἀρχιερωσύνην ἐγχει-
ρίσασιν, αἵμασιν ἀδίκοις μολύνων τὰς χεῖρας, μὴ ἐμοῦ κα-
ταψηφίζεσθαι ἀδικίαν καὶ ἀγνωμοσύνην περὶ βασιλέα, οὐδὲν
ὔπτε πρότερον, οὔτε μέχρι νῦν ἀνάξιον τῆς εἰς ἐκεῖνον
ιοφιλίας εἰργασμένου. περὶ μὲν οὖν τῆς εἰς βασιλέα καὶ
τοὺς παῖδας ἐμοῦ εὐγνωμοσύνης λόγον οὐδένα πρὸς σὲ ποι-
ήσομαι νυνὶ, καθάπαξ τὰς φρένας διεφθορότα καὶ ἄδικα καὶ
παράνομα καὶ λέγοντα καὶ διανοούμενον περὶ ἐμοῦ, ἀλλ'
ὕστερον, ἡνίκα ἂν ἐθέλῃ θεός. περὶ δὲ ὧν εἴρηκας, ὡς δεῖ
15βασιλίδος ἱκέτην καὶ πατριάρχου γενέσθαι, ὡς ἂν συγγνώμην B
παρασχόμενοι πρόνοιάν τινα ποιήσωνται πρὶν παντάπασιν
ἀπολέσθαι, ἐκεῖνο εὔκαιρον εἰπεῖν, ὅτι, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμὲ, θυ-
γατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτὰς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν."
πρὸς μὲν οὖν ἐκεῖνον ὁ βασιλεὺς τοιαῦτα ἀπεκρίνατο.

20 νγ'. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ἐκ Θετταλίας C
ἦκον πρέσβεις, καλοῦντες βασιλέα καὶ δεόμενοι ἄρχειν σφῶν.
καὶ πρότερόν τε γὰρ ἕτοιμοι ἦσαν ὑπακούειν καὶ τὰ ἐκείνου
μᾶλλον ᾑροῦντο, ἢ βασιλίδος, καὶ τότε δὲ ὁμονοήσαντες

tibi possunt occinere: Macarius nos reliquit, diligens hoc saeculum, et profectus est Thessalonicam. Quorum te memorem esse oportebat, et horum simul, quae nunc sceleratiora magisque impia non recormidas: dum me, qui laesi neminem, tantum non per temet fonaris occidere (dignas videlicet isto modo gratias referens iis, qui episcopatum tibi mandaverunt) et nefarie effuso sanguine manus tuas scelerare: ita me ingratae et improbae in imperatorem voluntatis non accusasses, qui nihil unquam eius amicitia indignum perpetravi. De mea igitur in illum et liberos eius pietate nullum nunc tecum semel depravato ac de me pessime existimante loquenteque verbum commutabo: sed cum Deus voluerit. Quod autem iniecisti in sermone, oportere me imperatrici ac patriarchae supplicare, ut, data venia, saluti meae prospectum velint, illud apposite responderim. Filiae Hierusalem, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete et super filios vestros. Haec ad Macarium coram imperator.

53. Sub idem tempus etiam e Thessalia legati cum ad se vocant et orant, ut sibi praesit: nam et antea eius potius, quam Augustae partes amplexi, principem suum esse cupiebant, et tunc concorditer mittentes, ad gubernacula eumdem invitabant. Imperator cum pro veteri benevolentia, tum quod nunc ultro ei se subii-

A.C. 1342 ἔπεμψαν πρὸς αὐτὸν, καλοῦντες ἐπὶ τὴν ἀρχήν. βασιλεὺς δὲ αὐτοῖς πολλὰς ὁμολογήσας χάριτας τῆς τε προτέρας εὐνοίας καὶ τοῦ νυνὶ προσχωρεῖν ἑκόντας, ἔπειτα ἔφασκεν ἄγνωμον εἶναι δεινῶς, εἰ αὐτῶν πᾶσαν εὐνοίας ὑπερβολὴν
D ἐνδεικνυμένων, μὴ ὁμοίως καὶ αὐτὸς φαίνοιτο διακείμενος περὶ αὐτοὺς, μηδὲ τὴν διάνοιαν ἀποκαλύπτοι. ὅσα μὲν γὰρ ἐν Γυναικοκάστῳ συμβαίη περὶ αὐτὸν, καὶ ὡς αὐτός τε καὶ τῶν συνόντων οἱ μάλιστα φιλοῦντες μεγάλοις κινδύνοις περισχεθεῖεν, ἀφισταμένων μὲν τῶν οἰκείων, τῶν πολεμίων δὲ ἐπικειμένων, καὶ ταραχῆς πολλῆς καὶ ἀταξίας τὸ στρατόπεδον κατεχούσης, εἰ μὴ θεὸς ἄνωθεν χεῖρα σώζουσαν ὑπερέσχεν, οὐδ' αὐτοὺς ἠγνοηκέναι οἴεσθαι. ἀνάγκῃ δὲ ἐλθὼν πρὸς Κράλην τὸν ἄρχοντα Τριβαλῶν, πολλῆς ἀπολελαυκέναι παρ'
P. 521 αὐτοῦ καὶ τιμῆς καὶ συμμαχίας παρὰ δόξαν. ὀλίγῳ γοῦν πρότερον στρατιὰν παραλαβὼν πολλήν τε καὶ ἀγαθὴν, ἐπὶ Διδυμότειχον σπεύδειν, ὡς τοῖς ἐκεῖσε φίλοις συνεσόμενος καὶ διαθησόμενος εὖ τὰ κατ' αὐτόν. γενομένου δὲ ἐν Φεραῖς, τούς τε ἡγεμόνας καὶ τὴν στρατιὰν νόσῳ δεινῇ περισχεθῆναι καὶ ἀποθανεῖν αὐτῶν πολλοὺς, ὡς ἐκ τῆς νόσου
V. 419 καὶ πρὸς ἀνάγκην ἐλθεῖν αὖθις ἀναστρέφειν εἰς τὴν Τριβαλῶν ἀρχήν. νυνὶ δὲ παρασκευάζεσθαι, ὡς ἅμα στρατιᾷ εἰς Διδυμότειχον αὖθις ἀφιξόμενος. τοῦτο γὰρ μάλιστα λυσιτελεῖν αὐτῷ πρὸς τὸ κτήσασθαι, εἰ κατὰ γνώμην εἴη θεῷ, τὴν πᾶσαν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. δι' ἃ οὐ δύνασθαι ἥκειν πρὸς

5. μὴ om. P.

cerent, pluribus gratias agens, periniquum esse dixit, si, cum ipsi tam incredibile immensumque sui studium demonstrarint, non pari eos amore prosequi videretur, neque aperiret, quid in corde suo volutaret. Quae enim Gynaecocastri sibi evenissent, quo pacto et ipse et de suis amicissimi gravibus fuissent obsessi periculis, et domesticis desciscentibus, et hostibus instantibus ac prementibus, multaque in exercitu exstitisset tumultuatio et confusio, prae quibus malis pereundum erat, nisi Deus de coelo salutarem manum extendisset, haec, inquam, putare se ne ipsos quidem fallere. Cum autem ad Cralem, Triballorum principem, coactus confugisset, admodum magnifice ab eo tractatum et auxilia praeter opinionem consecutum esse. Itaque nuper cum copiis non parvis ac bellicosis Didymotichum coepisse contendere, ut, rebus suis illic constitutis, cum amicis sese coniungeret. Sed cum Pheris esset, duces ac milites periculoso morbo fuisse implicitos magnamque partem exstinctos: ut proinde in Triballos iter remetiri necesse habuerit. Nunc se comparare, ut cum exercitu denuo Didymotichum proficiscatur· id enim sibi ad acquirendum, si Deo placuerit, totum Romanum im-

Θετταλίαν νῦν. μᾶλλον γὰρ ἀνιάσειν, συγγινόμενος μὲν ἐπὶ A.C. 1342
μικρὸν, ἐν τάχει δὲ ἀπαίρων πρὸς Θρᾴκην αὖθις. ἀλλ' εἴγε B
κατὰ γνώμην αὐτοῖς εἴη ὑπ' αὐτὸν τελεῖν, νῦν μὲν ἄρχοντα
αὐτοῖς τὸν Ἄγγελον Ἰωάννην ἐφιστᾶν, προσήκοντά τε μάλι-
στα ἐξ αἵματος καὶ δυνάμενον ἐξηγεῖσθαι καὶ διασώζειν ἀπὸ
τῶν πολεμίων, ἄν τινες ἐπίωσι, καὶ συνέσει καὶ εὐψυχίᾳ
καὶ ἐμπειρίᾳ τῇ πρὸς τοὺς πολέμους. αὐτὸν δὲ γενόμενον
ἐν Διδυμοτείχῳ, εἰ μή τι κωλύοι δυσχερὲς, πρόνοιαν αὐτῶν
ποιήσεσθαι, ὅση δυνατὴ, καὶ πᾶσαν ἐνδείξεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν
καὶ προθυμίαν καὶ σπουδήν. τοιαῦτα μὲν πρὸς τοὺς πρέ-
σβεις ἀπεκρίνατο. ἐκέλευέ τε καὶ τοῖς ἐν Θετταλίᾳ ἀπαγγεί-
λαντας, εἰ πείθοιντο, εἰς ἔργον ἄγειν· φιλοφροσύνην τε αὐτῷ C
προσήκουσαν περὶ αὐτοὺς ἐπιδειξάμενος, συνεξέπεμπε καὶ
τῶν οἰκείων ἕνα Μανουὴλ τὸν διοικητὴν, ὡς τὰ εἰρημένα παρ'
αὐτοῦ καὶ τοῖς ἐν Θετταλίᾳ ἀπαγγελοῦντας. ὧν καὶ γενομέ-
νων ἐν Θετταλίᾳ, ἐπεὶ ἥ τε στρατιὰ καὶ τῶν πόλεων οἱ ἄρι-
στοι τὰ παρὰ βασιλέως εἰρημένα ἐπυνθάνοντο, πρῶτα μὲν
ὡμολόγουν βασιλεῖ χάριτας πολλὰς τῆς εὐμενείας τῆς περὶ
αὐτοὺς καὶ τῆς συντρόφου καὶ φίλης ἀληθείας ἐκ παιδὸς,
ὅτι καίτοι δοκῶν ἐν δυσπραγίαις εἶναι, οὐδὲν ὑπέμεινε πε-
πλασμένον φθέγξασθαι, οὐδ' ἀγεννὲς, ἀλλὰ δήλην αὐτοῖς
πεποίηται τὴν διάνοιαν οἵα ἦν. αὐτοὺς δὲ τῷ περιόντι τῆς
εἰς αὐτὸν εὐνοίας, ἐπεὶ μὴ λυσιτελεῖν αὐτῷ δοκοίη, τὸ νῦν D
ἔχον ἧκειν παρ' αὐτοὺς, οὐκ Ἄγγελον μόνον, κατὰ γένος τε

24. τε add. M.

perium adiumento maximo futurum. Propterea in Thessaliam per id tempus venire non posse: magis enim molestia, quam laetitia eos affecturum, si brevi spatio illic degens, in Thraciam revertatur. Sed si vere et ex animo sibi parere velint, in praesens Ioannem Angelum praetorem se illis praeficere, sanguine coniunctissimum: quique ad salutem ab hostibus defendendam et prudentia et invicto animo et peritia militari egregium se ducem praestare queat. Se, ubi Didymotichi fuerit, nec aliquis casus impedierit, quanta maxima poterit diligentia alacritateque eorum res curaturum. Haec legatis respondit, et ea Thessalis renuntiare iussit: qui si annuerent, tum opere complerentur. Sic eos qua decebat comitate, et una de domesticis suis Manuelem administratorem dimittit. Ad eos ut venerunt, militesque et optimates urbium responsum audierunt, de benevolentia ac de veritate, cuius a puero fuisset semper studiosissimus, amplissimas ei gratias agunt, quod nimirum nihil fictum ac timidum, quamvis afflicta et prostrata fortuna sua, ut appareret, loqui, sed mentem illis suam candide declarare voluisset. Se autem abundantia quadam amoris erga illum, quandoquidem hoc tempore ad eos sibi veniendum non putet, non modo Angelum, ipsi genere

A. C. 1342 αὐτῷ προσήκοντα καὶ ἄρχειν δυνάμενον αὐτῶν, ἀλλὰ [καὶ εἴ τινα ἐκείνου πέμποι πολλῷ καταδεέστερον, δέξεσθαι προθύμως καὶ πᾶσαν ἐπιδείξεσθαι περὶ τὸν βασιλέα εὔνοιαν. τοιαῦτα μὲν καὶ οἱ ἐν Θετταλίᾳ ἀπεκρίναντο. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ πύθοιτο ἀπὸ τῶν πρέσβεων ἐπανελθόντων, ἔπεμπε τὸν ἀνεψιὸν Ἄγγελον Ἰωάννην, ἐπίτροπον εἶναι Θετταλίας. πᾶσι δὲ βουλόμενος καταφανὲς ποιεῖν, ὡς οὐ βασιλέως τοῖς παισὶν ἐπιβουλεύων ἤρατο τὸν πόλεμον, καὶ ὡς οὐδ' εἰ περιγένοιτο τῆς ἀρχῆς ἔγνωκεν ἀποστερεῖν, ἀλλ' ὑπὸ βασιλίδος μᾶλλον
P. 522 αὐτὸς ἐπολεμήθη ἀνθρώποις πειθομένης συκοφάνταις, τῷ Ἀγγέλῳ πρὸς τὴν Θετταλίας ἀρχὴν χρυσόβουλλον ποιῶν, βασιλίδα τε προσέγραφε καὶ βασιλέα Ἰωάννην τὸν υἱὸν, ὥστε Ἄγγελόν τε καὶ Θετταλοὺς τὴν δουλείαν τε κἀκείνοις ὥσπερ καὶ αὐτῷ ὁμολογεῖν καὶ μᾶλλον ἢ πρότερον ὑπείκειν. ὃ καὶ ἐπὶ λέξεως εἶχεν οὕτως· „ὡς ἀπόλοιτο ὁ φθόνος, τὸ πάντων τῶν κακῶν χείριστόν τε καὶ ἀδικώτατον, ὅγε κακῶς ἡμᾶς ἀρχῆθεν ἐξώσας τῆς ἀκηράτου τρυφῆς χειρὶ θεοῦ πλασθέντας καὶ λόγῳ τιμηθέντας, ὧ τῆς ὑπὲρ λόγον χάριτος. καίτοι μετὰ τὴν τοῦ χείρονος πεῖραν, ἵνα συνελὼν εἴπω, εἰ τῆς ἐνδίκου καταδίκης ἐκείνης ἦμεν ἐν συναισθήσει καὶ τάχα
B βελτίω ἐμελετῶμεν, κἂν συγγνώμης τυχόντες αὖθις ἂν ἦμεν ἐν τοῖς προτέροις. νυνὶ δ' ὥσπερ μή τι χαλεπὸν πεπραχότες ἢ πεπονθότες ἐξ ἀβουλίας, ἢ γοῦν ὑπὸ τοῦ παθεῖν οὐμενοῦν διδαχθέντες, τὸ τὰ δέοντα φρονεῖν οἱονεὶ παρῃρήμεθα, πή-

coniunctum et ad regendum idoneum: sed et si quempiam illo multo inferiorem mittat, libenter suscepturos imperatorisque semper fore cupidissimos. Talia Thessali responderunt: quae ut a legatis reversis imperator audivit, consobrinum Ioannem Angelum ad incundam Thessaliae praefecturam misit. Volens autem constare palam, non se insidiantem imperatoris liberis bellum snscepisse: nec, si vinceret, illos imperio privare statuisse, sed potius ab Augusta, mendaciloquis hominibus fidem commodante, se oppugnari, Angelo propter Thessaliae procurationem bullam auream faciundam et imperatricis ac Ioannis, eius filii imperatoris, nomina adscribi curavit, ut et Angelus et Thessali subiectionem aeque ipsis ut sibi profiterentur magisque de cetero subessent. Bulla ad verbum haec erat. Utinam malorum omnium pessimum nequissimumque, invidia, disperiret, quae nos Dei manu fictos et intelligentia honoratos (o inexplicabile munus) male ab initio ab immortalibus illis deliciis expulit. Quamquam si post experta mala, ut breviter dicam, iustam illam damnationem simul agnosceremus melioraque meditaremur, veniam adepti, in priorem statum restitueremur. At nunc, quasi ob amentiam nihil noxium operati aut perpessi: sive ex eo, quod

ματα πάσχειν αὐθαίρετα κακῶς αἱρεθέντες, καὶ δεινῶς ἐγκα- A. C. 1342
λινδεῖσθαι διὰ βίου τοῖς μὴ καθήκουσι καὶ τῆς ἴσης ἀξίας
πρὸς θεοῦ τυχόντες, καὶ τῆς αὐτῆς ἠξιωμένοι σπουδῆς, με-
μηνότος δίκην, ταυτησὶ μὲν οἰκτρῶς ἐκπεπτώκαμεν, ἀνισότητα V. 420
δὲ πεπόνθαμέν τε καὶ τετιμήκαμεν. δέον γὰρ σπουδάζειν
ἢ τὸν αὐτὸν ἐπὶ τοῖς ἀμείνοσι δρόμον, ἢ φιλονεικεῖν ἄλλος
ἄλλον ὑπερβαίνειν, ὅπως ἂν ἐπ' ἀγαθοῖς ἀλλήλους νικῴημεν C
τοὐναντίον ἅπαν φαινόμεθα πράττοντες, καὶ συμβέβηκεν ἡμῖν
οἷόν τι πάθος ἀτεχνῶς ἄτοπον, ὅτι κατὰ τοὺς τῆς μορφῆς
χαρακτῆρας ἔπεστι διενηνοχέναι, καὶ ταῖς τῆς ψυχῆς ἕξεσι.
καὶ τὴν πρώτην ἐκείνην καὶ μακαριστὴν ὄντως εὐδαιμονίαν
ἀποβαλοῦσιν ἡμῖν δέδοκτο δεῖν ἐφ' ἑτέραν πολυσχιδῆ τρα-
πέσθαι, ἀβέβαιον πάντῃ καὶ καθ' ἑαυτὴν στασιάζουσαν. ἣν
εἴ τις οὐ καλοίη τύρβην κομιδῇ ματαίαν καὶ θόρυβον ἀκερ-
δῆ, τοῦτον ἐγὼ νομίζω τελεῖν οὐκ εἰς τοὺς εὖ φρονοῦντας,
οὐ φύσεως εἰς τοῦτο, φαύλης δέ τινος αἱρέσεως ζημιωσάσης
αὐτόν. πολλῶν δὲ ταύτης δὴ τῆς λεγομένης τε καὶ νομιζο-
μένης εὐδαιμονίας διαφόρως εὐμοιρησάντων, καὶ τῷ μὲν ἀπὸ D
γένους οἷον τιμᾶν εἰώθασιν ἄνθρωποι, τὸ βρενθύεσθαί τε
καὶ ἥδεσθαι προσυπάρχοντος, τῷ δ' ἀπὸ χρημάτων, τῷ δ'
ἀπὸ δόξης καὶ θεραπείας ὅτι πολλῆς, ἑτέρῳ δ' ἀπὸ στρατη-
γίας βίου τε κατὰ κόσμον ἐπαινετοῦ, ἄλλῳ δ' ἀπ' εὐτεκνίας
καὶ φατρίας λαμπρᾶς συγγενῶν καὶ φίλων, τούτων ἁπάντων

17. δὴ pro δὲ P. et M.

passi sumus minime docti, iudicium veri propemodum amisimus, dum mala perpeti male eligimus, et accusare quaerimus, quorum in vita nullum crimen reperitur. Et cum aequalem a Deo dignitatem inter nos sortiti eademque ab ipso cura dignati simus, ea furiosorum instar miserabiliter excidimus, et ad inaequalitatem redacti, eam in honore habuimus. Cum namque vel studere debuissemus idem ingredi virtutis curriculum, vel contendere, ut alius alium anteiret et in bonis actionibus nos mutuo vinceremus, prorsus contra facimus, et tamquam morbo quodam absurdissimo occupamur. Nam ex formae nostrae lineamentis sequitur, ut etiam habitibus animi excelluerimus. Et quia prima illa vereque beatissima felicitate orbati sumus, visum est oportere ad aliam multiplicem, inconstantem omnino et a se ipsa dissidentem converti. Quam si quis non appellet turbas valde stolidas tumultumque, hunc ego in prudentibus haud numeraudum, neque illi naturam, sed pravam aliquam voluntatem in hoc nocuisse opinor. Cum porro multi huius dictae et legitimae felicitatis diversa ratione exsortes sint, et homines partim maiorum claritudine, partim pecuniarum thesauris, partim gloria, et multorum erga se observantia, partim arte ac munere

A.C. 1342 καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τοῖς πολλοῖς μακαρίζεται, (παρίημι γὰρ τὸ δοκεῖν περαιτέρω τῇ τῶν τοιούτων ὀνομάτων προφορᾷ φαιδρύνεσθαι,) λίαν ἱκανῶς ἐμοὶ πειραθῆναι καὶ ἀψιλῶς εὐμαρῶς πως ἄν τις εἴποι κατὰ ῥοῦν θεόθεν κεχορήγη-
P. 523 ται. καὶ εἴ τῳ τῶν νῦν ἢ τῶν πάλαι ἐνὶ τῶν λεγομένων αὐχεῖν ὁπωσοῦν ἐχρῆν ἢ μέγα φρονεῖν, φαῖεν ἅπαντες ἂν ἐμοὶ χρῆναι τὸ τούτοις ἅπασι διὰ πάντων σεμνύνεσθαι ἀμέλει. καὶ ἦν μὲν ἐμοὶ πολλή τις εὐδαιμονίας σύῤῥοια καὶ ὅλβου παντοίου, μηδενὸς τυγχάνοντος κακοῦ καθ' ἡμαρ, ὥς τινι τῶν πάλαι σοφῶν ἐπῃνέθη· ἐθεώμην δ' ὥσπερ ἐξ ἀ-
πόπτου τινὸς εἰκῆ ταῦτα τιμώμενά τε καὶ σπουδαζόμενα καὶ ῥᾷστα λυόμενα, ὡς ἔξωθεν ἀνθρώποις περιῤῥεόμενα, τύχης τινὸς ἀστάτῳ φορᾷ καὶ τὸ τῆς τρυτάνης πασχούσης, ἧς τῶν πλαστίγγων ἡ μὲν ἄνεισι κουφιζομένη, ἡ δ' αὖ καθέλκεται βαρυτέρας ἐπεντεθείσης ὁλκῆς. καὶ πάντων μὲν τῶν ἄλλων
B ᾤμην ῥᾳδίαν τινὰ τὴν μεταβολήν, ὡς ἀπὸ μὲν τῶν ἀφιξόμενος οἴκοθεν, ὑπὸ δὲ τῶν ἴσως οὐκ ἀεὶ καλούμενος, οἷα συμβαίνειν εἴωθεν· ἣν δ' ἐφθακὼς ὠνόμασα φατρίαν φίλων, οὔποτ' ᾤμην τοῖς πράγμασι συμμεταβληθῆναι, μηδὲ τοῖς τοῦ βίου καιροῖς, ἀλλ' ὥσπερ οὐκ αὐτὸς ἔμελλον ἀμωσγέπως ἐκείνων ἀφέξεσθαι, οὕτως οὐδὲ σφᾶς ἄλλο παρὰ τοῦτο παθεῖν ὑπείληφα. εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς· παγχάλεπον ἐνόμισα

5. ὡς M., πως P. 13. παρασχούσης M.

imperatorio, partim vita, ordine et modo laudabili instituta, partim felicitate liberorum illustriumque cognatorum et amicorum tribu superbire et laetari consueverint, haec omnia et alia, quae vulgo beatitates habentur, (quae praetereo, ne omnibus huiuscemodi proferendis nimium videar delectari,) plus satis ubertimque, citra laborem, et ut ita dicam, facili ac secundo quodam cursu experiri a Deo mihi concessum est. Et si cui, qui nunc vivunt mortalium, aut qui olim vixerunt, in uno horum quomodocumque gloriari sese-que circumspicere fas est aut fuit, omnes mihi hoc utique concedendum fatebuntur, his omnibus per omnia gloriari. Equidem felicitate multa et omnigenis opibus sine malo quotidiano aliquo circumfluxi: quod quidam antiquorum sapientum laudavit. Contemplabar autem velut e specula ista, quae temere honorantur et studiose quaeruntur ac facillime dilabuntur: utpote quae de foris hominibus affluunt, fortunae cuiusdam inconstanti fluxu, haec in trutina praebentis: cuius lancium altera levior adscendit, altera contra gravitate ponderis deprimitur. Et omnia quidem alia facile mutatum iri putabam, utpote ab his sponte discessurus, ab illis non semper fortasse honorifice appellatus, quemadmodum fieri solet. Quam autem supra amicorum tribum nominavi, cum rebus ipsis et temporibus mutatum iri non sperabam. Sed ut ego me ab illis non eram

ἐκείνους κατ' ἐμοῦ γενέσθαι, οὓς εὖ ποιῶν οὐκ ἐπαυσάμην A. C. 1342
ἐν πᾶσιν. εἰ δὲ καὶ ὑπ' αὐτῶν τούτων μᾶλλον ἡμεῖς ἀνήκεστα ἐπεπόνθειμεν καὶ τὰ δεινότατα, φεῦ, σεσυκοφαντήμεθα καὶ διαβεβλήμεθα, τί χρὴ καὶ λέγειν; ἀλλ' ἐχρῆν, ἄρ' ἐχρῆν C
5κατειληφέναι πάντας ἁπλανῶς καὶ ἐς προὔπτον κεῖσθαι, ὡς οὐδὲν μόνιμον, οὐδὲ βέβαιον. τῷ μέντοι πρὸ ἡμῶν δεσπότῃ τε καὶ βασιλεῖ τῷ θειοτάτῳ καὶ γενναίῳ μοι ἀδελφῷ πάλαι τὰ μέγιστ' ἀδικουμένῳ καὶ κινδυνεύοντι, (παροπτέον δὲ τὰ νῦν φειδοῖ τῶν ἀδικούντων, πλὴν τούτου, πάνυ θαυμαστῶν ὄντων,)
10προστεθέντες ἡμεῖς καὶ πάντα μὲν παρ' οὐδὲν θέμενοι, συγκινδυνεῦσαι δ' ἐκείνῳ καλῶς ἑλόμενοι καὶ μυρίοις ὑπὲρ ἐκείνου συμπιεσθέντες δεινοῖς, φιλίας ὅρῳ καὶ νόμοις δικαίου V. 421
χρέους πειθόμενοι, περιγενέσθαι λαμπρῶς τῶν ἀδικούντων τουτονὶ πεποιήκαμεν θεοῦ, τυχόντες ἵλεω. καὶ ἦμεν αὖθις
15ἐν παντὶ βίῳ τοῦ ζῆν καὶ βασιλεύειν ἐκεῖνον κηδόμενοί τε καὶ D
περὶ πλείστου ποιούμενοι, ὡς ἴσασι ταῦτα πάντες, καὶ ἡμῶν τὸ σιγᾷν αἱρουμένων. ἐγὼ μὲν οὖν, ὡς καὶ πλειστάκις αὐτοῖς ἔργοις ἐπεδειξάμην, ὑπὸ θεῷ καὶ τὰ νῦν διισχυρίζομαι μάρτυρι, ὡς ῥᾷστ' ἂν καὶ σὺν εὐχῇ τὴν ἐμὴν ἀπεδόμην ζω-
20ὴν, εἴγε ἐξὸν ἦν ἐκεῖνον οὐκ ἐς ᾅδου ἰέναι. ἐπεὶ δὲ τοῦτ' ἐβουλόμην μὲν καὶ ὅσον τὸ ἀπ' ἐμαυτοῦ εἶχον ἐκ τοῦ ῥᾴστου πεποιηκέναι, τῷ θεῷ δ' οὕτω κέκριται καὶ τέθνηκεν, ὡς μὴ ὤφελε, βίον ἀβίωτον ἐμοὶ καταλελοιπὼς, τοῦ ζῆν καὶ ἄρχειν P. 524

quadamtenus seiuncturus, sic ipsos non aliter facturos existimabam. Fatenda veritas, difficillimum credidi, ut illi mihi adversarentur, quibus undecumque benefacere non cessavi. Si autem ab his ipsis potius infanda passi et, pro dolor, calumniis vehementissime oppugnati sumus, quid attinet plura dicere? Sed oportebat, oportebat, inquam, omnes cognoscere et ante oculos ponere, nihil esse firmum ac permanens. Qui autem nos antecessit dominus ac imperator divinissimus et generosus mihi frater, ei olim iniuriosissime tractato et in periculis versanti (dissimulandum et parcendum in praesens iis, qui iniuriam intulerunt, nisi hoc, quod illustrissimi fuerunt) nos sociati, eius causa omnia contempsimus, et cum eo pericula libenter subeuntes, milleque malis propter illum exerciti, amicitiae ac iustae necessitatis legibus inducti effecimus, Deum sortiti propitium, ut is persecutores suos praeclare superaret. Et eramus postea in omni eius vita solliciti maximique cuiusdam boni loco optabamus, ut ille viveret et imperaret: id quod vel tacentibus nobis nemo non novit. Ego igitur, quod factis ipsis saepissime prae me tuli, nunc quoque Deo teste affirmo: si fieri potuisset, ut ille non moreretur, me cupidissime pro eo moriturum fuisse. Quoniam autem ego istuc volui, et quod ad me attinet, facillime potui, Deo tamen aliter visum est, et ille obiens (quod utinam superesset) vi-

A.C. 1342 τὴν ἐκείνου σύζυγον καὶ τὰ φίλτατα παντὶ σθένει καλῶς ἐγὼ λίαν ἐπιμεμέλημαι, ψήφῳ τοῦ θειοτάτου βασιλέως καὶ πάντων ἐφεξῆς ὕστερον τὴν τῶν κοινῶν, ὡς καὶ πρὶν ἐγκεχειρισμένος διοίκησιν. καλῶς τοίνυν καὶ κατ' εὐχὴν καὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον τῶν πραγμάτων ἡκόντων καὶ ἥξειν ἔτι ῥᾳδίως ἐπαγγελομένων, τῷ ἔξωλει καὶ κακίστῳ πάθει δή φημι τῷ φθόνῳ τρωθέντες, οἱ μᾶλλον, ὡς εἴρηται, παθόντες εὖ παρ' ἡμῶν, ὧν ἔξαρχος ὁ κάκιστ' ἀπολούμενος ἦν Ἀπόκαυκος, δίκην ὄφεως ὑπεψιθύρισαν τῇ βασιλίδι καὶ τοῦ ὀρθοῦ ταύτην ἐκπεπτωκέναι παρεσκευάκασι κακῶς, τὴν αὐτῆς διαστρέψαν-
B τες γνώμην· οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι γνῶσιν καθ' ἡμῶν, βαβαί, καὶ ταῦτα σπουδαζόντων ὑπὲρ ἐκείνης καὶ τοῦ παιδὸς καὶ βασιλέως, καὶ μυρίους ὑπὲρ ἀμφοῖν ὑφισταμένων καμάτους. μέντοι γε καὶ κακοῖς ἐπεχείρησεν ἀμείψασθαί με, μᾶλλον δὲ θανάτῳ, τὸν ὅσῳ περὶ ἐκείνην καὶ τὰ κοινὰ ἀγαθὸν τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι. ἀλλ' οἷα ἀνθ' οἵων κεκόμισμαι. ὁπηνίκα γάρ με ἐχρῆν εἰπεῖν τὸ τοῦ Παύλου, κρεῖττον ἂν εἴη λέγειν τὸ τοῦ ἀποστόλου τοῦ θεηγόρου, τὸ τὴν πίστιν τετήρηκα, τὸν δρόμον τετέλεκα, καὶ τὸ ἐξῆς τοῦ ῥητοῦ λοιπὸν εἰληφέναι θαῤῥεῖν, τότ' ἄρα ἐμοῦ μὲν σιγῶντος, αὐτὸ τοὔργον
C ἐβόα τοὺς ἄθλους καὶ μεγάλα ἀντὶ μεγάλων εἰσέπραττεν. οἱ δ' ὀφείλοντες, ὦ τῆς τῶν συκοφαντησάντων παραπληξίας, ἐρήμην ἡμᾶς κατεδίκασαν καὶ ἐγράψαντο πλάσαντες καθ' ἡμῶν, ὃ πρὸς βουλῆς καὶ μελέτης ἡμῖν οὐκ ἦν, οὗτοι μὰ τὸν

9. ὑπεψηθύρισαν P. et M. 17 Παύλου — θεηγόρου add. M.

tam minime vitalem mihi reliquit, ut eius coniux et liberi viverent atque imperarent, omni cura et ope elaboravi, auctoritate sacratissimi imperatoris et omnium deinceps, rursum, ut ante, rerum summae administrandae praepositus. Cum omnia belle et ad votum rectissimeque procederent, et ita processura spes bona daretur, exitiali et pessimo sane morbo, invidia, inquam, correpti, quos prae aliis beneficentia nostra extuleramus, duce et auctore Apocaucho perditissimo, qui serpentis instar imperatrici insibilabat, a recto tramite eam detorserunt et voluntatem eius (non enim dicam intelligentiam) erga nos, mirabile dictu, perverterunt: idque cum pro ipso et eius filio imperatori tantum contenderemus et sexcentos pro ambobus labores hauriremus: nihilo minus malis, vel morte potius, me Christo favente, de ipsa et communi tam bene merentem, remunerare conata est. Hem qualia pro qualibus recepi? Quando enim me illud Pauli, divini apostoli, dicere convenisset: Fidem servavi, cursum consummavi et confidere, quod in sententia sequitur, me accepturum (tunc siquidem me tacente res ipsa certamina mea proclamabat, et pro magnis magna reposcebat) qui no-

καὶ λογισμοὺς καρδιῶν ἀκριβῶς ἐπιστάμενον. ἀλλὰ ταῦ- A. C. 1342
τα μὲν εἰς ἕτερόν μοι τεταμιεύσθω καιρὸν, ἡνίκα καὶ φανήσεται τἀληθὲς καλῶς θεοῦ διδόντος. νῦν δ' ὡς μὴ τῇ τοῦ λόγου ῥύμῃ συνισχημένοι, κἀντεῦθεν ταῖς τοιαύταις ἐμφιλοχωρεῖν ὑποθέσεσιν ἐπειγόμενοι, ἄτοπόν τι ποιεῖν ὑπολη-
φθείημεν, μικροῖς λόγοις τὰ μὴ μικρὰ παραδοῦναι πειρώμενοι, ἰτέον εὐθὺ τοῦ προκειμένου. ἐπειδή ποτε βασκανίᾳ δαίμονος, ὡς διείληπται, καθ' ἡμῶν μανέντες οὐκ ἔνδικα οὓς διὰ χρόνου μακροῦ φίλους συνεστησάμεθα καὶ κοινωνοὺς ἡμῖν ἐποιησάμεθα τῆς εὐπραγίας, ἐσκαιώρησαν τὰ δεινότατα, καὶ ἧν ἐπορευόμεθα σὺν θεῷ πορείαν ὀρθήν τε καὶ τῷ κοινῷ D
συντείνουσαν κακοὶ κακῶς διαβεβληκότες τε καὶ κεκακουργηκότες παντάπασι προτεθύμηνται καὶ ἐπικεχειρήκασιν ἡμᾶς ὀλέσαι σὺν τοῖς ὑπολειφθεῖσι φίλοις, τοῦ κινδύνου τέως ἐ-
στῶτος ἡμῖν, τὰ πρὸς σωτηρίαν ἀθρόον βεβουλεύμεθα· οὐδὲν ἧττον ἐπὶ θεῷ μάρτυρι πεφρικότες καὶ συνδιασκεψάμενοι, καὶ ἔτι φροντίζοντες, καὶ πῶς ἂν ἐκεῖνοι σωθεῖεν οἱ καταπροδόντες ἡμᾶς, καὶ ἵνα τὰ ἐν μέσῳ πλεῖστά γε ὄντα καὶ κόρον ὡσὶ παρέχοντα παρῶ, πάντων σχεδὸν ἐν ἀνάγ-
κῃ καὶ καιρῷ κίνδυνον ἀπειλοῦντι διαφόρως, ἀπειπόντων τε καὶ καταλελοιπότων με φίλων, συγγενῶν γνησίων καὶ θερα- P. 525
πόντων, ταῦτά μοι τούτοις ὀφειλόντων, μᾶλλον δ' εἰπεῖν καὶ V. 422

bis debebant (o sycophantarum vesaniam) nos accusantes, indicta causa damnarunt, adversum nos comminiscentes, quod in mentem nobis nunquam venerat: ita nos amet, qui cordium cogitationes perfecte cognoscit. Verum haec in aliud tempus differam, quando divino munere veritas clare apparebit. Nunc ne impetu orationis abrepti, in hoc argumento cogamur immorari, ac proinde inepti existimemur, dum parvo sermone haud parva complecti nitimur, recta ad propositum aggrediendum est. Postquam igitur invidia daemonis, ut explicatum est, contra nos inique furentes, quos longo tempore nobis devinxeramus felicitatisque nostrae participes feceramus, horribilia in nos perverse moliti sunt, directaque et ad commune bonum pertinente via, Deo adiuvante, incedentes improbi improbe criminando malefaciendoque cum amicorum reliquiis funditus perdere studuerunt ac tentaverunt, interea nos urgente discrimine frequenter de salute consultavimus: nihilo minus coram Deo trementes et sollicite considerantes, quo modo salvi esse possent, qui nos prodidissent. Atque ut multa, quae sunt in medio, ad fugiendam satietatem silcam, cum amici ferme omnes in duris periculosisque temporibus meis alii alia de causa mutatis voluntatibus me desertum ivissent, ipsique cognati ac ministri, quo eadem vel plura potius officia mihi debebant, in sexcentis me discriminibus, arcano Dei iudicio destituissent, ipsam et solam Dei dexteram ma-

A. C. 1342 πλείω καὶ μυρίοις καταπροέσθαι με κινδύνοις πολλάκις ἠρημένων, κρίμασι θείοις καὶ λόγοις ἀῤῥήτοις αὐτῆς καὶ μόνης τῆς τοῦ θεοῦ δεξιᾶς ἠσθόμην λαμπρῶς ἀντιλαμβανομένης μου καὶ ἀντωθουμένης ἰσχυρῶς τοὺς καθ' ἡμῶν, ὡς ἄν τις φαίη, ἐπενηνεγμένους ἀκροβολισμοὺς καὶ τὰς ἐλεπόλεις τηνικαῦτα πέφηνε κρειττων τῶν ἀπειλούντων πάντων, καὶ σφόδρα δεινῶν τοσούτων. καὶ ὁ περιπόθητος αὐτάδελφος τῆς βασιλείας μου κύριος Ἰωάννης ὁ Ἄγγελος, ὃς τῆς αὐτῆς ἡμῖν τοῦ γένους ῥίζης τετυχηκὼς καὶ βασιλικοῖς βρύων αἵμασι,
B λίαν ἐπαινετῶς ἀντεφιλονείκησε περιγεγενῆσθαι μᾶλλον ἁπάντων τῇ τῆς ψυχῆς εὐγενείᾳ, ἢ ὅσῳ περιγίνεται τῇ τοῦ σώματος. τὴν μὲν γὰρ οἶδε φύουσάν τε καὶ αὖθις μείουσαν, τὴν δ' ἄφθιτον ἀεὶ μίμνουσαν. ψυχῆς μὲν οὖν ἀνδρίαν, ἢ φρονήσεως ἑδραιότητα καὶ περὶ τοὺς φίλους στερῥότητα, ὥστε προκινδυνεύειν αὐτῶν αἱρεῖσθαι, σώματός τε εὐφυΐαν καὶ
C ὥσπερ εὐαρμοστίαν καὶ ῥώμην, μακρὸν ἂν εἴη τὰ νῦν διεξέρχεσθαι. ἐπεὶ δὲ τὰς παρ' αὐτῶν φασι τῶν ἐχθρῶν ἀξιοπιστοτέρας γίνεσθαι μαρτυρίας, εἰδεῖεν ἂν καὶ φαῖεν ταῦτα Ἰλλυριοί τε, καθ' ὧν οὑτοσὶ μέγα κεκλέϊσται, καὶ πᾶσα ἤπειρος καὶ αὐτοὶ Πέρσαι, οἳ πολλάκις τούτῳ προσβαλόντες παντελῶς ἧττους, ὡς μηδένες ἐναργῶς ἀπηλέγχθησαν. ἃ δ' ὑπήνεγκεν ἀνδρείως καὶ πέπονθεν ἐμὴν χάριν, χρημάτων ἁφαίρεσιν παντελῆ καὶ πλούτου παντὸς δήμευσιν, θεραπόντων πλῆθος, στέρησίν τε τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὧν ἡττημένους ὁ-

nifestam mihi subvenire fortiterque tela in me contorta et murales, ut sic loquar, machinas retundere sensi. Illa tunc omnium minis et tam multis terriculamentis potentiorem se declaravit. Et carissimus frater maiestatis nostrae, dominus Ioannes Angelus, eamdem generis radicem mecum sortitus et imperatorio sanguine florens, cum sua eximia laude omnes magis nobilitate animi vincere contendit, quam eos corporis nobilitate antecellit. Hanc enim nasci minuique, illam incorruptam perseverare novit. Animi igitur eius fortitudinem stabilemque prudentiam et in amicis diligendis constantiam, pro quibus nullum discrimen reformidet, corporisque habilitatem et velut conciunitudinem ac robur, longum esset in praesentia commemorare. Quia vero hostium testimonia, ut aiunt, fide digniora sunt, norunt ista fatebunturque et Illyrii, ex quibus hic insignem gloriam reportavit, tota item continens et ipsi Persae, qui, saepe in hunc impetu facto, omnibus modis inferiores ac nulli evidenter apparuerunt. Quae autem mea causa viriliter sustinuerit, universae scilicet pecuniae spoliationem facultatumque omnium proscriptionem, famulorum amissum gregem, privationem aliarum rerum omnium, quibus homines fractos succumbere vide-

ρῶμεν ἀνθρώπους· ὅπως τέ μοι συνεξώκισται ἐς Τριβαλοὺς, A.C. 1342
καὶ ψυχὴν αὐτὴν ἑτοίμως εἶχεν ὑπὲρ ἐμοῦ θεῖναι ὁπότε ἔδει, καὶ ὅπως ἐγίνετό μοι ἀντὶ πάντων, ὁποίων τέ μοι καὶ ὁπόσων κεκοινώνηκε τῶν ἀνιαρῶν, ἐῶ λέγειν, ὡς μὴ ἀνάξια δόξω πράττων ἐκδιηγούμενος σὺν οἰκτῳ δι' ἐμαυτοῦ, ἃ τότε γενναίως ἠνέγκαμεν ἀρωγῇ τοῦ κρείττονος. βούλομαι μὲν οὖν μακροτέρᾳ διηγήσει δοῦναι τὰ τούτου. ἐπειδὴ δ' ἐλάττω τῆς ἀληθείας ἔσται πάντως ἅττ' ἂν εἴποιμεν, ἔχει τις ἐξ ὀλίγων D
πάνυ τῶν ῥηθέντων ὥσπερ ἐν ἐπιδρομῇ ἐς βαθεῖαν τοῦ αὐτοῦ πραχτέων ἐληλυθέναι κατάληψιν. παρείσθω γὰρ τὰ πλείω οἷς ἔργον αὐτὸ τοῦτο μόνον, τὸ γραφῆς ταῦτ' ἀξιοῦν καὶ λόγοις τιμᾶν. ἡμῖν δὲ πρὸ τούτου μελήσει καὶ αὐτοῖς ἔργοις ἀμείβεσθαι τουτονὶ τὸν περιπόθητον αὐτάδελφον τῆς βασιλείας μου τὸν φερωνύμως χάρισι βρύοντα. δικαιότατον γὰρ εὐεργετεῖσθαι παρ' ἡμῖν καὶ μεγάλων ἀμοιβῶν ἀξιοῦσθαι, οὐχ ὅτι μόνον ἐστὶν οἷος δέδεικται καὶ φορυτὸν δυσχερῶν σὺν ἡμῖν ὑπὲρ ἡμῶν μάλα ἀσμένως ὑπήνεγκεν· ἀλλ' ὅτι P. 526
καὶ διὰ πάντων τῶν αὐτῷ πεπραγμένων τρανῶς ἐπαγγέλλεται συνοίσειν, ὅ,τι βέλτιον τῷ κοινῷ, καὶ νίκας ἄρασθαι κατ' ἐχθρῶν τὰ Ῥωμαίων νεμομένων ἀναίδην. διά τοι τοῦτο καὶ χάριτας ἀποχρώσας ἡ βασιλεία μου τῷδε βουλομένη ἀεὶ, ἐπιχορηγεῖ καὶ ἐπιβραβεύει νῦν καὶ τὸν παρόντα χρυσόβουλλον λόγον, δι' οὗ προστάσσει καὶ θεσπίζει καὶ διορίζεται εἶ-

1. συνεξώρισται M. 9. τῶν αὐτῷ fortasse.

mus: ut mecum exul ad Triballos abierit, animamque ipsam, si opus fuisset, pro me depositurus fuerit: quomodo mihi unus instar omnium fuerit, quales quantasque mecum perpessus sit miserias, mitto dicere, ne ineptus audiam, cum commiseratione ipse enarrans, quae tunc numinis auxilio generosa mente pertulimus. Volo igitur res eius longiori narrationi reservare. Et quoniam vero minora habebuntur, plane quae disseruimus, poterit quis e paucis admodum et velut in transitu a me dictis, in factorum eius penitiorem cognitionem venire. Relinquantur enim plura iis, quibus unum hoc opus, talia litteris consignare et verborum luminibus illustrare. Nobis potius curae erit, etiam rebus desiderabilem hunc maiestatis nostrae fratrem remunerare, qui suo nomini convenienter gratiis circumfluit. Meritissimo enim officia in illum conferemus et amplissima ei dona rependemus, non solum quia talis est, qualem praedicavimus, et acervum quemdam difficultatum nobiscum toleravit libentissime: sed quia etiam per omnia, quae praestitit, rei publicae profuturum sese, victoriamque de hostibus, Romanorum terras impudenter occupantibus, manifeste relaturum promittit. Idcirco cum eum potentia nostra digne remuneratum semper velit, nunc insuper ei hoc in aurea bulla testimonium praebet, et veluti

A.C. 1342 ναι τὸν διαληφθέντα περιπόθητον αὐτάδελφον τῆς βασιλείας μου κύριον Ἰωάννην τὸν Ἄγγελον εἰς κεφαλὴν τῶν κάστρων καὶ χωρῶν Βλαχίας ἐφ' ὅρῳ τῆς ζωῆς αὐτοῦ, καὶ ἐπιμελεῖσθαι καὶ σπεύδειν καὶ φροντίζειν τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπιδόσεως καὶ βελτιόσεως αὐτῶν, ὀφείλοντα διατηρεῖν ἀπαρασά-
B λευτα καὶ ἅπερ ἐνόρκως ὑπεσχέθη τῇ βασιλείᾳ μου· ἃ πε-
V. 423 ριττὸν μὲν ἴσως ἂν δόξειε κατὰ μέρος δηλούμενα καὶ ἀνοίκεια τάχα τῷ τούτου τρόπῳ ἀγαθῷ γε ὄντι καὶ περὶ ἡμᾶς εὐνουστάτῳ. ἐπεὶ δ' ἐπαινετόν τι χρῆμα πολλῶν ἕνεκα τὸ τρίβον ἀσφαλῆ καὶ λείαν πορεύεσθαι μηδὲν προσιστάμενον ἔχουσαν, ἤτοι γε ἀπειλοῦσαν τὰ παρ' ἡμῖν μὲν ἐκτεθέντα, ὅρκοις δὲ παρὰ τούτου βεβαιωθέντα, κατὰ μέρος ταῦτα καὶ λεχθήτω διὰ τὸ ἀσφαλέστερον. ἔστι δὲ τάδε. ἵνα ᾖ ὁ περιπόθητος αὐτάδελφος τῆς βασιλείας μου κύριος Ἰωάννης ὁ Ἄγγελος φίλος τοῦ φίλου αὐτῆς, καὶ τοῦ ἐχθροῦ αὐτῆς ἐ-
C χθρός· ἤγουν κἂν ὁποῖον ἄρα πρόσωπον εἴη, εἰ μὲν ἔχει φιλίαν καὶ ἀγάπην ἡ βασιλεία μου μετ' ἐκείνου, ἔχῃ καὶ αὐτὸς οὕτως· εἰ δ' οὖν, διατίθηται ἀναμφιβόλως καὶ ἀπολυπραγμονήτως εἰς αὐτὸ, ὡς καὶ ἡ βασιλεία μου. ἵνα μὲν τὸ τοιοῦτο τῆς Βλαχίας κεφαλαττίκιον ἐφ' ὅρῳ παντὶ τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἔχῃ, οὐ μὴν δὲ ἔχῃ ἐπ' ἀδείας οὗτος τοῦτο δοῦναι καὶ πρὸς παιδίον αὐτοῦ, εἰ μή πως τάξῃ τοῦτο καὶ στέρξῃ ἡ βασιλεία μου, ὡς ἐξ ἄλλης ἀρχῆς. ἵνα οὐ μόνον χρεωστῇ τοι-

certaminis praemium donat, per quam iubet, sancit et decernit, dictum hunc peramabilem maiestatis nostrae fratrem, dominum Ioannem Angelum, caput seu praefectum castellorum et regionis Blachiae, quamdiu vixerit, ut quae ad eorum felicia incrementa statumque meliorem faciunt, ea omni studio, acceleratione et sollicitudine exsequatur: obligatum inconcussa servare, quae iuratus maiestati nostrae promisit: quae particulatim hic exponere, otiosum fortasse et contra dignitatem viri tam boni nostrique amicissimi existimetur. Quia vero multis de causis laudi datur, viam tutam, planam ac nullis obstaculis impeditam et nihil minantem adversi ambulare, quae a nobis explicata et ab hoc suscepta et iureiurando confirmata sunt, securitatis gratia distincte per capita disserantur. Sunt autem haec. Ut optatissimus frater meus, dominus Ioannes Angelus, amicus sit maiestati nostrae amicis, et inimicis nostris inimicus: id est, qualiscumque persona fuerit, si quidem maiestas nostra eam dilexerit, idem ipse faciat: sin minus, libere et incuriose erga eam, ut nos quoque, afficiatur. Ut huiusmodi Blachiae praefecturam usque ad extremum vitae suae retineat. Non tamen libertatem ad filium transferendi habeat, nisi id maiestas nostra de integro iusserit et approbarit. Ut non solum maiestati nostrae, sed et domino Ioanni Palaeologo imperatori, si eum successorem

αὐτὴν δουλοσύνην εἰς τὴν βασιλείαν μου, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν βα- A.C. 1342
σιλέα κύριον Ἰωάννην τὸν Παλαιολόγον, ἐὰν καταστήσῃ αὐτὴ
τοῦτον διάδοχον τῆς βασιλείας· ἐὰν δὲ παραχωρήσει θεοῦ ἀποθά-
νῃ ὁ βασιλεὺς ὁ Παλαιολόγος, χρεωστῇ τὴν τοιαύτην ὑποταγὴν D
εἰς ὃν ἂν καταστήσῃ ἡ βασιλεία μου σὺν θεῷ διάδοχον καὶ κλη-
ρονόμον τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς. φημιζῆται δὲ καὶ μνημονεύη-
ται ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ τῆς Βλαχίας καὶ ἡ δέσποινα Ἄννα ἡ Πα-
λαιολογίνα καὶ βασιλεὺς ὁ υἱὸς αὐτῆς κατὰ τὴν ἐνεργουμένην
συνήθειαν ἔν τε τῷ θεοφρουρήτῳ παλατίῳ τῆς βασιλείας μου
καὶ ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ. ἵνα καὶ ἐκεῖσε εἴτε μητροπόλεις εἶεν, εἴτε
ἐπισκοπαί, εἴτε μοναστήρια, εἴτε ἐκκλησιαστικὰ δίκαια, ὡσιν ὑπο-
κείμενα ὡς ἀρχῆθεν τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ θεοῦ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, νέ-
μωνταί τε ἀναφαιρέτως καὶ τὰ προσόντα αὐτοῖς διὰ διαφόρων
δικαιωμάτων. ἵνα, ἐὰν ἀποσταλῇ παρὰ τῆς βασιλείας μου p. 527
εἰς τὸ δεσποτάτον ἢ ὁ περιπόθητος γαμβρὸς αὐτῆς κύριος
Νικηφόρος ὁ δούκας, ἢ ἕτερος, ἔχῃ φιλίαν μετ' ἐκείνου καὶ
χωρῆται ἑκάτερος εἰς τὰ δίκαια αὐτοῦ. εἰ δ' ἴσως συμβαίη
διαφορά τις καὶ διένεξις ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων, ἀκουμβίζῃ
τὰ περὶ τούτου εἰς τὴν βασιλείαν μου καὶ διορθοῖτο τοῦτο
αὐτή, καθάπερ ἂν χορηγήσῃ ὁ θεὸς τῇ ταύτης γνώσει. πε-
ριισώζηται δὲ καὶ τὰ σύνορα τῆς Βλαχίας καὶ τοῦ δεσποτάτου,
ὡς τὸ πρότερον διὰ τὸ ἀσκανδάλιστον, ἵνα, ἐὰν παραλάβῃ τὰ
ἐν τῷ περιορισμῷ τῆς Βλαχίας κάστρα, ἔχῃ καὶ ταῦτα εἰς
τὸ κεφαλαττίκιον αὐτοῦ ὡς καὶ τὴν λοιπὴν Βλαχίαν, καθὰ

7. καὶ om. P.

in imperio constituerimus, eamdem subiectionem debeat. Sin autem Dei permissu imperator Palaeologus moriatur, tum ei, quem maiestas nostra successorem et heredem imperio Romano Deo volente dederit, eodem modo subesse teneatur. Promulgetur vero et mentio fiat per totam Blachiae regionem etiam Dominae Annae Palaeologae et imperatoris eius filii iuxta consuetudinem, quae in palatio nostro, a Deo custodito, et in ipsa regione observatur. Ut et illic sive metropoles, sive episcopatus, sive monasteria, sive ecclesiastica iura subiiciantur, ut ab initio, sanctissimae Dei magnae ecclesiae, et quae variis ac iustis rationibus capiunt vestigalia, ea auferre illis non liceat. Ut si ad summum despotam a nobis gener noster carissimus Nicephorus ducas aut alius defecerit, cum eo amicitiam colat et ius suum uterque tueatur. Sin aliqua forte inter utrumque dissensio ac discrepantia exstiterit, de ea re ad maiestatem nostram referatur et ab ea pro suppeditata illi a Deo intelligentia corrigatur. Serventur autem confinia Blachiae et despotatus, uti prius, ne offensio oriatur: ut, cum in circuitu Blachiae castella acceperit, ea ad praefecturam suam, quomodo et reliquam Blachiam

A.C. 1342 δεδήλωται. εἰς δὲ τὰ ἄλλα κάστρα τὰ μετὰ τὴν Πάτραν
B διακείμενα, εἰ μὲν ἔχει ἀγάπην ἡ βασιλεία μου μετὰ τῶν
Κατελάνων, ἔχῃ καὶ αὐτὸς, εἰ δὲ μάχην, μάχηται καὶ αὐτός·
καὶ ὅσα ἂν προσέλθῃ εἰς τὴν δουλοσύνην τῆς βασιλείας μου,
εἴτε ἀλλοτρόπως, εἴτε καὶ δι' αὐτοῦ τούτου τοῦ αὐταδελφοῦ
τῆς βασιλείας μου, ἔχῃ ἄδειαν αὖτη τάττειν εἰς κεφαλὴν ἰδι-
ορρύθμως, ὃν ἂν ἐθελήσειεν. ἵνα, ἐὰν θέλωσί τινες τῶν ἐν
τῇ Βλαχίᾳ ἀρχόντων τυγχάνειν ὀφφικίων παρὰ τῆς βασιλείας
μου ἔρχεσθαί τε καὶ εἰς προσκύνησιν αὐτῆς, ἔχωσι τοῦτο ἐπ'
ἀδείας καὶ οὐδὲν κωλύωνται παρ' αὐτοῦ. ἵνα ἐπὶ μὲν ἅπασιν
C τοῖς δυτικοῖς μέρεσιν, ἔνθα ἂν χρήζῃ αὐτῶν ἡ βασιλεία μου,
δουλεύῃ μεθ' ἑαυτοῦ τε καὶ παντὸς τοῦ φωσσάτου Ῥωμαϊ-
κοῦ τε καὶ Ἀλβανιτικοῦ· ἀνωτέρω δὲ τῆς Χριστουπόλεως
ἐὰν χρήζῃ ἡ βασιλεία μου, δουλεύῃ μὲν μεθ' ἑαυτοῦ, φωσ-
σάτου δὲ ὅσου ἂν δύνηται." Ἀγγέλῳ μὲν οὖν τῷ Ἰωάννῃ ἐπὶ
τοιαύταις συνθήκαις παρεδίδου Θετταλίας τὴν ἀρχὴν ὁ βα-
V. 424 σιλεύς. Θετταλοί τε τόν τε Ἄγγελον ἐδέχοντο προθύμως, ὡς
παρὰ βασιλέως ἥκοντα, καὶ τὰ προστεταγμένα πάντα ἐπηγ-
γέλλοντο ποιεῖν.

D νδ'. Οἱ ἐν Διδυμοτείχῳ δὲ ἐπεὶ πανταχόθεν αὐτοὺς ὁ
πόλεμος περιειστήκει καὶ οὐδεμία τις ἐφαίνετο ἀνακωχὴ, εἰ
μὴ πρὸς αὐτοὺς ταχέως ἐπανέλθοι βασιλεὺς, τὸν Ταρχανει-
ώτην Μανουὴλ πέμπουσι πρὸς αὐτὸν, τοῦτο μὲν καὶ τὰ κατ'
αὐτοὺς διδάξοντα ὡς εἶχε, τοῦτο δὲ καὶ μᾶλλον ἐξορμήσοντα

21. καὶ om. P.

habeat, ut supra dictum est. Propter alia autem, quae post Patram sunt, si maiestati nostrae cum Catalanis convenerit, conveniat etiam ipsi: si bellum nobis cum iisdem fuerit, sit etiam illi. Et quaecumque ad subiectionem et obedientiam maiestatis nostrae sive alio modo, sive etiam per hunc ipsum fratrem nostrum accesserint, habeamus potestatem constituendi praefectum nostro more, quem voluerimus. Ut si quidam fratrem Blachiorum praesidum officia a maiestate nostra consequi volent et ad illam adorandam venire, possint hoc secure, nec ab ipso prohibeantur. Ut in quavis parte occidentali, vbi indiguerimus ipsis, cum omni fossato Romano et Albano serviat. Supra Christopolim autem, si opus habuerimus, praesto sit cum fossato quanto poterit. Itaque Ioanni Angelo cum istiusmodi conditionibus Thessaliae imperium addixit imperator, quem Thessali gaudentes acceperunt, ut ab imperatore missum scilicet, et constituta omnia se facturos spoponderunt.

54. Didymotichenses, quoniam eos bellum urgebat undique, nec ulla affulgebat remissio, nisi ad eos celeriter rediret imperator, Michaëlem Tarchaniotam mittunt, partim ut cum de statu praesenti

πρὸς τὴν ἐπάνοδον, ὡς τῶν κατὰ Διδυμότειχον πραγμάτων A. C. 1342
ἐκείνου πάνυ δεομένων. βασιλεὺς δὲ καὶ πρότερον μὲν ἐν
μεγάλῃ ἐτίθετο φροντίδι τὸ πρὸς Διδυμότειχον ἀπαίρειν,
καὶ τότε δὲ ὑπὸ τοῦ Ταρχανειώτου παρακληθείς, μᾶλλον τὴν P. 528
ἐπάνοδον ἐπέσπευδε καὶ Κράλην ἐπὶ τὰ ἴσα παρεκάλει. καὶ
παρεσκεύαστο ἤδη ἡ στρατιὰ ἡ μέλλουσα συναίρεσθαι τῷ
βασιλεῖ πρὸς τὴν ἐπάνοδον. καὶ Ταρχανειώτης μὲν βασιλέα
τε καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν πολλῆς ἐμπλήσας ἡδονῆς καὶ προθυ-
μίας, (οὐδὲ γὰρ ἔξ ὅτου βασιλεὺς εἰς Τριβαλοὺς ἦκεν, ἀξι-
οόχρεώς τις οἴκοθεν ἀφῖκτο πρὸς αὐτὸν δέει τῶν κατεχόντων
τὰς ὁδούς,) αὖθις ἐπανῆκε πρὸς Διδυμότειχον διαλαθὼν τοὺς
πολεμίους, καὶ ἀπήγγελλε σαφέστερον τὰ περὶ βασιλέως καὶ
ὡς εἴη παρεσκευασμένος ἐπανήκειν ἅμα στρατιᾷ ὀλίγῳ ὕστε-
ρον. Ἀπόκαυκος δὲ ὁ μέγας δοὺξ πρὸς Κράλην πέμψας, ἐδή- B
λου τε ὅτι ἥξει ναυσὶ πρὸς τὴν Μακεδονίαν καὶ ὡς βούλοιτο
συντυχεῖν αὐτῷ, συνθήκας ποιησόμενος, αἳ μάλιστα ἔσονται
αὐτῷ καθ' ἡδονήν. Κράλης δὲ περὶ τῆς συντυχίας πρότερον
ἐρόμενος, εἰ ἐπιτρέπει, βασιλέα, ὡς οὐκ ἐκώλυεν, ἀλλὰ μᾶλ-
λον ἐνεδίδου, πρὸς Ἀμφίπολιν συντέθειτο ἀλλήλοις συντυχεῖν,
20ὁ μὲν ναυσὶν ἐκ τῆς θαλάττης, ἵππῳ δὲ ὁ Κράλης ἐξ ἠπείρου. σκοπὸς δὲ ἦν τῆς συντυχίας ἀμφοτέροις, Κράλῃ μὲν, εἰ δύναιτο Ἀπόκαυκον τὸν μέγαν δοῦκα ζωγρεῖν, ἀμυνομένῳ τοῦ πρὸς βασιλέα ἕνεκα πολέμου· Ἀποκαύκῳ δὲ, ὥστε Κράλην πείθειν, πόλεμόν τε μὴ πρὸς αὐτὸν κινεῖν, Παλαιολόγον C

8. αὐτῶν P. 20. τῆς add. M.

curare ac mari praesidere. Monebatque, ut datis contentus, septa ne transiliret, atque ut se audiret, rogabat: haud enim bene eventurum, si contra divinum consilium venerit. Se quoque principio potissimum creationis Cantacuzeni, factum aegrius ferentem et cogitantem, ne forte aliud Deo videretur, precibus operam dedisse et ab ipso his verbis doctum fuisse: Sic volo, sic complacitum est, sic decerno, imperare Ioannem Cantacuzenum: fiat. Quae igitur Deo complacuerunt, mortalium nemini fas esse irrita reddere conari, quia nec potest. Precabatur insuper, ne ista cuidam gloriationi et ostentationi virtutis adscriberet: non enim in id superbiae barathrum decidisse, ut talia adversus Deum mentiatur: sed ad fructum multorum, inique adeo et contra omnem iustitiae legem bello pereuntium, et ad ipsum errore liberandum, dum se Cantacuzeno imperatore superiorem fore confidit, haec dicta esse: quibus si paruerit, quantum operae pretium fecerit, brevi intellecturum. Sin minus, tamen plane cogniturum, se amicum esse veritatis, a qua ista didicerit. Hactenus litterae metropolitani Didymotichensis ad magnum ducem, quibus perspicue Cantacuzenum inimicos superaturum praenuntiavit. His ille perlectis nihil respondit. Ceterum non de imperatore solo multa istiusmodi, sed de privatis quoque nonnullis

ἀνέγνω, οὐδὲν πλέον ἀπεκρίνατο. οὐ περὶ βασιλέως δὲ μό- A.C. 1342
νον ἐκεῖνος πολλὰ τοιαῦτα προηγόρευεν, ἀλλὰ καὶ περὶ ἰδιω-
τῶν τινων οὐκ ὀλίγα. Βρυεννίου γὰρ τοῦ Μιχαὴλ, Παμ-
φίλου ἄρχοντος, ἐπιβουλευθέντος τε ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ D
δεσμώτου εἰς Βυζάντιον ἀπαχθέντος, δεσμωτήριόν τε ὑπὸ
τῶν ἀρχόντων οἰκεῖν κατεψηφισμένου, ἐπεὶ χρόνῳ ὕστερον
μικρᾶς τινος ἕνεκα αἰτίας ὁ τῆς φρουρᾶς ἄρχων ὑπὸ μα-
νίας ἀλόγου καὶ θυμοῦ εἰς τοσοῦτον ἠκίσατο σφοδρῶς, ὡς
νομισθῆναι καὶ ἀποθανεῖν, πρὸς τοὺς οἰκείους ἐν Διδυμοτεί-
χῳ τῆς φήμης διαδραμούσης, κἀκείνων τοῦ ἀρχιερέως δεο-
μένων ἀπαγγέλλειν τῇ γυναικὶ τοῦ ἀνδρὸς τὴν τελευτὴν, ἵν'
ὑπὸ τῆς πρὸς ἐκεῖνον αἰδοῦς κατεχομένη, μὴ τὴν ψυχὴν
ἀπορρήξῃ πρὸς τὴν ἀγγελίαν, ἐκεῖνος οὐ τετελευτηκέναι ἔφα-
σκε Βρυέννιον, ἀλλὰ ζῆν· τετύφθαι μέντοι εἰς τοσοῦτον P. 540
ἀπανθρωπίας, ὡς καὶ ἁλῶν δεηθῆναι, τὰς σηπεδόνας καὶ
φλεγμονὰς τὰς ἐκ τῶν μαστίγων καταστελούντων. μὴ μέν-
τοι γε ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζῆν καὶ τὴν ἀπανθρωπίαν τῶν
αἰκισαμένων ἄλλων τέ τινων ἀπορρητοτέρων ἕνεκα αὐτῷ
ἐπενεχθῆναι, καὶ τῆς εἰς παῖδας καὶ γυναῖκα ἐπανόδου αἰτία
μάλιστα ἐκείνη ἔσται. τοῦ δεσμωτηρίου γὰρ ἀπολυθεὶς ἐπὶ
τῷ ἰᾶσθαι τὰς πληγὰς, διαδρὰς ἀφίξεται ἐνθάδε. χρόνῳ
δὲ ὕστερον καὶ βασιλέως παρόντος, πεσεῖται μαχόμενος
ὑπὲρ αὐτοῦ. ἃ πάντα ὕστερον κατὰ τὴν ἐκείνου πρόρρη-
σιν ἀπέβαινεν. ἀφεθεὶς γὰρ τοῦ δεσμωτηρίου ὁ Βρυέν-
νιος ἐπὶ τῷ προνοίας τινὸς τυχεῖν παρὰ τῶν ἰατρῶν, καιροῦ B

haud pauca vaticinatus est. Cum enim Michaël Bryennius, Pamphili praefectus, insidiis a populo esset appetitus et Byzantium in vinculis adductus, et ab archontibus carcere damnatus pauloque post a praefecto custodiae parva de causa per insanum furorem adeo flagellis laceratus, ut pro mortuo haberetur, fama Didymotichum ad eius propinquos volante et illis episcopum rogitantibus, ut uxori necem mariti aperiret, quo, reverentia et pudore illius cohibita, vitam sibi ad nuntium tam funestum ne abrumperet, episcopus Bryennium non esse mortuum dixit, caesum tam atrociter, ut ad saniem et inflammationes ex flagellatione coercendas sale opus fuerit. Verumtamen adhuc vivere, et tam inhumaniter aliis de causis quibusdam secretioribus flagellatum esse, reditusque ad uxorem et liberos illam praecipue causam fore. Dimissum enim e carcere ad plagas curandas, Didymotichum fugam arrepturum. Tempore autem procedente et imperatore praesente, pro ipso in acie occubiturum. Quae omnia exitus docuit. Absolutus namque a carcere Bryennius, ut a medicis curaretur, opportunitatem fugiendi nactus, domum incolumis pervenit: postea in pugna contra Momi-

A.C. 1342 τυχὼν διεσώζετο οἴκαδε διαδρᾶναι δυνηθείς· ὕστερον δὲ ἐν τῇ πρὸς Μομτζίλον μάχῃ ἔπεσε μαχόμενος ἐπίπροσθεν βασιλέως. τοιαύτης ἦν ἐκεῖνος χάριτος ἠξιωμένος παρὰ θεῷ, καὶ τὰ ἐσόμενα ὡς ὁρώμενα προῄδει. οἱ μέντοι Μυσοὶ οἱ περὶ Διδυμότειχον ἐστρατοπεδευμένοι μετὰ μικρὸν παρὰ τῶν ὑστέρων πυθόμενοι σκοπῶν, ὡς πλῆθος Περσικῶν νεῶν τῇ τοῦ Ἕβρου προσέσχεν ἐκβολῇ, ὑπὸ τοῦ θορύβου καὶ τῆς ταραχῆς ἀλλήλους συμπατοῦντες κατὰ τὴν ἀρχιερέως πρόρρησιν τάχιστα ἀνεχώρουν, καὶ ὅποι γῆς κατεδύοντο ἀγνοούμενοι. οἱ δὲ ἐν Διδυμοτείχῳ τὴν αἰτίαν ἀγνοοῦντες τῆς
C φυγῆς, ἐθαύμαζον ὅ,τι ποτ' ἂν εἴη τὸ οὕτω θορυβῆσαν τοὺς Μυσούς. μετὰ μικρὸν δὲ ἠγγέλλετο, ὡς Ἀμούρ ὁ τοῦ Αἰτίνη, φίλος ὢν ἐς τὰ μάλιστα Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ καὶ πολλὰς ἀποδείξεις τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας καὶ πρότερον παρεσχημένος, (δι' ἐκεῖνον γὰρ καὶ βασιλεῖ τῷ νέῳ Ἀνδρο-
V. 1434 νίκῳ πρὸς τὸν κατὰ Φωκαίας καὶ Λέσβου πόλεμον συνεπολέμησε,) πεπυσμένος περὶ αὐτοῦ, ὡς μεγάλαις χρήσαιτο κακοπραγίαις, κοινῇ τῶν Ῥωμαίων αὐτῷ πάντων ἐκπολεμωθέντων, καὶ αὐτὸς μὲν ᾤχετο ἐς Τριβαλοὺς φυγάς, Διδυμότειχον δὲ, ὃ μόνον καταλέλειπτο γυναικί τε καὶ τέκνοις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπολειφθεῖσι φίλοις καταφυγὴ δεινῶς ὑπὸ τῆς συχνῆς πολιορκίας ὑπὸ ἐνδείας ἐπιέσθη, καὶ κινδυνεύει τὸ τοῦ φίλου σκάφος αὖτανδρον ἀπολωλέναι, ὀγδοήκοντα καὶ
D τριακοσίας ναῦς τὰς συμπάσας ὁμοῦ παραλαβὼν, καὶ μείζους καὶ ἐλάσσους, ἐν αἷς ἐννακισχίλιοι πρὸς δισμυρίοις

tzilum ante pedes imperatoris oppetiit. Tali gratia ille a Deo dignatus erat et futura quasi quae oculis conspiciuntur, praesciebat. Moesi, qui ad Didymotichum castra habebant, haud diu post intelligentes e suis exploratoribus, Persas classem ad Hebri ostia appulisse, prae tumultu trepidi, invicem conculcantes (quod episcopus praedixerat) aufugiebant, nec ubi terrarum se abscondissent, apparebat. Didymotichenses fugae causam ignorantes, mirari, quid ita turbarent Moesi. Parvo temporis intervallo nuntiatur, Amurium, filium Aitinae, Cantacuzeni longe amantissimum, qui multa antea suae in illum voluntatis caritatisque argumenta dederat, (ob illum quippe etiam imperatorem Andronicum iuniorem bello adversus Phocaeam et Lesbum iuverat,) cum accepisset, gravibus conflictantem infortuniis, totoque Romano imperio eidem infesto, ad Triballos profugisse, et Didymotichum, quae sola uxori, liberis amicorumque reliquiis perfugium relinquebatur, propter obsidionem extrema inopia premi parumque abesse, quin navis amici cum ipsis vectoribus summergatur, deductis numero trecentis octoginta navibus maioribus et minoribus, et undetriginta millibus impositis, ad Hebri ostia applicuit: atque haec, missis ad Irenen imperatricem

ἐπιβάται κατελέγοντο, παρὰ τὸ τοῦ Ἕβρου στόμα προσέσχε. Α. C. 1342
πέμψας δὲ καὶ ἐκεῖνος πρέσβεις πρὸς Εἰρήνην τὴν βασιλίδα, ἀπήγγελλε τὰ ἴσα· ἐδήλου τε ὅτι ἥξει καὶ αὐτὸς μετὰ μικρόν. Εἰρήνη δὲ ἡ βασιλὶς τούς τε στρατιώτας ἔπεμπεν, ὅσοι ἦσαν, καὶ τοὺς ἄλλους τῶν εὐγενεστέρων εἰς ὑπάντησιν ἐκείνου, καὶ ἵππους ἑκατόν, ὡς ἂν αὐτός τε χρήσαιτο καὶ μὴ πεζῇ βαδίζῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις διαδῷ. ἀπήγγελλόν τε οἱ κεκομικότες, μὴ μέμφεσθαι τῆς ὀλιγότητος, ὡς διὰ τὸν περιόντα πόλεμον αὐτῶν μᾶλλον ἵππων δεομένων καὶ διὰ τοῦτο τῶν παρόντων οὐ πλείους παρέχεσθαι δεδυνημένων. τοὺς μὲν οὖν ἵππους ἐδέξατο ἀσμένως καὶ βασιλίδι χάριτας P. 541
τῆς εὐεργεσίας ὡμολόγει· διέδωκε δὲ τοῖς εὐγενεστέροις τῶν Περσῶν καὶ μάλιστα προήκουσι καθ' ἡλικίαν. ἐρόμενος δὲ περὶ τοῦ φίλου βασιλέως εἰ ζῇ, πολλὰ στενάζων καὶ δάκρυα ὧν ὀφθαλμῶν ὑπὸ συμπαθείας ἀφιείς, ἐπεὶ ἐπύθετο ζῆν θεοῦ βουλομένου, πρῶτα μὲν ὡμολόγει χάριτας θεῷ, πολλὴν αὐτοῖς τὴν πρόνοιαν καὶ τόλμαν ὑπὲρ βασιλέως παρεσχημένῳ, ἔπειτα δὲ καὶ αὐτοῖς τῶν αὐτῶν ἕνεκα καὶ χάριτας ὡμολόγει καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ὀφειλέτην ἑαυτὸν ἀπέφαινεν, ὡς κινδύνους μεγάλους καὶ πολλοὺς ὑπὲρ ἐκείνου ἐνεγκοῖσι. τὴν στρατιάν τε παραλαβών, πεζὸς ἐχώρει καὶ αὐτὸς εἰς Διδυμότειχον, δισχιλίους λογάδας ἔχων περὶ B
ἑαυτόν. δεομένων δὲ τῶν ἐκ Διδυμοτείχου ἵππῳ χρῆσθαι, καὶ παρεχομένων καὶ ἑτέρους πρὸς τοῖς ἑκατόν, οὐκ

17. προθυμίαν M.

nuntiis, simulque semet mox affuturum, significavit. Irene omnes praesidiarios et nobiles ei obviam mittit: equos praeterea centum, quorum uno ipse uteretur, ne pedibus incederet, reliquos comitibus distribueret. Renuntiabant autem qui illos ducebant, non debere ea paucitate offendi: nam propter praesens bellum equorum raritate laborari atque ideo plures his suppeditare nequivisse. Equos Amurius non invitus accepit et imperatrici pro ista gratia grates egit, interque Persas nobiliores ac praesertim aetate provectiores dispertivit. Percunctatus autem de caro sibi imperatore, num viveret, idque multa gemens et lacrimans, ex commiseratione videlicet, ubi audivit, eum Dei beneficio superstitem esse, primum quidem numini laudes dixit, cuius ope ad tuendum illum ipse cum suis tam prompti ac magnanimi essent. Deinde illis quoque eadem de causa gratias egit et se multa atque eximia debere pronuntiavit, qui tam variis et ingentibus sese pro illo discriminibus obtulissent, stipatusque bis mille selectis militibus ad urbem pedibus et ipse processit. Orantibus qui Didymoticho obviam prodierant, ut equo uteretur, et alios insuper extra centum illos subministrantibus, non

A.C. 1342 ἐπείθετο αὐτὸς, δισχιλίους εἶναι φάμενος τοὺς εὐγενεστέρους καὶ μάλιστα ἀξίους ἵπποις χρῆσθαι. ἐπεὶ δὲ μὴ εὐπορίᾳ πᾶσι διαδοῦναι, βέλτιον πεζεύειν καὶ αὐτὸν, ἐν τῷ συμπονεῖν αὐτοῖς ῥᾴω καὶ φορητοτέραν τὴν ἐκ τῆς ὁδοῦ ποιοῦντα ταλαιπωρίαν. οὕτω μὲν οὖν μέχρι καὶ Διδυμοτείχου ἦλθεν. ἡμέρας δὲ περιμείνας οὐ πολλὰς, ἐν αἷς ἔδει τοὺς εἰς Διδυμότειχον τὰς κατὰ Θρᾴκην πορθοῦντας κώμας σῖτον πορίζειν ἑαυτοῖς, ἐπεὶ ἐπράττετο αὐτοῖς τὰ κατὰ γνώμην καὶ σῖτον εἰσεκομίζοντο πολὺν καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια καὶ βοσκήματα, ἐκέλευεν, ὅσα ἦσαν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ σφετέρῳ ἐκ τῆς λείας τοῖς ἐν Διδυμοτείχῳ παρέχειν· καὶ ἐπράττετο, ᾗ προσέταττεν ἐκεῖνος. πεντακοσίους τε ἐκ δισχιλίων ἐκείνων λογάδων ἀπολεξάμενος καὶ ἐννακισχιλίους ἐκ τῆς ἄλλης στρατιᾶς, ἔπεμπεν εἰς τὰς ναῦς, φρουρήσοντας ἄχρις ἐπανήξει· τὸ δὲ λοιπὸν στρατόπεδον εἰς δισμυρίους ὄντας ἐπὶ πεντακοσίοις καὶ χιλίοις τοῖς λογάσιν, ἕπεσθαι ἐκέλευεν, ὡς ἐκεῖσε ἀφιξόμενος, ἔνθα διατρίβει βασιλεύς. ἦεσαν οὖν ἅπαντες καὶ αὐτὸς πεζῇ, πλὴν τῶν ἑκατὸν ἐκείνων, ἀδυνάτων ὄντων πεζεύειν διὰ τὸ γῆρας. καὶ γενόμενοι παρὰ τὸ ἐν Χριστουπόλει τείχισμα, ἐπεὶ ἀντέχειν οὐχ οἷοί τε ἦσαν οἱ φρουροῦντες πρὸς τοσαύτην δύναμιν, πολλαχοῦ διατεμόντες, ἐκείνων ἐκλιπόντων, διέβησάν τε καὶ ηὐλίσαντο ἐγγὺς τὴν νύκτα.

7. πορθοῦσι P. 18. τὴν add. P. ante τῶν. 19. τὸ om. P.

est motus, duo millia nobiliorum esse dicens, dignos in primis qui equitarent. Quia vero qui in tantum numerum distribuerentur non sufficerent, praestare et se peditem incedere, laboremque communicantem viae molestiam illis leviorem reddere. Ita Didymotichum venit, ubi paucos dies moratus, quibus Didymotichenses Thraciae pagos depraedantes sibi victum conquirere oportebat, postquam negotium ex sententia transegerunt, magnumque frumenti numerum et alia ad victum idonea cum pecore in urbem intulerunt, mandavit, ut quidquid in tentoriis suis praedarum esset, Didymotichensibus donaretur. Curatum ut mandarat. Praeterea quingentos ex selectis illis duorum millium segregatos, et de reliquo exercitu novem millia ad naves in reditum suum custodiendos misit: ceteros ad vicena millia, praeter mille quingentos selectos, sequi iussit, ad imperatorem profecturus. Ambulabat igitur ipse et reliqui universi, demptis centum illis, qui senectutis imbecillitate pedibus ingredi non poterant. Cumque ad murum iuxta Christopolim venissent, quoniam qui illic in praesidio erant, adversus tantas copias nil valebant, stationem ipsis deserentibus, Persae multis locis eo perfosso transierunt et non procul inde noctem duxerunt.

νζ. Φεραῖοι δὲ πυθόμενοι περὶ τῆς στρατιᾶς τῆς Περ- A.C. 1342
σικῆς, ὅτι μέλλει διιέναι κατ' αὐτοὺς, καὶ τήν τε βλάβην δεί- P. 542
σαντες, ἣν κακώσειν ἔμελλεν αὐτοῖς τὴν χώραν, ἄλλως τε V. 435
καὶ μίσει τῷ πρὸς βασιλέα δυσχεραίνοντες, μὴ ὑπὸ τῶν B
Περσῶν ὠφεληθείη, ἔγνωσαν δεῖν παράγειν τὸν ἄρχοντα τῆς
στρατιᾶς, καὶ γράμματα πλασάμενοι ὡς ἐκ βασιλέως ἔπεμ-
πον πρὸς αὐτόν. ἃ μετὰ τὸ προσαγορεύειν πολλὴν ὁμολο-
γοῦντα χάριν τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας, ὅτι πολλὴν ὑπέμεινε
καὶ πόνον καὶ δαπάνην δι' αὐτὸν, ἔπειτα ἐκέλευεν ἀναστρέ-
φειν, ἔξ οὗπερ ἂν ἐγγένοιτο τοῖς γράμμασι τόπου περιτυχεῖν,
μὴ καὶ ἄκων βλάψῃ νομίζων ὠφελεῖν. ἐκεῖνον γὰρ ἐν ἐσχα-
τιαῖς τῆς Τριβαλῶν διατρίβειν γῆς, ὅθεν οὐ ῥᾴδιον ἐπανελ-
θεῖν νυνί. εἰ δ' αὐτοὶ χωροῖεν πρὸς ἐκεῖνον διὰ μέσης τῆς C
γῆς τῶν Τριβαλῶν, δέος μὴ αὐτῶν ὁ ἄρχων ἀντὶ φιλίας,
ἣν ἐνδείκνυται πρὸς αὐτὸν νυνὶ, πρὸς ἔχθραν καὶ ὀργὴν
μεταστραφῇ καὶ διάθηται κακῶς, ὡς αἴτιον πολέμου βαρβα-
ρικοῦ καὶ φθορᾶς αὐτῷ γεγενημένον. τοιαῦτα μὲν οὖν τὰ
γράμματα ἐκέλευεν. Ἀμοὺρ δὲ ἐπεὶ ἀνέγνω, τῶν μὲν συν-
εσκευασμένων ὑπώπτευεν οὐδὲν, νομίσας δὲ ἐκ βασιλέως εἶ-
ναι ἀληθῶς, ἀμφιβόλοις λογισμοῖς ἐπάλαιεν, εἰ δεῖ ἀνα-
στρέφειν κατὰ τὰ κεκελευσμένα, ἢ ἥκειν πρὸς αὐτὸν, ὡς
δυσχερὲς ὂν αὖθις εἰς ἀναζήτησιν ἐκείνου μετὰ τοσαύτης
στρατιᾶς ἐλθεῖν. τοιαῦτα δὲ αὐτῷ λογιζομένῳ τῆς νυκτὸς,
χειμὼν ἐξαίσιος ἐπιγενόμενος, ὡς καὶ διακοσίους τῷ στρα-

5. ὠφεληθῇ P. 15. ἐνδείκνυνται P.

57. Pheraei, postquam nuntiatum est, Persarum copias per ipsos transituras, vastitatem agro suo metuentes, adhaec odio in imperatorem id inique ferentes, (ne quid videlicet a Persis adiuvaretur,) summo duci verba danda censuerunt, litterasque commentitias sub persona imperatoris ad eum miserunt. Iis secundum salutationem gratiae Amurio singulares de studio erga se agebantur, ex quo multos eius causa labores ac sumptus tolerasset. Deinde hortabatur, uti ex eo loco, in quo epistolam acciperet, retro abiret, ne imprudens noceret, dum prodesse cuperet. Se enim in extimis Triballorum finibus versari, unde iam redire non sit proclive. Si ipsi per mediam Pheraeorum regionem ad se proficiscantur, timendum, ne princeps Triballus praesentem amicitiam in iram et odium vertens, male sibi faciat, ut qui bellum cum barbaris ac pestem ei crearit. Haec litteris perscribebantur. Quas cum Amurius legisset, nihil subesse fraudis suspicans, sed revera ab imperatore missas existimans, huc illuc perplexus versabat animum, revertereturne, sicut monebatur, an ad Cantacuzenum porro pergeret, quem cum tam ingenti agmine perquirere, rursus difficile et operosum esset. Haec illum

A. C. 1341 τοπέδῳ ὑπὸ κρύους ἐναποθανεῖν, ἠγάγκασεν ἀναστρέφειν,
D πολλὰ καὶ τῶν γραμμάτων πρὸς τὴν ἐπάνοδον συναραμένων.
ἐλθὼν δὲ εἰς Βήραν, ἔνθα αὐτῷ ὡρμίζοντο αἱ νῆες κατὰ
τὸν Ἕβρον ποταμὸν, εὗρε κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα καὶ τῶν ἐν
ταῖς ναυσὶ τριακοσίους ἀποθανόντας· αἰχμαλώτων δὲ πλὴν
ὀλίγων πάντας, ὀλίγους ὄντας καὶ αὐτοὺς διὰ τὸ μὴ τὴν στρα-
τιὰν πρὸς λείαν ἐπιπλέον διασκεδασθῆναι τῆς προκειμένης
ἕνεκα στρατείας Ἀμοὺρ τὸν σατράπην οὐκ ἐᾷν. εἰς Διδυ-
μότειχον δὲ πρὸς βασιλίδα τὴν Εἰρήνην γράμμασι δηλώσας
τῆς ἐπανόδου τὴν ἀνάγκην καὶ παραιτησάμενος, ὡς διὰ τὸν
P. 543 χειμῶνα μὴ πρὸς αὐτὴν ἐπανήκει προσκυνήσων, ἀπέπλευσεν
εἰς τὴν οἰκείαν. μετὰ δὲ τοῦτο, ἐπεὶ ὁ χειμὼν ἐπεκράτει
σφοδρότατος κατ' ἐκεῖνο τοῦ ἔτους, οἵ τε ἐκ Βυζαντίου καὶ
τῆς ἄλλης Θρᾴκης ἡσύχαζον καὶ οὐκ ἐπῄεσαν τοῖς ἐν Διδυ-
μοτείχῳ, ἀλλ' ἀναγκαίως διεχείμαζον ἐν ταῖς οἰκίαις. ἐκεῖ-
νοι δὲ ὑπ' ἐνδείας ἀναγκαζόμενοι καὶ τῶν ἄλλοις φοβερωτά-
των κατατολμῶν, πεζοί τε ὀλίγῳ πλείους διακόσιοι καὶ ἱππεῖς
ἐλάττους τούτων πρὸς ἁρπαγὴν τῆς πόλεως ἐξελθόντες, οὕ-
τως ὑπὸ σφοδροῦ κατελήφθησαν χειμῶνος, ὡς ἀναγκασθῆναι
αὐτόμολοι πρὸς τοὺς πολεμίους ἀφικέσθαι, ἐκλείποντες ἤδη
ὑπὸ κρύους. οἱ μὲν οὖν πεζοὶ πάντες ὁμοῦ πρὸς Λίτιτζαν
B πολίχνην ἐλθόντες, ἐπεὶ ὁ τῆς πόλεως ἄρχων τὰ βασιλέως
V. 436 κρύφα ἠρημένος ἦν, ἐν μιᾷ οἰκίᾳ τοὺς ἄνδρας κατακλείσας,
ὡς φρουρεῖσθαι δῆθεν, πυρί τε ἀνακτησάμενος καὶ τῇ ἄλλῃ

13. τε add. M.

per noctem secum volutantem, exorta subito frigoris immensitas, ducentis per castra enectis, ad reversionem compulit, eodem litteris eum vehementer incitantibus. Ut Beram attigit, ubi naves subductae stabant in Hebro flumine, invenit eadem nocte mortuos vectores trecentos captivosque, demptis paucis, omnes: quamquam et ipsi erant pauci numero, quod Amurius ipse militem propter propositam expeditionem praedabundum amplius discurrere non pateretur. Exarata porro ad Irenem imperatricem epistola, qua necessitatem reditus sui declarabat et simul veniam petebat, quod asperitate frigoris impeditus, ad ei valedicendum non reverteretur, pelago remenso domum discessit. Post, quia illo anno hiems intoleraudum saeviebat, Byzantii et reliqui Thraces Didymotichensibus incursandis abstinentes, volentes nolentes in sua loca hiematum recesserunt. At illi rerum egestate coacti, quamvis maxime ceteris formidanda audere: peditesque aliquanto plures ducentis et equites his pauciores ad praedandum egressi, frigorum vi sic afflictati sunt, ut iam viribus deficientes, ultro ad hostes confugere compellerentur. Cum itaque pedites simul omnes in oppidulum Lititzam venissent, quoniam praefectus occulte Cantacuzeno favebat, in unis aedibus,

τῶν ἀναγκαίων χορηγίᾳ, μετὰ τρίτην ἡμέραν, ἐκὼν εἶναι, A. C. 1342
ἐνεδίδου αὐτοῖς πρὸς τὸν δρασμόν· καὶ διαδράντες ὁμοῦ
πάντες αὖθις εἰς Διδυμότειχον ἐπανῆκον. ὅθεν καὶ αἰτίαν
ἔσχε παρὰ τοῖς πολεμοῦσι βασιλεῖ. οἱ μέντοι γε ἱππεῖς ἄλ-
λοι ἄλλοσε διασκεδασθέντες, οἱ μὲν καὶ φιλανθρώπου τινὸς
ἐπέτυχον ξενίας καὶ ἀπαθεῖς κακῶν πρὸς τὰς οἰκίας ἐπανῆκον,
τῶν βασιλέως φίλων πρὸς τὴν σωτηρίαν συναραμένων· οἱ
πλείους δὲ αὐτῶν ὀλίγῳ προσηνέστερον ἐξενίσθησαν παρὰ τῶν C
ὑποδεξαμένων, ἢ οἱ περὶ Ὀδυσσέα παρὰ Κύκλωπος. ἀπέ-
θανε μέντοι ἐξ αὐτῶν οὐδείς, ἀλλὰ χρόνῳ ὕστερον κατ' ὀλί-
γους εἰς Διδυμότειχον αὖθις ἐπανῆκον γυμνοὶ μετὰ πεῖραν
ἀλγεινῶν πολλῶν. ἔαρος δὲ ἤδη ἀρχομένου, οἵ τε ἐκ Διδυμο- A. C. 1343
τείχου ἐπῆεσαν ταῖς κατὰ Θρᾴκην πόλεσι καὶ κακῶς ἐποίουν
λῃζόμενοι, ὡς καὶ πολλὰς αὐτῶν, πρὸς τὰς συνεχεῖς ἐφόδους
καὶ τὰς λῃστείας ἀπειρηκυίας, τῇ βασιλίδι Εἰρήνῃ ἐθέλειν
προσχωρεῖν, κἂν οἱ ἐν Διδυμοτείχῳ μὴ ἐδέχοντο, ἀπολεῖ-
σθαι φάσκοντες, εἰ πείθοιντο. οὔτε γὰρ εὐπορεῖν φρουρῶν,
οἳ αὐτὰς φυλάξουσιν, αὐτοί τε λιμῷ ταλαιπωρήσειν, εἰ μὴ
λῃΐζεσθαι ἐξέσται τοὺς περιοίκους· ἕτερα γὰρ αὐτοῖς πρὸς
τὸ ζῆν εὐπορία οὐδεμία ἦν. οἵ τε ἐκ Βυζαντίου Διδυμότει- D
χον ἐκάκουν ὅσα δυνατά. βασιλεύς τε ὁ Καντακουζηνὸς πα-
ρεσκευάζετο αὖθις, ὡς εἰς Διδυμότειχον ἐπανήξων, καὶ ὁ
Κράλης παρεῖχετο μὲν στρατιὰν ἐπικουρήσουσαν, ὀλίγην δὲ
καὶ φαύλην. καὶ διὰ τοῦτο βασιλεὺς πολλοῖς ἐστρέφετο λο-

10. παρ' M. mg. pro ἐξ. χρόνων P.

quasi in custodia, conclusis et luculento foco aliisque necessariis recreatis, post diem tertium libens fugiendi copiam fecit: qui simul omnes Didymotichum redierunt. Inde hospes ille apud inimicos imperatoris in crimine fuit. Verum equitibus aliis alio dispersis, nonnulli et benignum hospitium repererunt et sine noxia domum revenerunt, amicis imperatoris eorum saluti opitulantibus: plures autem paulo humanius, quam illi in Odyssea a Cyclope, accepti sunt. Nemo quidem ab iis iugulatus est, sed post aliquod tempus pauci, nudi et multa perpessu acerba experti Didymotichum revenerunt. Vere iam ridente, Didymotichenses Thraciae oppida adoriri ac depopulari, ut eorum complura assiduis impressionibus ac depraedationibus fatigata ac desperantia ad imperatricem Irenen transire vellent, etsi a Didymotichensibus non reciperentur, sibi pereundum dicentibus, si annuerent. Non enim abundare praesidiariis, quos ipsis tutandis darent, et se fame cruciatum iri, nisi vicinos depraedari liceret; aliud enim nullum suppetere ad vitam tolerandam subsidium. Byzantii vero urbem, quantum poterant, affligebant, et Cantacuzenus imperator iterum eodem redire parabat, cui Crales auxilium, sed nec magnum et ignavum, adiungebat. Quare

A.C. 1343 γισμοῖς καὶ φροντίδων ἦν ἀνάπλεως, εἰ δεήσει πάλιν ἢ τὴν Ῥωμαίων δείσαντας δύναμιν αὖθις ἀναστρέφειν εἰς Τριβαλοὺς, ἢ μετὰ τοσούτων καὶ οὕτω φαύλων πρὸς πᾶσαν τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων διακινδυνεύειν. μεγίστη δὲ ἦν αὐτῷ τῶν δυσχερειῶν, ὅτι τῶν χρημάτων, ἃ οἴκοθεν ἦλθεν ἔχων, ἀναλωθέντων πρός τε τοὺς συνόντας ὄντας τοσούτους, (πάντες γὰρ διετρέφοντο ἐκ τῶν βασιλικῶν ἐπὶ δυσὶν ἔτεσιν, ἐν οἷς τῆς
P. 544 Ῥωμαίων γῆς ἀπελαθέντες ἦσαν ὑπερόριοι,) καὶ πρὸς Τριβαλοὺς τοὺς τῶν στρατοπέδων ἡγουμένους διὰ φιλοτιμίαν, ἐν ἀπόρῳ εἶχετο τοῦ τί χρὴ δρᾶν, εἰ μὴ ἐξέσται τὴν πολεμίαν διελθόντας εἰς Διδυμότειχον ἐλθεῖν. οὔτε γὰρ ἔξῃν ἐκεῖθεν χρήματα μεταπέμπεσθαι, οὔτε παρὰ Τριβαλῶν δανείζεσθαι, τῶν μὲν πάντῃ δεδουλωμένων καὶ συζώντων ἐσχάτῃ ἀπορίᾳ, τῶν ἐχόντων δὲ δανείζειν οὐ βουλομένων διὰ τὸ βασιλέα ὁρᾶν μείζοσιν ἀεὶ ταῖς δυσπραγίαις κεχρημένον καὶ ὑποπτεύειν, μὴ καὶ παντάπασι διαφθαρείη πρὶν οἴκαδε ἐπανήκειν. οὗ δὴ ἕνεκα πολλῇ μὲν ἐκυμαίνετο τρικυμίᾳ λογισμῶν τὴν ἔνδειαν ἐννοῶν, ὑφ' ἧς περισχεθήσεται, καὶ τὸν ἄφυκτον κίν-
B δυνον, αὐτὸς καὶ οἱ περὶ αὐτόν. ἐξέφαινε δὲ πρὸς οὐδένα τὰ ἀπόῤῥητα καὶ μόνου θεοῦ ἐδεῖτο, τοῦ λύειν τὰ τοιαῦτα δυναμένου. αὐτίκα δέ τις προσελθὼν Ἄρμπενος ὠνομασμένος, ἐκ Χλερηνοῦ πρότερον Ῥωμαίοις ὑπηκόου πόλεως, πατρῴαν τε ὡμολόγει εὔνοιαν τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτὸς οὐδὲν ἧττον ἔφασκε

6. ὄντας om. M. 8. ἀπελθέντες P., ἀπελθόντες V. 16. καὶ add. M. 23. ἄνοιαν P.

variis distractus cogitationibus, plenus erat dubitationis, ecquid reformidata Romanorum potentia in Triballos rediret, an cum tam exiguo timidorum numero toti se imperio obiectaret. Sed praecipua quam sentiebat, difficultas erat, quod absumpta iam quam domo attulerat pecunia in tam multos, quos ducebat, (omnes enim eius impensa vixerant ad duos annos, quibus Romanorum pulsi finibus exularant,) et honoris causa etiam in Triballorum duces, quid ageret non videbat, si per hostium loca Didymotichum petere non liceret. Nec enim inde dabatur afferendam curare pecuniam, nec a Triballis foenori sumere: quorum pars omnimodis servirent et in summa paupertate viverent; pars etsi non egerent, mutuum tamen dare nollent, quod imperatorem maioribus semper cumulari miseriis adspicerent metuerentque, ne in ipso itinere penitus interiret. Quocirca curis gravissimis iactabatur, inopiam et inevitabile periculum reputans, quae se et suos oppressura essent. Verumtamen nulli se aperiens, Deum solum precabatur, qui huiusmodi rebus finem dare potis est. Ecce autem quidam Arbenus nomine, Clereno, antea Romanis subiecto oppido, oriundus, accedit patrisque sui erga imperatorem benevolentiam rememorans, nihilo minus et se aiebat

βούλεσθαι νυνὶ χρήσιμον ἑαυτὸν αὐτῷ παρέχειν καὶ βοηθεῖν A. C. 1343
τρόπῳ ὁποίῳ ἂν δύναιτο δυνατωτάτῳ· θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν,
εἰ τηλικούτῳ ὄντι καὶ θαυμασίῳ καὶ μεγάλῳ οὐδενὸς ἄξιος
ὢν αὐτὸς καὶ ἀφανείᾳ πολλῇ συζῶν ἐπαγγέλλεται βοηθεῖν,
εἰ καὶ μῦς ποτε κατὰ τὸν μῦθον λέοντα ἐρρύσατο πολλῶν
καὶ χαλεπῶν δεσμῶν. συνεβούλευέ τε, ὡς, εἰ βούλοιτο, ἐπεὶ
πρὸς Κράλη προσπεμφθείη Βερροιώταις, διαλεξόμενος αὐτοῖς C
περὶ παραδόσεως τῆς πόλεως καὶ πείσων ὑποσχέσεσι πολλαῖς, V. 437
γράφειν καὶ αὐτὸν τοῖς φίλοις καὶ δι' ἐκείνων καὶ τοὺς ἄλ-
λους πείθειν δέχεσθαι εἰς τὴν πόλιν, ἣ μεγάλη τε οὖσα καὶ
πολυάνθρωπος καὶ στρατιᾷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐρρωμένη,
οὐ μετρία γένοιτ' ἂν παραψυχὴ πρὸς τὰς περισχούσας δυσ-
πραγίας. αὐτὸς γὰρ, καίτοι ὑπὸ Κράλην τελῶν, μᾶλλον
βούλοιτο Βέρροιάν τε καὶ τὰς ἄλλας ἑσπερίους πόλεις αὐτῷ
μᾶλλον ἢ Κράλῃ προσχωρεῖν· ἐκείνῳ γὰρ ἀνάγκη δουλεύ-
ειν, βασιλεῖ δὲ μᾶλλον εὐνοεῖν. βασιλεὺς δὲ ἀκούσας, ὑπερ-
ήσθη μὲν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις καὶ τῶν πολλῶν ἀνέπνευσε
φροντίδων, τὸ θεῖον αὐτοῦ πρόνοιάν τινα πεποιῆσθαι οἰηθεὶς
καὶ τὸν ἄνδρα πρὸς τοιαῦτα κεκινηκέναι. ἤρετό τε, εἰ τοὺς D
ἐν λόγῳ μάλιστα εἰδείη Βερροιωτῶν καὶ πρὸς οὕστινας αὐτῶν
συμβουλεύει γράφειν. τοῦ δὲ, πάντας μὲν εἰδέναι, εἰρηκό-
τος, τοὺς ἀρίστους δὲ ἐκλεξαμένου, ἐπείθετό τε ὁ βασιλεὺς,
ὡς καλῶς βεβουλευμένῳ, καὶ ἔγραφεν αὐτίκα. Ἄρμπενος δὲ
συνεβούλευεν, εἰ δύναιτο, καὶ Κράλην πείθειν ἐνδοῦναι αὐτῷ

velle illi inservire eique prodesse quantum maxime posset. Nec mirandum, si tam claro genere prognato, tam admirabili et magno viro ipse homo abiectus et perobscurus opem promitteret: siquidem et mus aliquando, ut esset in fabulis, leonem multis durisque vinculis liberasset. Suadebat igitur, ut, quoniam a Crale missus esset, ut cum Berrhoeotis de urbe tradenda ageret et multis promissis eo induceret, si vellet, ipse etiam amicis scriberet, et per illos ceteris quoque persuaderet, uti se in urbem reciperent: quae ampla et populosa et praesidio militari rebusque omnibus firma et munita, in praesentibus malis non mediocri solatio esse queat. Se enim, quamvis Crali subiectum, malle Berrhoeam aliasque occidentales urbes ipsum, quam Cralem, dominum agnoscere, cui nolentes pariturae sint, cum contra in eum propendeant. Haec audiens imperator, gaudio exsiluit et a tot sollicitudinibus respiravit, divinum numen se respexisse et hominem instinctu suo concitasse, ratus. Quaerebat autem, num primarios nosset et ad quos scribendum hortaretur. Eo affirmante, se omnes nosse, et optimos quosque deligente, ei imperator, ut probe consulenti, obsequens, sine mora scripsit. Suasit praeterea Arbenus, Cralem quoque, si possit, eo permoveat, ut sibi eam cedat, aperteque causam eius apud Ber-

A.C. 1342 καὶ φανερῶς ὑπὲρ αὐτοῦ διαλεχθῆναι Βερροιώταις· βασιλεῖ τε γὰρ τὰ μέγιστα λυσιτελήσειν τὸ τοιοῦτο καὶ αὐτῷ τὴν συντυχίαν μηδένα κίνδυνον ὕστερον ἂν ἐπαγαγεῖν, εἰ ἡ πόλις προσχωροίη βασιλεῖ. ἐπείθετό τε ὁ βασιλεὺς αὐτίκα καὶ πρὸς
P. 545 Κράλην ἐλθὼν ἐπυνθάνετο, εἰ βούλοιτο πρὸς Βέρροιαν πέμπειν Ἀρμπενον. τοῦ δὲ συνθεμένου, „ἐβουλόμην" εἶπε „γράφειν καὶ αὐτὸς αὐτοῖς καὶ παραινεῖν εἰς τὴν πόλιν δέχεσθαι. ἐννοῶν δὲ, οἷα δράσειαν Φεραῖοι τὸν πρεσβεύοντα ἀπεκτονότες, πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν ἀμβλύνεσθαι, δεδοικὼς μὴ καὶ ἄλλῳ τῳ κακῶν ὁμοίων αἴτιος καταστῇ. συνεβούλευέ τε μᾶλλον γράφειν αὐτὸς ὑπὲρ αὐτοῦ· ἅμα δὲ καὶ Ἀρμπένῳ ἐπιτρέπειν Βερροιώταις τὰς πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν συνθήκας καὶ τοὺς ὅρκους φανεροὺς ποιεῖν, καὶ ὡς εἴη καὶ σοὶ πρὸς ἡδονὴν τὸ προσχωρεῖν αὐτοὺς αὐτῷ. ὁ δὲ τὰ μὲν γράμματα ἐπέτρεπεν αὐτὸν ὑπαγορεύοντα γράφεσθαι, οἷ ἂν δοκῇ αὐτῷ
B συμφέρειν. Ἀρμπενον δὲ ἐκέλευεν ὑπὲρ βασιλέως Βερροιώταις διαλέγεσθαι καὶ φανερὸν αὐτοῖς ποιεῖν, ὡς οὐδὲν ἧττον διαφέρειν αὐτῷ τε προσχωρεῖν καὶ βασιλεῖ. οὕτω μὲν οὖν ἡ ἐπίνοια αὐτοῖς εἰς τέλος ἦκεν. Ἄρμπενος δὲ εἰς Βέρροιαν ἐλθὼν, τά τε Κράλη γράμματα παρείχετο ἀναγινώσκεσθαι ἐπ' ἐκκλησίας καὶ τὰ βασιλέως τοῖς ἐπιτηδείοις κρύφα διεδίδου. Βερροιῶται δὲ καὶ πρότερον μὲν τὰ βασιλέως ἠρημένοι οἵ τε ἄριστοι ὁμοίως καὶ ὁ δῆμος ἦσαν, καὶ τότε δὲ ὑ-

7. αὐτοῖς om. P. 10. τῶν P.

rhoeotas agat. Hoc namque et imperatori fore utilissimum, et congressum hunc sibi periculum nullum creaturum, si urbs ei se adiunxerit. Amplectens consilium imperator statim ad Cralem adit, num Arbenum Berrhoeam mittere velit, percunctatur. Quo aiente, volebam et ipse ad eos scribere, inquit, eosque orare, uti me in urbem admitterent. Sed mecum repetens, quo pacto legatum meum Pheraei ante tractaverint, quem contrucidarunt, coepto destiti timuique, ne alium in simile malum coniicerem. Hortabatur itaque Cralem, ut ipse potius pro se scriberet, et nihilo minus Arbeno mandaret, ut is amborum inter se foedera sancita palam indicaret: et ipsi etiam voluptati futurum, si ad Cantacuzenum se aggregarint. Crales eo dictante, quas sibi commodas duceret, exarari litteras permisit, Arbenoque praecepit, pro imperatore apud Berrhoeotas dissereret illosque doceret, Cralem arbitrari, nihil interesse, ad ipsum, an ad illum se conferrent. Sic illis commentum ex animi sententia processit. Arbenus Berrhoeam ingressus, Cralis litteras in conventu recitandas exhibet: et alias imperatoris occulte per eius fautores spargit. Berrhoeotae et antea ab imperatore minime alieni, optimates aeque ac vulgus, et tunc a Triballis pressi (crebro enim continenterque eos incursabant et agrum populationi-

πὸ τοῦ Τριβαλῶν πολέμου πιεζόμενοι, (πολλὰς γὰρ αὐτοῖς A.C. 1343
καὶ συνεχεῖς ἐποιοῦντο τὰς ἐφόδους, καὶ κακῶς ἐποίουν τὴν
χώραν λῃζόμενοι,) καὶ συνορῶντες ἤδη, ὡς ἐν χρῷ κινδύ- C
νου καθεστᾶσι δουλεύειν Τριβαλοῖς ἀναγκαζόμενοι, ἄλλως τε
καὶ ὑπὸ τῶν ἀρίστων ἐναγόμενοι, (πλὴν γὰρ ὀλίγων τὰ βασι-
λέως ἦσαν πάντες ἠρημένοι,) ἐψηφίσαντο τὴν βασιλέως
κάθοδον· αὐτίκα τε ἥροῦντο πρέσβεις, ἐκ μὲν τῶν ἀρί-
στων Ἀστραπήρην, τοῦ δήμου δὲ Ἀλληλούϊαν, ἐκ τῶν κα-
τειλεγμένων δὲ τῷ κλήρῳ τῆς ἐκκλησίας Σύρον ὠνομασμέ-
νον, καὶ ἔπεμπον πρὸς βασιλέα, τάχιστα δεόμενοι ἥκειν πρὸς
αὐτούς. οἱ πρέσβεις δὲ ἐπεὶ ἦκον, τήν τε ἀρχαίαν εὔνοιαν
τῆς πόλεως ἐδήλουν βασιλεῖ καὶ ὡς, τοῦ πολέμου τοῦδε τοῦ
συγγενικοῦ Ῥωμαίοις κεκινημένου, μετέωροι αὐτοὶ ἦσαν καὶ τὴν
αὐτοῦ ἐπιδημίαν ἦγον δι' εὐχῆς καὶ πρόθυμοι ἦσαν αὐτῷ
προσνέμειν ἑαυτοὺς καὶ τὸν πόλεμον συγκατεργάζεσθαι. ἐπεὶ D
δὲ ἐκ προδοσίας τῶν συνόντων συμβαίη περὶ αὐτὸν τὰ δυσ-
χερῆ καὶ ἔλθοι ὑπερόριος πρὸς Τριβαλούς, μάλιστα μὲν βε-
βουλῆσθαι εὐθὺς ἐξαρχῆς εἰς τὴν πόλιν προσκαλεῖσθαι· V. 438
δεδοικότας δὲ μὴ διὰ ταῦτα μειζόνων αὐτῷ συμφορῶν αἴ-
τιοι καταστῶσι, τοῦ Κράλη διὰ φθόνον καὶ τὸ λαβεῖν
αὐτὸν τὴν πόλιν ἐπιβουλεύσαντος, τῆς πείρας ἀποσχέ-
σθαι ἄχρι νῦν. καιροῦ δὲ ἥκοντος νυνὶ καὶ Κράλη μὴ δο-
κοῦντος δυσχεραίνειν, ἥκειν καὶ αὐτοὺς σὺν ἡδονῇ πολλῇ καὶ
προθυμίᾳ παραληψομένους. συνεβούλευόν τε μὴ μέλλειν,
μηδὲ ὑπερτίθεσθαι τὸν καιρὸν, μή τι συμβὰν ἕτερον λυμή- P. 546
νηται τῇ πράξει. βασιλεὺς μὲν οὖν τῇ τε πόλει πολλὰς ὠ-

bus infestum reddebant) et intelligentes praeterea, nihil propius esse, quam ut Triballorum iugum, quamvis nolentes, perferant: ad haec ab optimatibus impulsi (praeter paucos siquidem omnes imperatori adhaerebant) ei reditum decernunt: illicoque legatos, de primoribus quidem Asteroperem, de plebe Alleluiam, de ordine clericorum Syrum deligunt, ac per eos rogant, uti ad se appropere. Legati antiquam civitatis in illum benevolentiam exponunt, et eam inter haec arma civilia animi pependisse eiusque adventum exoptasse, cui se dedere et ad bellum adiumento esse percupierint. Quoniam autem suorum proditione in haec infortunia incidisset et exul ad Triballos abiisset, cogitasse statim a principio ad urbem suam illum accersere: sed timore, ne ob id in calamitatem miserabiliorem devolveretur, Crale propter invidiam et occupatam civitatem insidias ei instructuro, hactenus quievisse. Nunc quia occasio venerit et Crales id approbare videatur, venire ipsos, ut cum multo cum gaudio laetitiaque accipiant. Proinde moveat ab se moras, neve in aliud tempus differat, ne quis casus rem totam dis-

A.C. 1343 μολόγει τῆς εὐνοίας χάριτας καὶ τοῖς πρέσβεσι τῆς εἰς αὐτὸν σπουδῆς· Κράλῃ δὲ ἀπήγγελλεν, ὅσα οἱ ἐκ Βερρόιας πρέσβεις εἴποιεν. θαυμάσας δὲ ἐκεῖνος, ὅτι μὴ τοὺς περὶ βασιλέως λόγους, ὡς καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν πόλεων, ἀπαγορεύοιεν, ἐπέκρινε καὶ αὐτὸς εἰς πέρας ἄγεσθαι τὸ ἔργον. Ἑλένη δὲ ἡ τούτου γαμετὴ καὶ πολλὴν εἰσῆγε τὴν σπουδὴν καὶ παρῄνει βασιλεῖ, μὴ τὸν καιρὸν προΐεσθαι, ἀλλὰ πάντα δεύτερα ἡγησάμενον, μόνου ἔχεσθαι τοῦ Βέρροιαν ὑποποιεῖσθαι. ἀναγκαίαν μὲν γὰρ καὶ τὴν εἰς Διδυμότειχον ἐπάνοδον εἶναι, οὐχ ἧττον δὲ λυσιτελήσειν καὶ τὸ Βέρροιαν κατασχεῖν, πολ-10
B λὰ δυναμένην πρὸς τὸν πόλεμον συνάρασθαι. συνεβούλευέ τε μὴ τὴν παρασκευαζομένην αὐτῷ ἕπεσθαι περιμένειν στρατιάν, ἀλλὰ Γερμανοὺς παραλαβόντα, ὅσους Κράλης τε παρέξεται καὶ αὐτή, ἀεὶ πρὸς τὰς στρατείας παρεσκευασμένους ὄντας διὰ τὸ μισθοφορεῖν, ἅμα τοῖς οἰκείοις σπεύδειν ἐπὶ Βέρροιαν. κἂν μὲν δέχωνται, ὥσπερ ἐπαγγέλλονται, εἰ δέοιτο καὶ τῆς στρατιᾶς ἐκείνης πρὸς ἐπικουρίαν, ὕστερον ἥξειν παρασκευασθεῖσαν. εἰ δὲ μεταβαλόντες ἀποπέμποιεν, ἀναστρέψαντα χρῆσθαι τῇ στρατιᾷ ἤδη παρεσκευασμένῃ καὶ ἀποπειρᾶν πρὸς τὴν ἐπάνοδον. τοιαῦτα μὲν ἡ Κράλη ὑπετίθετο20
C γαμετὴ τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτή τε παρείχετο τοὺς ἰδίους μισθοφόρους Λατίνους καὶ τὸν ἄνδρα ἔπειθε.

νή. Βασιλεὺς δὲ Κράλῃ τε πολλὰς τῆς φιλίας χάριτας

21. τε add. M.

turbet atque evertat. Imperator civitati de hac erga se voluntate, et separatim legatis de ipsorum erga se studio honorifice gratias agit, Cralique summam legationis renuntiat: qui admiratus, non etiam Berrhoeam, ut reliquas urbes, verba de imperatore fieri retuisse, ipse quoque rem ad exitum deducendam iudicavit. Helena vero coniux mire sollicita, imperatorem admonere, ne opportunitati deesset, sed omnibus postpositis, Berrhoeam sui iuris facere solum contenderet. Didymotichum redire, esse id quidem necessarium; verumtamen Berrhoeam, quae multum bello conductura sit, obtinere, haud minus profuturum: suadebatque, ne exercitum ad sequendum se comparantem exspectaret, sed assumptis Germanis, quot Crales et ipsa darent, semper ad expeditionem paratis (quod meritorii essent) una cum propriis Berrhoeam festinaret. Et si quidem promissis stantes eum acceperint et reliqui exercitus ope indiguerit, postea iam instructum paratumque venturum esse. Sin immutati eum reiecerint, reversum paratis tum copiis uti et cum eis reditum periclitari posse. Haec imperatorem Cralis uxor admonebat, ipsaque mercenarios suos Latinos suppeditabat et virum idem ut faceret, permovebat.

58. Imperator, Crali de amicitia eiusque coniugi tum de illa, tum de sollicitudine erga se gratiis ample actis, cum mercenariis et

ὁμολογήσας καὶ γαμετῇ καὶ τῆς φιλίας ἅμα καὶ τῆς περὶ A.C. 1343
αὐτὸν σπουδῆς, τοὺς μισθοφόρους ἔχων ἅμα τοῖς συνοῦσι
Ῥωμαίοις, ἦκεν εἰς τὴν Βέρροιαν· καὶ ἐδέξαντο προθύμως D
ἀνοίξαντες τὰς πύλας, παρείχοντό τε ἑαυτοὺς πρὸς τὰς στρα-
τείας ὑπὸ φιλοτιμίας προθυμοτάτους καὶ χωρὶς ἀναλωμάτων.
αὐτίκα δὲ Σέρβιά τε προσεχώρουν ἑκοντὶ περὶ τὰ μεθόρια
Θετταλίας κειμένη πόλις, καὶ Πλαταμών, ἑτέρα παραθαλασσία,
καὶ φρούρια οὐκ ὀλίγα, τὸ μὲν Πέτρα προσαγορευόμενον, ἕ-
τερον δὲ Σωσκὸς καὶ Σταρίδολα τρίτον. βασιλεὺς δὲ ὡς ἐν
ὀλιγαχεῖ ἐκ τῶν προσθεμένων πόλεων στρατιὰν οὐκ ὀλίγην
συναγαγών, μεταπεμψάμενος δὲ καὶ τὸν ἀνεψιὸν Ἄγγελον
Ἰωάννην, τὴν Θετταλικὴν ἵππον ἄγοντα, ἐπεστράτευσε Θεσ-
σαλονίκῃ καὶ ἐστρατοπέδευσεν ἐν Γαλυκῷ ἐλθών, οὐ πολὺ P. 547
ἄπωθεν τῆς πόλεως. ἤλπιζε γὰρ αὐτῷ τοὺς ἐπιτηδείως ἔχον- V. 439
τας καταπράξεσθαι τὴν εἰς Θεσσαλονίκην εἴσοδον· ἦσαν γὰρ
αὐτῷ διειλεγμένοι περὶ τούτου. τὸ δὲ οὐκ ἀπήντα, ὥσπερ
ἤλπιζεν. οἱ Ζηλωταὶ γὰρ καὶ ὁ δῆμος ὑποπτεύσαντες, μὴ
ἄνευ τῶν ἐπὶ παραδόσει διαλεγομένων ἀφικέσθαι, πολλὴν
ἐποιοῦντο σπουδὴν περὶ τῆς πόλεως τὴν φυλακήν· δι' ἃ οὐκ
ἐοικὸς οἱ τὰ βασιλέως ἠρημένοι τῶν δοκούντων πράττειν τι.
ἡ μὲν οὖν Θεσσαλονίκης ἅλωσις οὕτως ἐκωλύετο· βασιλεὺς
δὲ παρέμενεν ἔτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ, πρὸς τὴν πρᾶξιν οὐ παν-
τάπασιν ἀπειρηκώς. Κράλης δὲ ἐπεὶ Βέρροιά τε καὶ αἱ ἄλ-
λαι πόλεις προσεχώρησαν βασιλεῖ καὶ ἤδη ἑαυτῷ ἀμύνειν ἐ- B

15. καταπράξασθαι M.

Romanis suis Berrhoeam veniens, portis apertis hilariter exceptus est: obtulerantque se cives ad militandum suis stipendiis desiderio quodam laudis et gloriae promptissime. Mox item Servia ultro se dedidit, urbs ad confinia Thessaliae posita, et Platamon, urbs maritima, oppidula praeterea non pauca, ut Petra, Soscus, Staridola. Imperator, ex deditis urbibus pro temporis brevitate collectis copiis non mediocribus, advocatoque nihilo minus consobrino Ioanne Angelo cum equitatu Thessalico, Thessalonicam se convertit castraque ad Galycum flumen non procul ab urbe locavit: quod speraret, sui studiosos introitum sibi, de quo iam secum per internuntios egerant, confecturos: id quod aliter evenit. Zelotae namque et populus suspicati, non illum absque colloquio cum quibusdam super urbe tradenda habito adventare, diligentissime eam custodiebant, ut amici imperatoris eorum, quae volebant, agere nihil possent. Ergo receptio Thessalonicae ad hunc modum impediebatur. Nihilo secius imperator, spe non prorsus abiecta, in stativis manebat. Crales postquam, Berrhoea aliisque oppidis receptis, ipsum iam sibimet opem ferre posse animadvertit, causa nulla intercedente, fidem

A.C. 1343 ὥρα δυνατὸν, ἐξ οὐδεμιᾶς μεταβαλὼν αἰτίας, τὴν προπέραν φιλίαν εἰς πικρίαν μεταμείψας, ἑαυτῷ τε ἐμέμφετο τοῦ μὴ βασιλέα παρακατέχειν καὶ πάντα τρόπον τὴν δύναμιν ἐπειρᾶτο καταλύειν. καὶ πέμψας ἀνεκαλεῖτο τοὺς ἰδίους μισθοφόρους, οὐ τὴν ἀπέχθειαν ἐκφαίνων, ἀλλ' ἑτέρας τινὰς προφασιζόμενος αἰτίας· Μιχαὴλ τε Μονομάχῳ μεγάλῳ κονοσταύλῳ τὴν ἀξίαν ὄντι, Θεσσαλονίκης τότε ἄρχοντι, συνεβούλευε πέμψας κατὰ βασιλέως χωρεῖν καὶ μὴ σφόδρα δεδιέναι, ἄλλως τε ἔτι ὀλίγην κεκτημένον δύναμιν καὶ τὸ κράτιστον τῆς παρού-
C σης ὑφαιρούμενον ὑπ' αὐτοῦ νυνὶ, (τοὺς γὰρ καταφράκτους Λατίνους, οὓς ἄγει, ἀνακεκλῆσθαι ὑπ' αὐτοῦ, ἰδίους ὄντας,) καὶ μὴ αὐξάνεσθαι ἐᾶν, ἀλλὰ προεπιχειρεῖν ἕως ἐστὶν ἀδύνατος. εἰ γὰρ μὴ κωλύοιτο ὑπ' αὐτῶν, ἀλλὰ σωζόμενοι μόνον ἀγαπῷεν, τάχιστα ἐπάξεσθαι αὐτὸν, μεγάλην περιβεβλημένον δύναμιν. Μονομάχος δὲ καὶ οἱ ἐν Θεσσαλονίκῃ τοιαῦτα πεπυσμένοι καὶ οἰόμενοι, βασιλεῖ συνεπιθήσεσθαι αὐτοῖς καὶ Κράλην, ἐσκέπτοντο εἰ χρὴ ἐπὶ μάχην ἐξιέναι. Γερμανοὶ δὲ ἐπεὶ τὰ παρὰ Κράλη ἀκούσειαν πρόστεταγμένα, πολλὴν μὲν ἐκείνου κακοήθειαν κατεγίνωσκον καὶ τρόπων εὐκολίαν, βασιλεῖ δὲ προσελθόντες, ἀπήγγελλόν τε ὅσα προσ-
D ταχθεῖεν, καὶ ἐδέοντο μὴ θορυβεῖσθαι, ἀλλὰ θαρρεῖν, ὡς καὶ αὐτῷ Κράλῃ, ἂν ἐπίῃ, μαχεσομένους ὑπὲρ αὐτοῦ· οὕτω γὰρ εἶναι νόμιμον αὐτοῖς καὶ εἰ πράττοιεν, οὐ κακῶς ἀκούσειν παρὰ τοῖς οἰκείοις. εἰ γὰρ ὑπὸ τοῦ τὸν μισθὸν πα-

4. ἀναχαλεῖτο P.

mutat, praeteritaque necessitudine in amaritudinem conversa, semet incusat, quod eum non retinuerit, conaturque modis omnibus eius potentiam evertere. Mercenarios etiam, celato odio et aliis quibusdam praetextis rationibus, revocat, et Michaëlem Monomachum contostaulum Thessalonicae tum praefectum incitat, uti eum invadat, neu pertimescat, cum praesertim adhuc invalidus sit, et ipse illi robur ac nervum sustulerit, (Latinos enim cataphractos a se ut suos revocatos,) neu opes illius crescere sinat, sed adhuc infirmum aggrediatur. Nisi enim eum praetruncaverint quodammodo, sed se salvos esse contenti fuerint, brevissimo intervallo magnis auctum viribus eos oppressurum. Monomachus et Thessalonicenses haec audientes opinantesque, Cralem una imperatorem invasurum, num ad proelium exeundum esset, consultationi permittunt. Germani mandata Cralis accipientes, insignis illum malevolentiae levitatisque condemnant, atque ad imperatorem accedentes, quid ipsis imperatum sit, narrant; rogant, ne angatur, sed adversus ipsum Cralem etiam, si adoriatur, pro ipso dimicaturos confidat. Hoc enim sibi patrium esse, imperatores defendere, et si fecerint, non male apud

ρέχοντος, ἔφασαν, ἑτέρῳ τῳ προσταχθείημεν ἐπικουρεῖν, οἳ- A.C. 1343
κοι μὲν καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ καθεστῶτι, ῥᾳδίως ἀποσταίημεν ἄν,
τοῦ τὸν μισθὸν παρέχοντος κελεύοντος· στρατευομένῳ δὲ
καὶ πρὸς μάχην παρατεταγμένῳ, οὐχ ἡμῶν εἶναι ἀπολείπειν.
προδοσίαν γὰρ ἄντικρυς τὸ πρᾶγμα εἶναι· οὗ τῶν πάντων
οὐδὲν ἀτολμητότερον ἡμῖν, οὐδὲ μεῖζω φέρει τὴν αἰσχύνην.
δι' ἃ οὐδὲ σὲ καταλείψομεν ἐνθάδε, ὥσπερ ἐκέλευσεν ἐκεῖνος, P. 548
ἀλλ' ἐν ἀσφαλείᾳ οἴκοι καταστήσαντες ἀναχωρήσομεν. συνε-
βούλευόν τε μὴ μέλλειν, ἀλλ' εἰς Βέρροιαν τάχιστα ἐπανή-
κειν· Κράλην γὰρ δῆλον ἤδη εἶναι ἠρημένον πολεμεῖν. βα-
σιλεὺς δὲ αὐτοῖς τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας καὶ τῶν τρόπων τῆς
εὐγενείας ἐπαινέσας, ἐπείθετό τε καὶ ἀνέστρεφεν, ᾗ ἐκεῖνοι
συνεβούλευον, μηδὲν τῶν μελετωμένων πρᾶξαι δυνηθεὶς διὰ
τὴν Κράλη μάλιστα μεταβολήν. ἡ δὲ ἐν Θεσσαλονίκῃ στρα-
τιὰ, ὡς ἐπύθοντο βασιλέα ἀναστρέφοντα, τῆς πόλεως ἐξελ-
θόντες, εἵποντο μὲν καὶ παρεῖχον δόκησιν, ὡς προσβαλοῦντες,
οὐκ ἐτόλμων δὲ συμμίγνυσθαι. τῆς αὐτῆς δὲ ἡμέρας καὶ ἐκ
τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ φίλων γράμματα πρὸς βασιλέα ἦκε, B
μηνύοντα ὡς τῆς αὐτῆς ἡμέρας Ἀπόκαυκος ὁ μέγας δουξ
ναυσὶν ἑβδομήκοντα Ῥωμαίων Θεσσαλονίκῃ προσχοίη καὶ V. 440
συμμαχίδας ἄγων Περσικὰς δύο καὶ τριάκοντα, καὶ τοὺς ἐκ
Βυζαντίου καὶ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας ἱππέας οὐ πολλῷ
ὕστερον προσδοκίμους εἶναι ἥξειν. τοὺς μὲν οὖν φίλους τῆς

gentem suam audituros. Si enim ab eo, qui stipendia numerat, inquiebant, alterum quempiam domi secure sedentem adiuvare ac defendere iussi essemus, facile ad eius imperium desisteremus: ab eo autem, qui exercitum ducat et ad pugnam acies disposuerit, deficere, a nostris moribus abhorret, cum sit manifesta proditio: ut proinde nihil ex omnibus minus commissuri simus, quandoquidem non aliud nobis foediorem dedecoris notam inusserit. Quod cum ita sit, nec te hic deseremus, ut ille iussit: sed cum te domi in tuto constituerimus, recedemus. Addebant, ne procrastinaret, sed Berrhoeam primo quoque tempore rediret: iam enim satis liquere, Cralem arma cogitare. Imperator eos de egregia in se humanitate morumque ingenuitate collaudans, quo suadebant redit, propter Cralis mobilitatem nihil eorum exsecutus, quae statuerat. Qui erant Thessalonicae milites, ut imperatorem recessisse acceperunt, foras se educentes, recedentem insecuti sunt, impressionem, ut apparebat, facturi. Ceterum ciere pugnam non audebant. Eodem die ab amicis Thessalonica scriptum est, eadem luce Apocauchum septuaginta Romanorum et Persicis subsidiariis duabus et triginta navibus Thessalonicam appulisse: Byzantios item, Thracas et Macedonas equites non multo post venturos exspectari. Imperator amicos de nuntio laudavit et ad Axium flumen appropinquans, quod ex largissimis

A.C. 1343 ἀγγελίας ἕνεκα ἐπήνεσεν ὁ βασιλεύς· αὐτὸς δὲ παρὰ τὸν
Ἄξιὸν ἐλθὼν καὶ πειρώμενος διαβαίνειν, οὐ συνεχωρεῖτο
πλημμυροῦντος τοῦ ποταμοῦ ἐξ ὄμβρων ῥαγδαίων ἀθρόον
κατενεχθέντων. ἐδόκει δὲ δεινὸν τῷ βασιλεῖ καὶ πολλῆς ἄξιον
C φροντίδος. τό,τε γὰρ παριέναι τὸν ποταμὸν διὰ τῆς Κράλῃ ὑπη-5
κόου ῥέοντα, οὐ μικρὰν παρεῖχεν ὑποψίαν, ἐκείνου δοκοῦντος
ἐκπεπολεμῶσθαι, ἄλλως τε καὶ οὐ μακρὰν, ἀλλ' ἐγγύς που
μετὰ στρατιᾶς ἐστρατοπεδευμένου· καὶ τὸ μένειν ἐστρατοπε-
δευμένους, τῶν ὑδάτων περιμένοντας ἀμβλυνθῆναι τὴν ὁρμὴν,
οὐ πρὸς αὐτῶν ἔσεσθαι ὑπώπτευεν. ἐδεδίει γὰρ, μὴ, ὥσπερ10
ἦν εἰκὸς, τῶν τε ἐκ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας ἱππέων, πολλα-
πλασιώνων ὄντων ἢ ὧν ἦγεν αὐτὸς, καὶ τῶν ἐκ τῶν τριηρέων
ὁπλιτῶν καὶ ψιλῶν καὶ Περσῶν τῶν συμμάχων ἐπελθόντων,
οὐχ οἱόστε ᾖ ἀμύνεσθαι ἐκ παρατάξεως, πολλῷ τῷ μέτῳ
καταδεεστέρους ἄγων. συμβὰν δέ τι καὶ ἕτερον μᾶλλον ἐθο-15
ρύβει. πρὸς γὰρ τὴν Ἄξιοῦ περαίαν στρατιὰ ἐλθοῦσα
D Τριβαλῶν, πέμποντες πρὸς βασιλέα, κατὰ συμμαχίαν μὲν
ἔφασκον ἥκειν τὴν αὐτοῦ, εἰ δέοιτο αὐτῶν τῆς ἐκ Θεσσαλο-
νίκης στρατιᾶς ἐπιθεμένης. ἦσαν δὲ οὐδὲν ἐννοοῦντες δίκαιον,
ἀλλ' εἴθ' ὑπὸ Κράλῃ λάθρα προσπεμφθέντες, εἴτε καὶ παρ'20
ἑαυτῶν αὐτοὶ τῆς τοῦ δεσπότου γνώμης στοχασάμενοι, ὡς
πολεμεῖν ἔγνω βασιλεῖ, γνώμην ἔχον ἔχοντες, ὡς εἰ μά-
χη συναφθείη, προσθησόμενοι τοῖς ἔχουσι τὸ πλέον καὶ
τοὺς νενικημένους διαρπάσοντες, ὅπερ καὶ μᾶλλον ἐδόκει τῶν
δεινοτάτων βασιλεῖ, εἰ παρ' αὐτὴν τὴν συμβολὴν Ῥωμαίοις25

imbribus restagnaret, transitum frustra tentavit. Quod illi grave ac molestum accidit. Nam praeterire fluvium per provinciam Cralis labentem, non modicam suspicionem dabat, quasi hostiles cum eo inimicitias gereret: praesertim cum etiam prope alicubi castra haberet: et delitere in tentoriis, usque dum aquae subsedissent, id vero ne ipsis obesset, verebatur. Timebat enim, ne, quod erat probabile, cum ex Thracia et Macedonia equitatus longe maior suo et ex triremibus gravis ac levis armaturae et socii Persae supervenissent, ipse tantam paucitatem adversa acie illis opponere non posset. Sed casus quidam alius perturbationem graviorem attulit. Nam versus ulteriorem ripam Triballorum globus se ferens, ad imperatorem mittit: socia arma spondet, si contra Thessalonicenses imminentes eorum auxilio indigeat. Atqui nihil aequum cudebant; sed sive a Crale clam submissi, sive per se despotae sui mentem coniectantes (bellum scilicet imperatori cogitare) eo animo veniebant, ut, conserta iam pugna, victrici parti se adiungerent victamque diriperent: quod imperatori peracerbum videbatur, si in ipso certamine ad Romanos simul et Triballos utrimque con-

τε ὁμοῦ καὶ Τριβαλοῖς προσέχειν ἀναγκάζοιτο ἑκατέρωθεν A. C. 1343
παρατεταγμένοις. ὅμως οὕτως ἔχοντι δυσκολίας καὶ φροντίδος
περὶ τῶν πρακτέων, ἐδόκει δεῖν αὐτοῦ αὐλίσασθαι τὴν νύκτα. P. 549
τοὺς ἐν τέλει δὲ μάλιστα καὶ Ἄγγελον τὸν ἀνεψιὸν, προσέτι
δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς Ματθαῖον καὶ Μανουὴλ συναγαγών· (ἦσαν
γὰρ οὐδενὸς λειπόμενοι πρὸς σύνεσιν καὶ εὐβουλίαν, καίτοι
μήπω τὴν μειρακικὴν ὑπερβάντες ἡλικίαν, διὰ φύσεως μέγε-
θος καὶ εὐφυΐαν τὴν πρὸς τὰ καλὰ, ἄλλως θ' ὅτι καὶ
βασιλεῖ τῷ πατρὶ πολὺν ἤδη συστρατευόμενοι χρόνον, οὐ
μόνον περὶ τὰ πολέμια μόνον ἀγαθοὶ καὶ εὐψυχίας καὶ τόλμης καὶ
καρτερίας τῆς πρὸς τὰ δεινὰ οὐδὲν ἐλλείποντες, ἀλλὰ καὶ
τοῆσαι τὰ δέοντα καὶ καταπράξασθαι ἐν καιρῷ κινδύνων ὀξεῖς
καὶ βουλεύσασθαι ἑτέροις ἦσαν ἱκανοί· δι' ἃ καὶ ὁ πατὴρ
αὐτοῖς πρὸς τῶν βουλευμάτων τὰ μάλιστα σπουδῆς δεόμενα B
ἐδέχετο καὶ ἐπείθετο οὐκ ὀλιγάκις, οὐ χαριζόμενος· οὐ γὰρ
εἶα τῶν πραγμάτων ἡ ἀνάγκη· ἀλλὰ νομίζων μάλιστα λυ-
σιτελεῖν·) μετ' ἐκείνων δ' οὖν καὶ τῶν ἐπιλοίπων ἄχρι πόρ-
ρω βουλευόμενοι νυκτῶν, ἐδόκει βασιλεῖ τε πρῶτον, ἔπειτα
καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι μὴ μένειν, ἀλλὰ τὸν κουφότερον τῶν
κινδύνων προτιμᾶν καὶ παριόντας τὸν Ἄξιὸν ἄχρις ἂν ἐξῇ,
πόρον ζητεῖν ᾗ διαβατὸς ἔσται, βέλτιον λογισαμένους αὖθις
Τριβαλοῖς περιτυχεῖν, οὓς ἴσως ἂν καὶ δύναιντο τρόπῳ δή
τινι ἀποσκευάζεσθαι, ἢ Ῥωμαίοις καὶ βαρβάροις τοῖς συμμά-
χοις. τοῖς μὲν οὖν ἐδέδοκτο τοιαῦτα. C

stitutos attendere cogeretur. Verumtamen difficultate ista et anxia cura quid ageret distracto, visum ibi noctem agere. Proceres autem et Angelum consobrinum, praeterea Matthaeum et Manuelem filios cogens, (qui, quamquam iuvenilibus annis nondum exactis, intelligentia et consilio propter ingenii magnitudinem virtutisque indolem cedebant nemini. Praeterea quod cum patre diu iam militaverant, non solum erant bello egregii, nihilque magnanimitatis, fortitudinis et in rebus arduis tolerantiae a se desiderari patiebantur: sed etiam ad recta perspicienda eademque periculosis temporibus perficienda expediti et ad alios consilio iuvandos erant idonei. Hinc et pater in deliberationibus gravioribus maximeque seriis eorum sententias audiebat easque saepenumero sequebatur: non quod iis gratificaretur; neque enim id rerum necessitas sinebat; sed quod ita in primis conducere existimaret;) cum his itaque et reliquis deliberatione in multam noctem producta, visum primum imperatori, deinde aliis omnibus, non illic manendum et periculum minus maiori anteferendum, aditoque Axio flumine transitum explorandum: reputando, praestare utique rursum in Triballos, (quos forsitan modo aliquo propulsare poterunt,) quam in Romanos et socios eorum barbaros incidere. Haec igitur illi sentiebant.

A. C. 1343 V. 44 νθ'. Ἔξω δὲ τῆς σκηνῆς προσελθών τις ἐκ τῆς κατὰ τὴν περαίαν Ἀξειοῦ κώμης καταντικρὺ οὗ ηὐλίζοντο, ἔνθα καὶ
D ἡ Τριβαλῶν διενυκτέρευε στρατιὰ, Γαυρόβου προσαγορευομένης, ἐδεῖτο βασιλεῖ συντυχεῖν, ὡς περί τινων ἀναγκαίων διαλεξόμενος. ἐπεὶ δὲ εἰσήγετο πρὸς βασιλέα, πρῶτα μὲν ἀρχαίας τινὸς εὐεργεσίας χάριτας ὀφείλειν ὡμολόγει βασιλεῖ, ἔπειτα ἐμήνυεν, ὡς ἡ στρατιὰ Τριβαλῶν, ἧς ἡγεῖται Μποζίκης τις προσαγορευόμενος καὶ Στέφανος δεύτερος, ἐκ πεζῶν καὶ ἱππέων ἠθροισμένη, πεμφθείη μὲν παρὰ Κράλη ἐπὶ τῷ βλάπτειν βασιλέα, ὅσα δύναιτο. αὐτοὶ δὲ οὕτως εἶναι παρεσκευασμένοι, ὡς, εἰ ἀκατίοις χρῷτο ἡ βασιλέως στρατιὰ
P 550 πρὸς τὴν διάβασιν, τοῖς πρώτως διαβᾶσιν ἐπιτίθεσθαι καὶ διαφθείρειν· ἔπειτα ἀνείργοντας τοὺς ἄλλους πρὸς τὸν πόρον, αὐτοὺς μὲν διαμένειν ἀπαθεῖς κακῶν· βασιλέα δὲ μετὰ τῶν συνόντων ὑπὸ τῆς ἐκ Θεσσαλονίκης στρατιᾶς διαφθείρεσθαι ῥᾳδίως εὐεπιχείρητον γενόμενον. τὴν μὲν οὖν ἐπιβουλὴν οὕτως ἔφασκεν εἶναι συνεσκευασμένην παρὰ Τριβαλῶν, αὐτὸν δὲ εἰδέναι πόρον ἀγνοούμενον τοῖς πολλοῖς, ᾗ διαβατὸς ὁ ποταμὸς ῥᾳδίως ἔσται· ὃν ἔφασκεν ὑποδείξειν χάριν βασιλεῖ κατατιθέμενος. ἐπαινέσας δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν ἄνθρωπον καὶ ἐπαγγειλάμενος εὖ ποιήσειν, ἐπεὶ καὶ ἡ ἡμέρα ἤδη διεφαίνετο, ἄραντες ἐκ τοῦ στρατοπέδου, διήεσαν τοῦ
B ποταμοῦ τὴν ὄχθην, οἷ ὁ ἄνθρωπος ἡγεῖτο. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Τριβαλοὶ ἐκ τῆς περαίας ἀντιπαρήρχοντο καὶ αὐτοὶ τὸν

59. Ad tabernaculum autem accedens quidam natus in vico Gaurobo trans Axium, e regione loci, ubi pernoctabant, ad quem vicum etiam Triballi manebant, rogabat, ut sibi imperatoris conveniendi copia fieret, de re necessaria cum eo collocuturo. Ad quem introductus, primum quidem antiqui cuiusdam beneficii gratiam se illi debere confitetur. Post indicat, Triballorum manum Bozice et Stephano ducibus, ex peditibus et equitibus constantem, missam a Crale, ut imperatori nocerent, quantum possent. Ipsos autem sic esse paratos, ut, si imperatoris cohortes actuariis minutis ad traiiciendum uterentur, qui primi transierint, eos adorti interficiant: deinde alios transitu arcentes nullo praeterea malo afficiant: imperatorem cum reliquis superatu iam facilem, levi opera ab exercitu Thessalonica affuturo concisum iri. Triballos itaque isto modo insidias instituisse aiebat; se vero scire, quod multi nesciant, qua fluvius vado transiri commode queat. Id vadum se gratiae referendae demonstraturum. Laudat hominem imperator et merito responsurum promittit. Ubi diluxit, castris egressi, iuxta fluminis ripam, qua vir ille ducebat, incedunt. Pariter Triballi e regione vicissim ad flumen gradiuntur. Ubi ad transitum est perventum,

ποταμόν. ἐπεὶ δὲ εἰς τὸν πόρον ἦλθον, Τριβαλοὶ μὲν ἐκ A.C. 1343
τῆς περαίας παρετάσσοντο ὡς κωλύσοντες καὶ βέλεσιν ἐχρῶντο
πόρρωθεν. βασιλεὺς δὲ μετὰ τῶν ἀρίστων ὁρμῇ χρησάμενοι
παραβόλῳ καὶ σωμάτων ἀφειδήσαντες, διέβαινον βαλλόμενοι
καὶ κωλυόμενοι, ὡς ἐνῆν, ὑπὸ τῶν Τριβαλῶν. διαβάντας
δὲ ὑπέμειναν οὐδ' ἐπὶ μικρὸν, ἀλλ' ἔφευγον τραπόμενοι
κατὰ κράτος. βασιλεὺς δὲ οὔτ' ἐπιδιώκειν εἴα, οὔτε ἀποκτεί-
νειν, ἄγνοιαν τῆς ἐπιβουλῆς ὑποκρινάμενος. ἐβούλετο γὰρ μη-
δεμίαν Κράλῃ πρὸς τὸν πόλεμον πρόφασιν παρέχειν. ἡ δὲ ἄλλη C
στρατιὰ διέβαινε κατὰ σχολὴν μηδὲν ζημιωθεῖσα. βασιλεὺς δὲ
φιλοτίμως ἀμειψάμενος τὸν ἡγησάμενον πρὸς τὸν πόρον,
πρὸς Βέρροιαν ἐπανῄει, πολλὰς αὐτοῦ τε καὶ τῆς στρατιᾶς
τῆς σωτηρίας θεῷ χάριτας ὁμολογῶν· ἐν χρῷ γὰρ εἴπερ ποτὲ
κατέστησαν κινδύνου. τῆς αὐτῆς δὲ ἡμέρας καὶ ἡ ἐκ Θρᾴ-
κης καὶ Μακεδονίας στρατιὰ ἅμα τοῖς ἐκ τῶν τριηρέων ὁ-
πλίταις καὶ ψιλοῖς καὶ Πέρσαις τοῖς συμμάχοις πρὸς Ἄξει-
ὸν ἦκον ἐπὶ βασιλέα. πυθόμενοι δὲ, ὡς διαβὰς πρὸς Βέρ-
ροιαν ἐπανέλθοι, ὑπέστρεφον εἰς Θεσσαλονίκην ἀνιώμενοι,
ὅτι ὑστερήσειαν. βασιλεύς τε τότε μᾶλλον ἀκριβέστερον V. 442
ἐσυνεώρα τὴν περὶ αὐτὸν πρόνοιαν τοῦ θεοῦ. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο D
ἐν Βερροίᾳ, Γερμανοὺς τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ἀμειψάμενος
εὐεργεσίαις, ἀπέπεμπεν εἰς Κράλην καὶ τοὺς περὶ τὴν διά-
βασιν Ἄξειοῦ κωλύοντας προσήγγελλεν ὡς ἀδικήσαντας καὶ
παρὰ τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους αὐτῶν τοὺς εἰς ἀλλήλους

Triballi trans fluvium ad prohibendum se instruebant et tela procul spargebant. At imperator cum fortissimis audaci impetu contemptisque corporibus, Triballis iaculantibus, quantumque poterant prohibentibus, transiit: quos hostes nec ad punctum temporis sustinentes, in fugam se omnibus nervis tradiderunt. Imperator insidiarum ignoratione simulata, nec insequi suos, nec occidere fugientes sinebat, quod nullam Crali armorum occasionem dare vellet. Reliquum agmen paulatim et nullo cum damno transibat. Tum imperator indicem vadi honorifice remuneratus, Berrhoeam se retulit, ob suam militumque salutem Deo gratias agens: periculo enim, si unquam alias, proximi fuerant. Eodem die etiam e Thracia et Macedonia conscripti, simul cum classiariis utriusque armaturae et Persis auxiliariis ad Axium adveniunt, imperatorem aggressuri. Quem flumine transito Berrhoeam reversum audientes, Thessalonicam moesti, quod serius affuissent, retrorsum abierunt. Imperator tum a Deo se non negligi, manifestius cognovit, et Berrhoeae Germanos pro eorum in se benevolentia congiario donatos, ad Cralem dimisit: quique Axium transituris obstitissent, eos pro iniuriis foederisque inter ambos sanciti violatoribus detulit. Crales

A. C. 1343 τριός τις εἶναι καὶ ἐπιεικὴς, εἴτε τοσαύτῃ νομίζεις κεχρῆσθαι πονηρίᾳ καὶ ὀφθαλμῶν ἀπάταις καὶ φενακισμοῖς, ὡς πάντας οἴεσθαι λανθάνειν τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα κακουργῶν. περὶ μὲν δὴ τῶν τοιούτων ἔστι δικαστήριον ἕτερον
P. 552 καὶ κριτὴς ἀδέκαστος καὶ φοβερὸς καὶ μάρτυρες ἄγγελοι, 5
V. 443 πάντα τὰ πραττόμενα ἀνθρώποις εἰδότες φανερῶς, κἂν μυρίοις τοίχοις ἢ παραπετάσμασιν ἢ ζόφῳ σκοτεινῷ ἢ βαθείᾳ περικαλύπτωνται ὁμίχλῃ, ἐφ' ὧν ὑπὲρ τῶν πρὸς ἀλλήλους δικασόμεθα ἀδικημάτων. ἐκεῖνο δέ μοι τῆς θαυμαστῆς σου στρατηγίας ἔπεισι γελᾶν, ὅτι πάντας καὶ τοὺς πάλαι βεβοη- 10
μένους ἐπὶ στρατηγίαις παριὼν καινήν τινα καὶ θαυμασίαν καὶ σοὶ προσήκουσαν ἐπίνοιαν ἐξεῦρες, δι' ἧς σοι τῶν πολεμίων ὀλίγα πονήσαντι κρατεῖν ἐξέσται, ἣν εἰ Σκηπίων Ἀφρικανὸς καὶ Πομπήϊος ὁ μάγνος καὶ Σύλλας καὶ εἴ τις ἄλλος ὑμνεῖται στρατηγὸς ἦδεσαν Ῥωμαίων, οὐκ ἂν ἐκόπτοντο το- 15
Β σαῦτα καὶ πολλοὺς ὑπέμενον πόνους καὶ κινδύνους, ἔθνη μεγάλα καὶ πολυάνθρωπα καταδουλούμενοι. εἰ γὰρ ἐξέσται σοι τὴν διάνοιαν τῶν πολεμίων ἐξ αὐτῶν καταμανθάνειν, αὐτός τε ἀήττητος μέχρι παντὸς διαμενεῖς καὶ τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν οὐκ ἐν πολλῷ τῷ χρόνῳ μεγάλην τινὰ καὶ θαυμα- 20
σίαν ἀποδείξεις, ὥσπερ δὴ καὶ ποιεῖς. ἔδει μὲν οὖν πρὸς τοσαύτην ἄνοιαν μηδένα ποιεῖσθαι λόγον. ἐγὼ δέ σοι τὴν ἀρχαίαν τάξιν τηρῶν καὶ χαριζόμενος ἐν πᾶσιν, εἰ μέλλοιμι καὶ αὖθις τῆς εὐεργεσίας ἀμοιβὰς ταῖς πρότερον ὁμοίας δέ-

11. περιὼν P. 21. δῆτα M.

omnes latere credas. Verum pro istis aliud tribunal nos manet et iudex integerrimus ac terribilis, et testes angeli, omnia mortalium facta perspicientes, etsi mille parietibus aut peripetasmatis aut caligine tenebrosa aut densa nebula circumtegantur: coram quibus de mutuis delictis et offensis iudicium subibimus. In arte vero tua imperatoria sane admirabili illud ridiculum, quod praeteritis universis etiam olim fama notissimis belli ducibus, novam quandam et eximiam tibique convenientem rationem commentus es, qua parvo labore victoriam de hostibus referas, quam si cognovissent Scipio Africanus, Pompeius magnus, Sulla et qui praeterea e ducibus Romanis praedicantur, non adeo semet defatigassent, nec in magnis ac populosis gentibus subigendis tot et tam periculosos labores exantlassent. Si enim hostium sensa ex ipsis licebit tibi percipere: et tu invictus semper eris, et Romani imperii terminos ac maiestatem brevi tempore admirabiliter proferes augebisque, quemadmodum et nunc facis videlicet. Oportebat igitur ad istanc stultitiam tuam nec verbum respondere. Ego tamen pristinum tibi locum servans et gratificans in omnibus, si rursum pro beneficio pares prioribus

χεσθαι, τὴν ἐμὴν διάνοιαν ποιήσω φανερόν. ἐγὼ νομίζω A.C. 1343
οὐδὲν εἶναί σοι σπουδαιότερον καὶ λόγου ἀξιώτερον πολ- C
λοῦ, ἢ τοῦ πρὸς ἐμὲ πολέμου. τριῶν δὲ ὄντων, οἷς ἄν
τις ἐπιχειρήσειε, τούτων οὐδὲν οἶομαι σοὶ λυσιτελεῖν. ἢ
γὰρ εἰς Βυζάντιον ἀνάγκη ἀναστρέφειν, ἢ μένειν ἐν Θεσ-
σαλονίκῃ, ἢ ἥκειν πρὸς ἐμὲ μαχούμενον. τοῦ μὲν οὖν το-
σαῦτα χρήματα ἀναλωκότα καὶ πολλὰ φυσήσαντα καὶ νεανι-
ευσάμενον καὶ τὴν Ῥωμαίων πᾶσαν ἡγεμονίαν συγκυκήσαν-
τα παρὰ τοσοῦτον ἐγγὺς ἐλθεῖν τῶν πολεμίων, ἔπειτα ὥσ-
περ ἐπιλαθόμενον τῶν κόμπων τῶν προτέρων, κεναῖς ἐπα-
νέρχεσθαι χερσὶ, μηδὲ θέαν γοῦν τῶν πολεμίων ὑπομεί-
ναντα, καὶ ταῦτα στρατιὰν ἄγοντα πολλὴν καὶ ἀγαθὴν καὶ D
τῶν πολεμίων πολλαπλασίω, οὐδὲν ἂν εἴη καταγελαστό-
τερον, οὐδὲ μᾶλλον ἀδοξίαν οὐ Ῥωμαίοις οἷσον, (ἐκεῖνοι
γὰρ ἀεὶ γενναῖοι πρὸς τὰς μάχας καὶ τόλμης καὶ εὐψυ-
χίας οὐδὲν ἐλλείποντες,) ἀλλὰ σοὶ τῷ στρατηγῷ. καὶ πάν-
τες εὐθὺς τὸ Χαβρίου τοῦ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοῦ ἐροῦ-
σιν, ὡς φοβερώτερόν ἐστιν ἐλάφων στρατόπεδον ἡγουμένου
λέοντος, ἢ λεόντων ἡγουμένου ἐλάφου. εἰ δὲ μένειν ἐν
Θεσσαλονίκῃ διανοήσῃ, πρῶτον μὲν τὸ κέρδος οὐχ ὁρῶ τῆς
διατριβῆς. ἔπειτα μεγάλων ἀναλωμάτων χρεία πρὸς τοσαύ- P. 553
την στρατιὰν, καὶ ταῦτα ναυτικὴν, ἣν ἐκ τῶν δημοσίων τρέ-
φεσθαι ἀνάγκη. καὶ τῆς ἠπειρώτιδος δὲ στρατιᾶς τοὺς ἐκ
Βυζαντίου καὶ τῆς ἄλλης Θράκης τρέφειν δεήσει μισθοφό-

21. χρείας P.

gratias exspectare debeo, cogitationes meas te non celabo. Equidem bello contra me nihil abs te studiosius expeti, nihil tanti abs te fieri opinor. Cum autem tria sint, quae facias, eorum nullum rationibus tuis conducere statuo. Aut enim Byzantium reverti necesse est, aut manere Thessalonicae, aut mecum armis decertare. Eum igitur, qui tantam pecuniae vim impenderit, qui tanta inflatus superbia tam iuveniliter exsultarit, qui totum Romanum imperium permiscuerit atque confuderit, tam prope ad hostes accessisse: deinde prioris iactantiae velut oblitum, vacuis manibus recessisse, nec adspectum saltem hostium pertulisse, idque ducentem exercitum frequentem ac bellicosum et hostili multo numerosiorem, nihil hoc magis ridendum, neque aliud nomine Romanorum tam ignominiosum fieri potest: quorum semper fuit ad pugnandum generosus, imperterritus et excelsus animus. Verum tibi tam egregio duci omnes statim illud Chabriae, Atheniensium imperatoris, occinent, formidabiliorem esse cervorum exercitum duce leone, quam leonum cervo duce. Sin apud Thessalonicam residere praeoptabis, primum quidem quid ex ista commoratione lucrifacias, non intelligo. Accedit impensarum ingentium ad tantam multitudinem eamque navalem

A. C. 1343 ρους τε οὐκ ὀλίγους ὄντας καὶ τοὺς ἄλλους, ἂν τῶν οἰκιῶν ἔξω χρόνον διατρίβωσι πολύν· ἢ κατεξαναστήσονταί σου, ὡς ἑκοντὶ βουλομένου διαφθείρειν, ἢ τά γε δεύτερα, ἂν μέτρια δοκιμάζωσι ποιεῖν, οἰχήσονται ἀπολιπόντες, βαλάντια κενὰ ἐπιδεικνύντες καὶ τὴν ἀπορίαν προβαλλόμενοι. οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκ Μακεδονίας καὶ Θεσσαλονίκης πάντες χρήματα αἰτήσουσι καὶ ἄλλας δωρεάς, ἃς δίκαιον παρέχειν τὸν τὴν Ῥωμαίων ἄγοντα ἡγεμονίαν. πρὸς τούτοις δὲ καὶ πρὸς Κράλην πολλῶν δεήσει δώρων καὶ χρημάτων, ὥστε πεῖθειν πόλεμον αἴρεσθαι ἐμοί. οὐ γὰρ ἀρκέσουσιν αἱ πόλεις, ἃς προήσῃ. ἃ πάντα οἶμαι συνορῶντα, εἰ μὴ παντάπασιν ἔξω καθέστηκας φρενῶν, οὐκ ἂν ἐλέσθαι τὴν ἐπιπλεῖον ἐν Θεσσαλονίκῃ διατριβὴν, καὶ ταῦτα μηδὲν μέγα μέλλοντα κατορθοῦν. λείπεται δὴ τὸ τρίτον, παρασκευασάμενον ἥκειν ἐπ' V. 444 ἐμὲ, ὡς περὶ τῶν ὅλων διακινδυνεύσοντα. τοῦτο δ' εὐχῆς ἔργον εἴη ἂν ἐμοὶ καὶ μάλιστα καθ' ἡδονήν, εἰ μόνον περὶ Βέρροιαν τρεῖς ἡμέρας διατρίψεις, ἄχρις ἂν παρασκευασάμενος καὶ αὐτὸς ἀπαντήσω πρὸς τὴν μάχην. εἰ γὰρ μετὰ ταύτας τὰς ἡμέρας οὐ μαχέσομαι ἐλθὼν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τὸ σὸν, αἰσχύνης ἄξιος ἂν εἴην, ὃ πάσης ἄλλης ἐμοὶ βαρύτερον ζημίας. μόνον δέομαί σου στρατηγεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὸν πόλεμον καὶ μὴ ἄλλους ὠθήσαντα πρὸς τοὺς κινδύνους, αὐτὸν ἔξω καθῆσθαι τῶν ἀγώνων θεατὴν, ὥσπερ οἱ τοὺς γυμνικοὺς

alendam necessitas, quam de publico ali oportebit. Item e Byzantio et reliqua Thracia, continentis inquam militibus mercenariis permultis, nec non aliis, si diutius a sedibus suis abfuerint, de victu providendum erit: alioqui adversum te, ut eos perdere volentem, insurgent, aut certe si mitius egerint, deserto te abibunt, sacculos inanes ostentantes et egestatem prae se ferentes. Nec istuc solum: sed insuper Macedones et Thessalonicenses singuli stipendia et donativa flagitabunt, quae in militem distribuere Romani principatus gubernatorem aequum est. Ad Cralem insuper contra me concitandum multis muneribus et pecuniis indigebis: haud enim oppida, quae illi dabis, sufficient. Haec omnia te intelligentem (nisi prorsus deliras) Thessalonicae, cum praesertim egregium nihil feliciter gesturus sis, diutius mansurum non credo. Superest proinde tertium, ut instructus contra me venias, iacta alea pro summa rerum mecum dimicaturus. Quo quid mihi optatius iucundiusque acciderit? si tantummodo iuxta Berrhoeam triduo substiteris, donec et ipse comparatus ad conflictum occurram. Nam si post diem tertium castra tua proeliabundus non invasero, dedecus admisisse merito iudicabor: quod quidem mihi quovis detrimento intolerabilius est: tantum, quod te oratum volo, tu ipse ducem te ad pugnam praebeas, non alios discrimini exponens, ipse extra certamen, ut qui

ἀγῶνας διατιθέντες. σοὶ μὲν οὖν οὕτω πανταχόθεν περιέστη- A.C. 1343
κε τὰ πράγματα στενὰ καὶ συμβέβηκέ σοι τὸ τοῦ μύθου. ἰξευτῇ γάρ φασί τινι στρουθίου κεκρατηκότι, φωνῇ χρησάμενον τὸ στρουθίον ἀνθρωπίνῃ, προσειπεῖν, ὡς ἄρα πέπρωται αὐτῷ, δήσαντι μὲν καὶ κατέχοντι, τὸν παῖδα ἀποθνήσκειν, ἀπολευκότι δὲ, τὴν γυναῖκα, ἀβουλίᾳ δὲ τῇ μεγίστῃ χρησαμένῳ καὶ κτείναντι, αὐτὸν αὐτίκα ἀποθνήσκειν. τὸν ἰξευτὴν δὲ τὴν πανταχόθεν ἀπορίαν συνιδόντα, μέγα ἀνοιμῶξαι καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐπαράσασθαι, ἐν ᾗ τὸ στρουθίον εἷλεν, D
ὡς μεγάλων αἴτιον αὐτῷ συμφορῶν γεγενημένην. τοῦτο δ' οἶμαι τὸν συντεθεικότα τὸν μῦθον διὰ τούτου βούλεσθαι δηλοῦν, ὡς πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τοῦ μείζοσιν ἢ καθ' ἑαυτοὺς πράγμασιν ἐπιχειρεῖν, ἀκουσίοις καὶ μεγάλαις περιπίπτουσιν ἀνάγκαις· αἷ καὶ σοὶ μάλιστα συνέβησαν ἐκ τοῦ τοιούτου. ἐμοὶ δὲ τοὐναντίον ἅπαν πάντα εὔπορα καθέστηκεν. ἄν τε γὰρ πρὸς Βυζάντιον ἐπανίῃς, σοῦ κατόπιν καὶ αὐτὸς ἐπ' ἐκεῖνο βαδιοῦμαι· ἄν τε μένῃς ἐν Θεσσαλονίκῃ, οὐδεμία τις ἔμοιγε ἔσεται βλάβη ἡ ἀπορία, τῆς ἐμοὶ συνουσίας στρατιᾶς ἐν οἰκίαις διαγούσης καὶ τρεφομένης ἐκ τῶν προσόδων, ἃς ἐτησίους ἔχουσιν. εἰ δὲ καὶ εἰς χεῖρας ἐμοὶ P. 554
ἰέναι σοὶ φίλον, κἀμοὶ φίλτερον οὐδὲν ἔσται, οὐδὲ μᾶλλον αἱρετὸν, μόνον εἰ αὐτὸς στρατηγοίης πρὸς τὸν πόλεμον. σὺ μὲν οὖν ὅ,τι διανοοῦμαι πράττειν ἤρου περὶ ἐμαυτοῦ· ἐγὼ δέ σοι καὶ ἃ σὲ δίκαιον ποιεῖν προσέθηκα, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον.

8. τὴν om. P. 16. γὰρ om. P. 18. ἢ M.

ludos gymnicos instituunt, otiosus spectator sedeas. Tu itaque hunc in modum undique urgeris ac premeris, et quod est in fabella, tibi usu venit. Aiunt enim, passerem captum aucupi dixisse, in fatis illi esse, si se ligatum retineret, mori filium, si liberum dimitteret, interire uxorem, si per summam temeritatem se occideret, ipsum continuo morte exstingui. Aucupem ex omni parte difficultatem intuentem, altum dedisse gemitum et execratum diem illum, quo passerem cepisset: quippe qui singulares sibi calamitates apportasset. Hoc autem puto auctorem huius apologi docere voluisse, multos mortales maiora viribus suis audentes, per imprudentiam ad inevitabiles necessitates redigi: quod tibi similiter e simili vitio contigit. Mihi vero contra plane omnia haec facilia et expedita sunt. Sive enim Byzantium redis, te eodem sequar: sive Thessalonicae manes, nullum inde damnum faciam ex inopia, cum milites mei domi degentes de annuis suis reditibus vivant. Quodsi ad manus mecum venire libet, nihil hoc mihi gratius aut expetendum magis: modo tu ipse dux simul venias. Tu ergo quid me facere meditarer, interrogabas: ego vero quae te facere iustum, immo necessarium est, (praeter haec enim nihil aliud licebit facere,)

A.C. 1343 τούτων γὰρ χωρὶς οὐδὲν ἕτερον ἐξέσται πράττειν." τοιαῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἐκείνου ἀπεκρίνατο.

B ξ. Δοὺξ δὲ ὁ μέγας ἐπεὶ πύθοιτο παρὰ Συναδηνοῦ τὰ εἰρημένα, ἐδυσχέρανε μὲν ἐπιπολὺ, τὴν ἀπορίαν ἤδη καὶ αὐτὸς τὴν πανταχόθεν συνορῶν· ὅμως τῶν περὶ αὐτὸν τοὺς μάλιστα ἐν λόγῳ συναγαγὼν καὶ πάντα ἔκφορα θέμενος, ὅσα ὁ βασιλεὺς διαλεχθείη, ἐπέτρεπεν ἕκαστον ὅ,τι ἂν δοκῇ συνοίσειν λέγειν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι, καὶ πρὶν Καντακουζηνὸν, ἔφασαν, τοιαῦτα εἰρηκέναι, αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους περὶ ὧν πράττειν δέον νυνὶ βουλευομένους, πρὸς τὴν
C ἴσην ἀπορίαν πανταχόθεν ἄγεσθαι. πολλῶν γὰρ ἀναλωμάτων χρεία πρὸς τοσαύτην στρατιὰν καὶ οὕτω πολυδάπανον, εἰ μέλλοιμεν ἐνταῦθα διακαρτερεῖν· πρὸς ἃ οὐκ ἐξαρκέσειν τὰ
V. 445 κοινὰ ἡμῖν χρήματα οἰόμεθα. Μονομάχος δὲ ὁ μέγας κονοσταῦλος, συνέσει τε τῶν ἄλλων ὑπερέχων καὶ πρὸς στρατηγίας οὐδενὸς λειπόμενος τῶν τότε, καὶ διὰ ταῦτα καὶ παρὰ βασιλέως Ἀνδρονίκου πολλῆς ἀπολαύων εὐμενείας καὶ πόλεων διοικήσεις καὶ στρατοπέδων ἡγεμονίας πιστευόμενος ἀεὶ, „τὸ κολακείαις" εἶπε „καὶ ἀπάταις χρῆσθαι καὶ ἕτερα μὲν φρονεῖν περὶ τῶν πραγμάτων, ἄλλα δὲ λέγειν, χαριζόμενον τοῖς ἄρχουσιν, οὐ μόνον ἀγεννῶν καὶ ἀνελευθέρων εἶναι νενόμικα ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τοῖς πράγμασι τὰ ἔσχατα
D λυμαίνεσθαι. πολλοὶ γοῦν Ῥωμαίων καὶ βασιλεῖς καὶ στρα-

10. πράττει P. 19. τῷ P.

tibi explicavi. Haec imperator ad Apocauchi interrogationem respondit.

60. Haec ut Synadeno referente magnus dux audivit, perinique tulit, videns ipsemet, quibus undique laqueis ac periculis cinctus esset. Nihilo minus honestissimis comitum suorum convocatis et imperatoris responso exposito, unumquemque quid expedire arbitraretur, edissere iussit. Tum alii affirmare, etiam antequam Cantacuzenus ista diceret, inter se quid nunc agendum foret, quaesivisse et aeque in re tam perplexa consilium reperire nullum potuisse. Tantas quippe copias, si hic perduret, sine magno sumptu ali non posse: nec iis alendis ex aerario pecuniarum satis suppeditaturum. At Monomachus, magnus contostaulus, prudentia ceteris antecellens et illius memoriae ducum nulli postponendus, atque idcirco imperatori Andronico eximie carus, cuique urbes semper et exercitus committebantur, Assentari, inquit, et in fraudem impellere et aliud conditum in pectore, aliud in lingua promptum habere, gratiam principum aucupantem, non solum hominum parum ingenuorum ac liberalium, sed rebus etiam ipsis perniciosissimum esse duco. Qui morbus complures Romanorum imperatores ac duces multis nec levibus malis implicuit: unde cum iis, quos in ditione

τηγοὶ πολλοῖς καὶ μεγάλοις συνεσχέθησαν δεινοῖς διὰ τὴν A.C. 1343
νόσον ταύτην καὶ τῷ ὑπηκόῳ προσδιέφθειραν καὶ ἑαυτούς. D
ὅτε τοίνυν οὕτω δεινὴ ἡ ἐκ τῆς κολακείας βλάβη, δέον
αὐτὴν καὶ ἡμᾶς ἀποθεμένους, ἄνευ τινὸς περικαλύμματος,
ἃ σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι Ῥωμαίοις οἰόμεθα
συμφέρειν λέγειν. εἰ δέ τις ἐκ τῶν λόγων ἕψεται ἀνία,
οὐ χρὴ τοῖς λόγοις προσλογίζεσθαι, οὐδὲ τῇ γνώμῃ τοῦ εἰ-
πόντος, ἀλλ' αὐτῇ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων. οὐ γὰρ τὰ
πράγματα πέφυκε γίνεσθαι οἷοίπερ οἱ λόγοι, ἀλλὰ τῇ τῶν P. 555
πραγμάτων φύσει ἐξ ἀναγκης καὶ οἱ λόγοι συνεξομοιοῦνται.
εἰ γὰρ ἐξῆν, πρὸς ἡδονὴν τῶν λόγων γινομένων, καὶ τὰ
πράγματα συμμεταβάλλεσθαι, οὐδὲν ἂν ἦν ἀνοητότερον τοῦ
μὴ τοῦτον τὸν τρόπον αἱρουμένου συμβουλεύειν. νυνὶ δὲ,
ὡς ὁρῶμεν, οὐ μικρά τις ἡ ζημία ταύτης τῆς ἡδονῆς, ἀλλὰ
θάνατος τῶν ἑλομένων. τοῦ πολέμου τοίνυν τοῦ ἐμφυλίου
τούτου κεκινημένου, δύναμιν μεγάλην περιβεβλημένος ὁ Καν-
τακουζηνὸς ἐνθάδε ἧκεν εὐθὺς ἐξαρχῆς, πρὸς ἣν οὐδὲ ἀν-
τιβλέπειν σύμπαντες ἠδυνήθημεν ἡμεῖς. ἐν Γυναικοκάστρῳ
δὲ τῆς περὶ αὐτὸν συμβάσης ἀποστασίας καὶ τοιαύτης περι-
σχούσης κακοπραγίας, οἷα καὶ τὸν μάλιστα καρτερικώτατον B
ἐθορύβησεν ἄν δικαίως, ἐκεῖνος οὐκ ἀπεῖπε πρὸς τὴν συμ-
φορὰν οὐδὲ ἐνέδωκεν, ἀλλ' ἅμα τοῖς περιλειφθεῖσιν ἀπεχώ-
ρει πρὸς Τριβαλοὺς συντεταγμένος, ὥσπερ μηδενὸς καινοῦ
γεγενημένου, ἡμῶν μάλιστα ἐπικειμένων καὶ θορυβούντων
μετὰ τὴν τοσαύτην ταραχὴν καὶ τοῦ περὶ αὐτὸν στρατοπέ-

21. ἐθορύβησαν P.

ac potestate habebant, se ipsos quoque perdiderunt. Quoniam igitur tam noxia est assentatio, oportet et nos, illa omissa, citra velamentum quae nobis aliisque Romanis omnibus conducere putamus, in medium proferre: et si dicta nostra duriora minusque iucunda fuerint, non dictis id, neque voluntati dicentis, sed ipsi rerum conditioni adscribere: non etenim rerum natura sermonem, sed naturam rerum sermo necessario imitatur. Nam si ad voluptatem orationis etiam res immutare et accommodare liceret, nihil esset insipientius, quam nolle hac ratione consulere. Atqui videmus, qui se hac suavitate passi sunt deliniri, eam non quavis poena, sed ipso interitu expiare. Bello igitur hoc civili exorto, Cantacuzenus cum non mediocri potentia huc statim a principio veniebat, quam omnes nos nec intueri sustinebamus. Gynaecocastri autem cum a suis desertus, tali aerumna fatigaretur, quae etiam longe patientissimum de gradu merito deiecisset, ille infractus et immutabilis cum reliquiis in Triballos ordinato agmine discessit, perinde ac si nihil novi accidisset, nobis post tantam pertur-

A.C. 1343 δου τὴν διχοστασίαν. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ἐν Τριβαλοῖς, οὕτω πάντας ἐξήρτησεν ἑαυτοῦ καὶ τοσαύτην ἐπεδείξαντο τὴν εὔνοιαν οἱ δυνατοὶ τῶν Τριβαλῶν, ὡς δοκεῖν οὐκ ἔπηλυν εἶναι καὶ συμφοραῖς χρησάμενον πρὸς αὐτοὺς καταφυγεῖν, ἀλλ' ἐκ πατρῴου κλήρου τὴν ἀρχὴν αὐτῷ προσήκειν ἐκείνων, καὶ πάντες ὡς δεσπότῃ προσεῖχον καὶ πάντα ἔπραττον ὑπὲρ αὐτοῦ. δῆλον δέ· καὶ γὰρ ἡμῶν πρεσβείαν καὶ ἅπαξ καὶ δὶς πρὸς αὐτοὺς πεποιημένων καὶ πολλῶν παραχωρούντων πόλεων ὑπὲρ τοῦ τοῦτον διαφθείρειν, οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ συνθήματος κοινοῦ τὴν ἐκείνου σωτηρίαν τοῦ τὴν σφετέραν αὔξειν ἀρχὴν προείλοντο. νυνί τε ὀλίγῳ πρότερον, ἐπεὶ Βερρ[illegible]ῶται εἰσεδέξαντο, οὕτως ἠύξητο ἐν χρόνῳ βραχεῖ, ὥστ' εἰ μὴ σὺ ἐπικαιρότατα ἐγένου πρὸς ἡμᾶς καὶ τὴν φορὰν ἀνέστειλας τῆς εὐτυχίας, πολλῶν ἂν ἦν κύριος πόλεων ἄχρι νῦν. αἱ γὰρ κατὰ τὴν ἑσπέραν πᾶσαι μάλιστα αὐτῷ προσέχουσι, καὶ νῦν μὲν Θετταλία τέ ἐστιν αὐτῷ ὑπήκοος καὶ αἱ περὶ Βέρροιαν πολίχναι καὶ τὰ φρούρια. ἂν δ' αὐτὸς ὑπ' ἀνάγκης ἀναχωρήσῃς, (μένειν γὰρ ἡ δαπάνη οὐκ ἐάσει ἐπιπλεῖστον,) Ἀκαρνανία ῥᾷστα προσχωρήσει καὶ ἡ ἄλλη ἤπειρος. πάλαι γὰρ προσδέχονται αὐτοῦ τὴν ἄφιξιν, καὶ V. 446 πολλὴν αἱ περὶ αὐτὸν ἐνδείκνυνται τὴν εὔνοιαν, ὥσπερ οἶδα σαφῶς αὐτὸς πολὺν παρ' ἐκείνοις διατρίψας χρόνον. εἴτε μὲν οὖν ἐκείνῳ προσχωρήσαιεν καὶ μὴ Τριβαλοῖς, (δυοῖν γὰρ θάτερον ἀνάγκη,) καὶ ὑπ' ἐκείνῳ μὲν γεγενημέναι ὑπὸ τὴν

bationem et secessionem militum a tergo enixe instantibus ac tumultuantibus. Iam vero apud Triballos sic omnes sibi devinxit tantaque benevolentia principes eum coluerunt, ut non peregrinus et calamitosus ad eos confugisse, sed principatus illi tamquam paterna hereditas deberi videretur, omnesque ut ipsi despotae obtemperarent et eius causa nihil non facerent. Quod vel inde patet. Nam cum nos legatos eo semel iterumque misissemus multisque oppidis cedere vellemus, si illum e medio sustulissent, petitionem repudiarunt et velut de compacto salutem eius principatui suo dilatando praetulerunt. Nuper a Berrhoeotis receptus, brevi tempore adeo crevit, ut, nisi tu opportunissime nobis affuisses cursumque felicitatis eius repressisses, multarum urbium dominus usque hodie evasisset Nam occidentales omnes et diligenter parent: et iam quoque Thessalia et circum Berrhoeam oppidula atque castella ei se subdiderunt. Quodsi tu coactus discesseris, (difficultas enim sumptuaria te diu admodum manere non sinet,) Acarnania et alia continens nullo labore accedent. Nam et pridem adventum illius miro in eum affectu exspectant, quod ipse diutius apud eos habitando certo comperi. Sive igitur in Cantacuzeni, non in Triballi fidem ac ditionem sese contulerint, (alterum enim horum oportebit,)

Ῥωμαίων αὖθις τελέσουσιν ἡγεμονίαν· ἂν δὲ Κράλης αὐτὰς A.C. 1343
ὑποποιήσηται, τῷ μείστῳ μέρει ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ἐλάττων
ἔσται ἑαυτῆς. ὅμως εἰ καὶ τοῦτο γένοιτο, τὸ βέλτιστον δο-
κοῦν, ἀλυσιτελέστατον ἡμῖν φανεῖται. μέγας γὰρ ἤδη γεγενη-
μένος καὶ πολλὴν ἐκεῖθεν ἄγων δύναμιν, οὐ μόνον Μακεδο- P. 556
νίας ἔσται ἄρχων ἐν ὀλίγῳ, ἀλλὰ δέδοικα, μὴ καὶ ἡμῖν ἐπέλ-
θῃ φοβερός. πολλοὶ γὰρ τῶν δοκούντων εὔνων εἶναι βασι-
λίδι νῦν, ἐκείνῳ προσχωρήσουσι. στρατιᾶς τε γὰρ τὸ πλεῖ-
στον καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Ῥωμαίων ἄριστοι ἐκείνῳ μάλιστα
προσέχουσιν, ὥσπερ ἀγνοοῦμεν οὐδ' αὐτοί. ἃ προσήκειν
οἶμαι σκοπεῖν καὶ μὴ περιμένειν τὴν ἀνάγκην, ἀλλὰ διαλέ-
γεσθαι αὐτῷ περὶ εἰρήνης καὶ τὸν πόλεμον καταλύειν. νῦν
μὲν γὰρ ἔτι τῶν πραγμάτων ἐπαμφοτεριζόντων καὶ ἀδήλου
τοῦ μέλλοντος ὄντος ἑκατέροις, πεισθήσεται ῥᾳδίως, καίτοι
καὶ πρότερον, ὡς ἀκούω, πρὸς τοῦτο καὶ οἰκοθεν κεκινημέ-
νος. ἂν δὲ δύναμίν τινα προσλάβηται καὶ ἐν ἐλπίσι γένηται B
τοῦ πάντως περιέσεσθαι ἐν τῷ πολέμῳ, δέδοικα, μὴ ξητοῦν-
τες τότε τὴν εἰρήνην, ἀνήνυτα πονῶμεν καὶ σφίσι τε αὐτοῖς
μεγάλων αἴτιοι κινδύνων καὶ τοῖς ἄλλοις φαινώμεθα Ῥωμαί-
οις. ἂν τε γὰρ ἡμῶν περιγένηται πάντων αὐτῷ προσχωρη-
σάντων, πρὸς τῷ αἰσχρῷ καὶ κίνδυνον οὐ τὸν τυχόντα ἔχει·
ἂν τε πρὸς τὸν πόλεμον ἀντίσχωμεν, μεγάλας ὑποστήσονται
συμφορὰς αἱ πόλεις ὑφ' ἑκατέρων πολιορκούμεναι καὶ ἐξαν-

iuris illius factae, rursus in Romano imperio numerabuntur: sive Crales eas domuerit, partem maximam Romanus principatus se ipso minor erit. Attamen etiamsi istuc fiat, quod optimum apparet, gravissimo nostro incommodo fiet. Iam enim amplificata potentia, magnas inde copias ducens, non solum brevi Macedoniam tenebit, sed male formido, ne et nos horribiliter invadat. Complures enim, qui nunc in Augustam videntur propendere, ad illum deficient, cui exercitus paene totus et fortissimi quique Romanorum addictissimi sunt, quod nec nos latet. Quae perpendenda, et non exspectata necessitate, cum eo de pace agendum belloque finem imponendum sentio. Nunc siquidem rebus adhuc utroque versum inclinantibus et quid futurum sit, utrisque nescientibus, nullo negotio flectetur: quamquam et ante hoc tempus, ut accepi, suopte impulsu a pace non abhorruit. Quodsi virium accessione corroboratus, omnino bello se potiorem futurum speraverit, timeo, ne tunc pace desideranda frustra laboremus et cum nobismetipsis, tum Romanis ceteris cladem non mediocrem invexisse iudicemur. Seu enim nos vincat, id omnibus iam ad eum adiunctis praeter dedecus etiam non vulgare periculum habebit: seu armis resistamus, urbes ab utrisque obsessae graviter afflictabuntur, in servitutem redactae scilicet ultimisque cumulatae miseriis: et Romanum imperium ipsum in se

A.C. 1343 δραποδιζόμεναι καὶ τὰ ἔσχατα ὑπομένουσαι, καὶ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ αὐτὴ ἑαυτῇ περιπεσεῖται καὶ διαφθαρήσεται ὑπ' ἀνονήτου φιλονεικίας. εἰ μὲν οὖν παρὰ βασιλίδος καὶ πατριάρ-
C χου καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι τῶν πραγμάτων ἄρχουσιν, ἀνυπεύθυνον ἔχεις τὴν ἀρχὴν καὶ πρὸς τὰ φαινόμενα λυσιτελεῖν ἔξεστι βουλεύεσθαι, πρεσβείαν ἤδη πρὸς ἐκεῖνον ποιοῦ περὶ εἰρήνης καὶ μηδέν σε θορυβείτω. βέλτιστά τε γὰρ ὁμοῦ καὶ λυσιτελέστατα καὶ βασιλίδι καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις κοινῇ βουλεύσῃ. εἰ δὲ προσκρούειν ἐκείνοις οὐκ ἐθέλεις, τὴν περὶ τῆς εἰρήνης ἣν ἔχουσι γνώμην ἀγνοῶν, ἀλλ' ἐμοὶ δέομαι τριήρη μίαν παρασχεῖν, ὡς ἂν γενόμενος ἐν Βυζαντίῳ καὶ συμβουλεύσας, ὅσα μοι δοκῶ βελτίω εἶναι, ὀλίγων εἴσω ἡμερῶν τὴν περὶ τῆς εἰρήνης ἐκείνων ψῆφον φέρων ἐπανήξω". Μονομάχος μὲν οὖν τοιαῦτα περὶ τῆς εἰρήνης διειλέχθη μετὰ παῤῥησίας· ἦν γὰρ ἐκ τῶν τρόπων πλεί-
D στην παρὰ πᾶσι τὴν αἰδῶ καρπούμενος, καὶ οἱ μὲν ἄλλοι οἱ παρόντες εὖ μὲν ἔφασαν ἐκεῖνον βεβουλεῦσθαι, καὶ ἐπείθοντο· τὴν δὲ τοῦ δέχεσθαι ἢ μὴ τὴν εἰρήνην δύναμιν τῷ μεγάλῳ ἀνετίθεσαν δουκί. ἐκεῖνος δὲ ἦθος μόνον τοὺς λόγους ἀποσειομένου δείξας καὶ, ποία τις ἂν εἰρήνη γένοιτο πρὸς Καντακουζηνόν; εἰπών, ἄλλο δὲ μηδὲν προσθείς, διέλυσε τὸν σύλλογον, μηδὲν πρὸς Μονομάχον μήτε πρὸς ὀργήν, μήτε πρὸς ὕβριν φάμενος, ὥσπερ εἰώθει πρὸς τοὺς ἄλλους, εἴ τις περὶ τοιούτων ποιοῖτο λόγους πρὸς αὐτόν.

P. 557 ξα'. Πρὸς Κράλην δὲ πρεσβείας ποιούμενος συχνὰς,

corruet atque ab isto infrugifero dissidio pessum dabitur. Si itaque ab imperatrice, patriarcha et aliis, in quorum auctoritae tota est res publica, sic habes imperium, ut rationem non reposcaris et quae censeas utilia, liceat tibi statuere, legationem ad eum de pace securus mitte: nam et imperatrici et reliquis communiter nulla re melius utiliusque consulueris. Sin apud eos offendere non vis, quia quo animo ad pacem sint ignoras: at mihi, amabo, unam triremem indulge, ut, cum Byzantium excurrero et quod in rem sit persuasero, paucis diebus eorum calculum reportans, revertar. Monomachus ad hunc modum et cum libertate locutus est: erat enim propter morum integritatem venerationi omnibus. Et alii quidem consilium laudabant ibantque pedibus in eius sententiam: pacis autem complectendae aut aversandae arbitrium magno duci deferebant. Qui dumtaxat abnutans (qui mos est orationem alicuius repellentium) et nihil addens praeter haec verba, Et quae tandem pax cum Cantacuzeno? conventum solvit, nec quidquam iracundius aut contumeliosius in Monomachum iecit, ut in alios solebat, si quis super re huiuscemodi mentionem apud se intulisset.

61. Ad Cralem autem oratores missitans ingentemque pecu-

ἔπεισε καὶ φανερῶς, χρήματα πολλὰ τὰ μὲν διδοὺς, τὰ δὲ A.C 1343
ἐπαγγελλόμενος, πόλεμον ἄρασθαι πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν V. 447
βασιλέα. καὶ πρῶτα μὲν πρέσβεις πέμψας εἰς Βέρροιαν, B
ὁμήρους ἤτει τοὺς παῖδας τῶν ἀρίστων, πρόφασιν μὲν, ὡς
σπουδάζων ὑπὲρ βασιλέως, μὴ παρ' ἐκείνων ἐπιβουλευθῇ,
τῇ δ' ἀληθείᾳ, Βερροιώτας αὐτῷ ἐκπολεμῶσαι διανοηθείς, ὡς
κακῶς περὶ αὐτῶν βουλευσαμένῳ καὶ τοὺς παῖδας ἰδίας ἕνεκα
ὠφελείας καταπροεμένῳ Τριβαλοῖς. βασιλέως δὲ πρὸς μὲν τοὺς
ὁμήρους φανερῶς ἀπαγορεύσαντος, τῆς δὲ περὶ αὐτὸν εὐνοί-
ας καὶ προνοίας ὁμολογηκότος χάριτας πολλὰς, θαρρεῖν τε
εἰπόντος, ὡς οὐδὲν. αὐτῷ ἐκ Βερροιωτῶν ἀπαντήσει δυσχε-
ρὲς, μιᾷ γνώμῃ σπουδαζόντων ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ πᾶσαν ἐνδει-
κνυμένων εὔνοιαν, ἐκεῖνος ἐτρέπετο πρὸς δευτέραν πεῖραν C
καὶ μετεκαλεῖτο βασιλέα πρὸς αὐτὸν, ὡς περί τινων ἀναγ-
καίων βουλευσόμενον μάλιστα διατρίβοντα ἐγγύς. ἔφασκε
γὰρ ἐκ Παιόνων τῆς ἀρχῆς νεώτερά τινα κεκινῆσθαι, καὶ
πολὺν αὐτῷ τὸν θόρυβον παρέχειν. δι' ἃ ᾠήθη ἀναγκαῖον
κοινῇ σκεψαμένους, (οὐδὲ γὰρ ἑτέρῳ μᾶλλον πεποιθέναι βασι-
λέως διά τε τὴν προσοῦσαν εὔνοιαν καὶ τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα
σύνεσιν πολλὴν καὶ ἐμπειρίαν,) ἃ δοκεῖ λυσιτελεῖν ἑλέσθαι.
βασιλέως δὲ οἱ φίλοι κρύφα τὴν ἐπιβουλὴν ἐμήνυον, (ἐβου-
λεύσατο γὰρ, εἰ δύναιτο συλλαμβάνειν,) καὶ παρῄνουν φυ-
λάττεσθαι ὡς δύσνουν. βασιλεὺς δὲ, ἵνα μηδεμίαν πρόφασιν
δοκῇ παρέχειν πρὸς τὸν πόλεμον, ἄγνοιαν ἁπάντων ὑπεκρί- D

niam partim dans, partim pollicens, cum ad bellum adversus Cantacuzenum palam suscipiendum inflammat. Crales primum Berrhoeam legatos mittens, filios optimatum obsides postulat, simulans, se curare sedulo, ne quid imperatori ab ipsis insidiarum strueretur: cum re vera Berrhoeotas ei inimicos et infestos reddere studeret, ut qui male de illis mereretur, quandoquidem eorundem filios ad privatam utilitatem suam Triballis tradi nihil pensi haberet. Imperatore obsides diserte recusante gratiasque de benevola sollicitudine sui amplas agente iubenteque confidere, nihil sibi a Berrhoeotis oriturum incommodi, quibus omnibus perinde carissimus esset, aliam instat viam. Imperatorem, velut de quibusdam magni momenti cum eo disquisiturus, ad se in propinquum accersit. Dicebat enim, Paeonas res novas molitos, inde se magnopere turbari. Quare necessarium duxisse, cum eo consultare: nemini enim plus fidere et propter eam qua ipsum prosequatur benevolentiam et propter eximiam in hoc genere prudentiam exercitationemque videndi et eligendi, quod in talibus negotiis expediat. Ceterum amici, clam detectis eius insidiis, (cogitaverat enim illum capere, si posset,) ut pro malevolo homine caveret, admonebant.

A C. 1343 νετο. πέμψας δὲ Μανουὴλ τὸν νεώτερον τῶν υἱῶν καὶ Ἄγγελον τὸν ἀνεψιόν, ἐδήλου, ὡς αὐτὸς ἀδύνατος εἴη τὴν πόλιν ἄρτι προσχωρήσασαν καὶ οὔπω πρὸς τὴν αὐτοῦ εὔνοιαν βεβαίως ἡδρασμένην καταλείπειν, ἄλλως τε καὶ τῶν πολεμίων ἐπικειμένων, καὶ προσδοκίμων ὄντων αὐτοῖς ἐπιστρατεύσειν. τὸν υἱὸν δὲ πέμψειε καὶ τὸν ἀνεψιόν, ἵνα δι' αὐτῶν πυθόμενος περὶ ὧν αὐτῷ δέοι συμβουλεύειν, γνώμην ἐξενέγκῃ τὴν μάλιστα αὐτῷ συνοίσουσαν. ὁ δ' ἐπεὶ βουλεύεσθαι εἶχε περὶ οὐδενὸς, (σκήψεις γὰρ καὶ προφάσεις τὰ τοιαῦτα ἦσαν καὶ
P. 558 τῆς ἐπιβουλῆς περικαλύμματα,) περὶ ἄλλων τινῶν αὐτοῖς διαλεχθεὶς ἥκιστα συμβαινόντων οἷς ἠξίου πρότερον, οἴκαδε ἀπέπεμπεν. ὕστερον δὲ ὀλίγῳ, ἐπεὶ ἐπιβουλεύων ἀνύειν ἠδύνατο οὐδὲν, τὸ προσωπεῖον ἀποθέμενος, κατήγγελλε φανερῶς τὸν πόλεμον. πέμψας γὰρ πρεσβείαν πρὸς βασιλέα, τὴν πρὸς αὐτὸν εἰρήνην καὶ τὰς σπονδὰς διέλυε καὶ τοὺς ὅρκους, βασιλίδι φάσκων συμμαχήσειν, εἴ τι δύναιτο· αὐτὸν δὲ περὶ ἑαυτοῦ βουλεύεσθαι ἅττα ἂν λυσιτελεῖν δοκῇ. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ πρὸς τὴν ἀγγελίαν τοῦ Τριβαλικοῦ πο-
V. 448 λέμου ἐθορυβοῦντο οὐ μετρίως· βασιλεὺς δὲ καὶ τῶν περὶ αὐτὸν οἱ ἄριστοι πολλὰς ὡμολόγουν χάριτας θεῷ τῆς προ-
B νοίας τῆς περὶ αὐτούς. εἰ μὴ γὰρ αὐτὸς ἄνωθεν διέσωζε χεῖρα ὑπερέχων, τί ἐκώλυε Κράλην, ἡνίκα ἔχων ἐν χερσὶν αὐτοὺς καὶ ῥᾷστα δυνάμενος, διαφθείρειν; καίτοι γε πολλῷ πλειόνων ὑπὸ τῶν τὰ Ῥωμαίων διοικούντων καὶ χρημάτων

18. πολλοὶ ponit P. post ἀγγελίαν.

Imperator, ne causa et origo belli ullo modo a se profecta videatur, ignorantiam omnium simulando, Manuelem, iuniorem filium, et Angelum consobrinum mittit, perque eos significat, se urbem, deditione adhuc recenti et nondum confirmatis civium erga se studiis, relinquere non posse: praesertim cum hostes vicini sint et obsidio timeatur. Mittere autem filium et consobrinum, ut, ubi per eos resciverit, de quibus suum expetat consilium, sententiam illi utilissimam proferat. Crales, quoniam quid in consultatione poneret, non habebat (hoc enim tegumentum et involucrum quoddam tantummodo insidiarum erat,) de aliis nonnullis, prioribus nequaquam consentaneis, collocutus, domum eos remittit. Breve intercessit spatium, cum, quod insidiis nihil promovisset, persona abiecta manifestum illi bellum denuntiat. Missis namque legatis, pacem et foedus rescindit: Augustae se, si quid posset, opem laturum: ipse, quid sibi conduceret, apud animum cogitaret. Hac denuntiatione belli Triballici plebe non leviter perterrefacta, imperator et optimates eius de providentia Deo gratias egerunt. Nisi enim is desuper extenta manu eos servasset, quid tandem Cralem, cum eos in manibus haberet interficereque facillime posset, quid, inquam,

καὶ πόλεων παρεχομένων, (ἃ γὰρ αὐτοὶ νυνὶ κατέχουσι καὶ A. C. 1343
ἔτι πολλῷ πλείω ἔχειν ἐξῆν, πολυπραγμονήσαντα μηδὲν,) τότε μὲν οὐδὲν εἴργαστο τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς πρὸς τὴν πρεσβείαν ἀπηγόρευε τὴν παρ' αὐτῶν· νυνὶ δὲ ὅτε βλάπτειν δύναιτο μηδὲν, ἐκεῖνα πράττειν ἐπιχειρεῖ, πᾶσαν ἐπίνοιαν κι- C
νῶν, ἃ τότε θᾶττον ἢ λόγος αὐτῷ ἐξῆν ἀνύττειν. ὅθεν δῆλον εἶναι, ἔφασκον, ὡς οὐδὲ τότε τοῦ ἐκείνου ἤθους ἢ περὶ αὐτοὺς εὐγνωμοσύνη ἦν, ἀλλὰ τῆς τοῦ κρείττονος ἐπικουρίας. νυνὶ δὲ ὅτε ἐν ἀσφαλείᾳ καθέστασαν αὐτοὶ, τὴν οἰκείαν γνώμην φανερὰν ποιεῖν. Ἀπόκαυκος δὲ ὁ μέγας δουξ, ἐπεὶ τὴν πρὸς βασιλέα μάχην ἀπηγόρευεν, ἀφανῶς ἐπιβουλεύειν, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἐπεχείρει καὶ παντοίας συνέῤῥαπτεν ἐπιβουλάς. πρὸς γὰρ Βερῥοιώτας κρύφα πέμψας, ἔγραφε τοιαῦτα· ὡς εἰδείη μὲν αὐτοὺς οὐχ ἑκοντὶ προσκεχωρηκότας Καντακουζηνῷ, κοινῷ πολεμίῳ τῶν Ῥωμαίων ἀναφανέντι καὶ τῶν βασιλέως ἐπιβούλῳ παίδων· ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Τριβαλῶν πολέμου πιεζομένους ὠσθῆναι ἐπὶ τοῦτο δι' ἀνάγκην, νομίσαντάς τι ὑπὸ τούτου ὠφελεῖσθαι διὰ τὸ Κράλην πυνθάνεσθαι σπονδὰς ἔχειν πρὸς αὐτὸν καὶ συμμαχίαν. τοῦτο δὲ D
οὐδὲν ἕτερον ἦν, ἢ ἀπάτη καὶ φενακισμός. Κράλης γὰρ ἤδη φανερῶς ἡμῖν προσθέμενος, ἐκείνῳ ἔγνωκε πολεμεῖν. εἰ μὲν οὖν μεταβαλόντες τὰ κοινῇ τε πᾶσι καὶ σφίσιν αὐτοῖς λυσιτελοῦντα ἕλοισθε, (ταῦτα δέ ἐστι, κατέχειν τοῦτον καὶ τὸν κίνδυνον μὴ ἐᾷν διαδιδράσκειν· οὐ πολλῷ γὰρ ὕστερον

prohibuisset? Enimvero, cum ab imperii administratoribus multo plus pecuniarum et urbium ei offerretur, (quas namque nunc ipsi teneant, iis plures citra ullam sollicitudinem laboremque ab eis accipere licebat,) tum quidem nihil factum huiusmodi, sed semel iterumque eorum legationem reiecisse; nunc autem, quando nocere nequit, tota mente et cogitatione illa moliri, quae tunc dicto citius efficere potuisset. Unde constare, quam tunc probitatem candoremque in ipsos prae se tulisset, non eius ingenii, sed coelestis auxilii fuisse. Nunc quando ipsi securitatem invenerint, illum cogitationes suas aperire. Apocauchus, bello contra imperatorem desperato, cuniculos agere, ut antea, et varie insidias tendere instituit: ad Berrhoeotas enim latenter ita scripsit. Scire se, ipsos non suopte nutu ad Cantacuzenum, communem Romanorum hostem declaratum et filiorum imperatoris insidiatorem, sed quia Triballorum armis premebantur, necessitate adactos accessisse, aliquod inde emolumentum sibi promittentes, quod audissent, Cralem foedus cum eo societatemque pepigisse. Verum istuc merum errorem ac ludibrium fuisse: illum quippe iam non dissimulanter a se stantem, Cantacuzenum oppugnare decrevisse. Quare si mutata mente com-

A.C. 1343 ἀφιξόμεθα ἐπ' αὐτὸν παντρατιᾷ,) ἄριστα βουλεύσεσθε ὑπὲρ
ὑμῶν αὐτῶν· πολλῶν γὰρ ἀπολαύσετε καὶ μεγάλων τῶν πα-
ρὰ βασιλέως τε τοῦ νέου καὶ ἐμοῦ εὐεργεσιῶν. ἢν δ' ἀπει-
θῆτε καὶ ἐκείνῳ προστιθέμενοι ταῖς γνώμαις, γνώσεσθε πο-
P. 559 λεμεῖν ἡμῖν, εἰς τοσοῦτον ἀβουλίας ἥξετε, ὡς μετὰ πεῖρανδ
πολλῶν ἀνιαρῶν εἴσεσθε, ὡς βέλτιον ἦν πείθεσθαι ἡμῖν,
πρὶν εἰς ταῦτα ἥκειν. Βερροιῶται δὲ φανερὰ τῷ βασιλεῖ
πρότερον ποιήσαντες τὰ γράμματα, „οὐδὲν θαυμαστὸν," ἀντέ-
γραφον „Ἀπόκαυκε, εἰ τοῦ πολλὰ εὐηργετηκότος καὶ τρό-
πον τινὰ δεδημιουργηκότος καὶ αὐτὸς κατεξαναστὰς, ὥσπερ10
ὁ τοῦ ψεύδους πατὴρ καὶ σὸς διδάσκαλος κατὰ θεοῦ τοῦ
πεποιηκότος, καὶ βλασφημίας ἀφίης κατ' αὐτοῦ πολλάς· καὶ
γὰρ κἀκεῖνος κατὰ θεοῦ. οὐδὲ γὰρ κατὰ τἆλλα βασκάνου
καὶ πονηροῦ δαίμονός τινος ἀποδέεις τῶν ἐξητασμένων ἐπὶ
φθορᾷ, αἵμασιν ἀνθρώπων χαίρων καὶ στρεβλώσεσι καὶ τρυ-15
Bφὴν ποιούμενος τὰς ἑτέρων συμφοράς. ἃ μὲν οὖν γέγραφας,
ἀκριβῶς ἔχεται τοῦ φίλου ψεύδους, καὶ τούτου χάριν, ὡς
πολλῶν ἄξια βαράθρων, ἀπερρίψαμεν. ἓν δὲ μόνον πει-
σθησόμεθα ἀκριβῶς, οὐ κατὰ τὴν σὴν διάνοιαν, ἀλλ' ὡς
ἡμῖν προσήκει. βασιλέα γὰρ οὐ μόνον πάσῃ δυνάμει καθέ-20
ξομεν παρ' ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ δύναμιν, εἰ οἷόντε εἰ-
πεῖν· δεῆσαν δὲ στρατεύειν ἐφ' ὑμᾶς, καὶ αὐτοὶ συνεψόμεθα

munitati et privatim sibi quisque prospectum velint, (nempe ut ipsum detineant, nec discrimen effugere sinant; se enim brevi cum totis copiis in illum moturum,) consultissime facturos: multa enim et exquisita tum ab adolescente imperatore Ioanne, tum a se beneficia relaturos. Si obtemperare detrectent illumque animis complexi, secum pugnare voluerint, utique eo amentiae progressuros, ut demum post multarum acerbitatum experientiam discant, melius fuisse auscultare, quam eo miseriarum devenire. Berrhoeotae, epistola prius imperatori ostensa, sic rescripserunt. Haud mirum, Apocauche, quod contra tam bene de te meritum et quodammodo conditorem tuum et ipse, sicut mendacii pater et magister tuus contra Deum, fabricatorem suum, insurgis tamque immodice maledictis eum incessis: nam et ille Deum. Neque vero cetera invido aliquo et maligno daemone ex iis, qui ad exitium mortalibus importandum exercitati sunt, inferior es, sanguine, tortuosis fallaciis gaudens et aliorum calamitates pro deliciis habens. Quae igitur scripsisti, expresse cum mendacio, quod tibi amicum est, coniuncta sunt: ideoque ea, ut multis digna barathris, abiecimus. Unum tantummodo, non quidem ex mente tua, sed ut nos decet, praestabimus. Imperatorem siquidem non solum pro viribus, sed et supra vires, si dici potest, apud nos retinebimus. Qui si in vos arma moverit, una sequemur pugnamque cupide capessemus. Quodsi quando

καὶ συναγωνιούμεθα προθύμως. εἰ δέ ποτε συμβαίη διαστῆναι A.C. 1343
καὶ τοῖς σώμασιν, ἀλλ' οὐ ταῖς διανοίαις καὶ τῷ βουλομένῳ τῆς
ψυχῆς. ἐκείνοις γὰρ οὕτω συνεσόμεθα, ὡς καὶ νύκτωρ καὶ C
μεθ' ἡμέραν οὐδὲν ἄλλο μᾶλλον προὔργου ποιησόμενοι, ἢ τῆς V. 449
ἐκείνου πρὸς ἡμᾶς εὐμενείας ἄξιοι φανῆναι. τῶν ἀπειλῶν δὲ
τῶν σῶν τοσοῦτον ἀπέχομεν ἐπιστρέφεσθαι, ὥστ' αὐτῷ σοι
παραινοῦμεν μᾶλλον τὴν ἀπὸ θεοῦ δίκην δεδοικέναι, καὶ νῦν τε
μεγάλας συμφορὰς ἐκδέχεσθαι σαυτῷ τε καὶ παισίν, οὕτως
ἀδικώτατα οὐ περὶ βασιλέα μόνον, ἀλλὰ κοινῇ περὶ Ῥωμαί-
ους καὶ διανοηθέντι καὶ πράττοντι ἄχρι νῦν, καὶ μετὰ τε-
λευτὴν, τὴν ἐν ᾅδου καταδίκην, ἣ λῃσταῖς καὶ ἀνδραποδι-
σταῖς καὶ φονεῦσιν, οἷος σὺ, ἡτοίμασται. οὐ γὰρ ἐπιλήσεται
κύριος τοῦ ποιῆσαι ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐλεγχοὺς ἐν
τοῖς λαοῖς. ἡμεῖς δὲ ὡς δίκαιά τε ὁμοῦ καὶ συμφέροντα D
πᾶσιν ῥηθέντα, οὐχ ὅτι τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ ἀμοιβὰς
τῶν τρόπων ἐκδεχόμεθα παρὰ θεοῦ." τοιαῦτα μὲν ἀντέ-
γραφον αὐτῷ οἱ Βερβοιῶται. ἐκεῖνος δὲ ἐπεὶ τῆς πρώτης
πείρας ἀπετύγχανεν, ἐτράπετο ἐπὶ δευτέραν, καὶ Ἀλουσιά-
νον τινὰ δεσμώτην κατεχόμενον, ὡς τὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ
βασιλέως ῥηθέντα, ἀγαθὸν περὶ τοξείας ὄντα, (θήραις
γὰρ ἠσχόλητο καὶ ἀκριβῶς ἐξήσκητο περὶ ταῦτα,) ἔπεισεν
εὖ ποιήσειν πολλὰ ἐπαγγειλάμενος αὐτὸν καὶ γένος, εἰ βέλει
τρώσειε λάθρα βασιλέα δηλητηρίῳ κεχρισμένῳ, οἷς χρῆσθαι
εἴωθεν ἐπὶ θηρία. παρῄνει τε θαρρεῖν, ὡς ῥᾷστα καὶ σὺν P. 560
οὐδενὶ πόνῳ τὸ πρᾶγμα διανύσοντα. ἦκουε γὰρ, βασιλέα

13. ἐλεγμοὺς P. et M.

corporibus nos disiungi contigerit, sententiis certe et voluntatibus non continget: quibus adeo copulabimur, ut dies noctesque nullum maius operae pretium facturos existimemus, quam si nos eius amore dignos praebeamus. Tuis autem minis usque eo non movemur, ut te ipsum hortemur potius, divinam ultionem metuas, et tibi ac filiis tuis insignes in hac vita aerumnas exspectes, qui non modo in imperatorem, sed in Romanos universos usque hodie sceleratissimus exstiteris, et post mortem tormenta apud inferos, quae latronibus, plagiariis et homicidis, qualis tu es, constituta sunt. Nec enim obliviscetur dominus facere vindictam in nationibus et increpationes in populis. Nos contra, qui iustitiam cum utilitate spectamus in omnibus, non solum poenam nullam, sed recte factorum remunerationem potius a Deo exspectamus. Hactenus Berrhoeotae. Apocauchus primo conatu frustratus, alterum adhibuit et Alusianum quendam, ut Cantacuzeni partium vinculis detentum, probatum sagittarium, venationi deditum et in ea arte faciendo excellentem, montes aureos ipsi et generi eius pollicitus induxit, ut furtim sagitta veneno illita, qualibus inter venandum uti con-

A.C. 1343 Καντακουζηνὸν εἰωθέναι μάλιστα ἀρχομένης τῆς νυκτὸς ἐπί τινος ἑστάναι τόπου τὴν ἐσθῆτα ἀποδύντα, εὐφυῶς πρὸς τὸ τὴν ἀπὸ τοῦ θέρους ἀλέαν καταψύχειν ἔχοντα, ἐφ' οὗ δύναιτ' ἂν βάλλεσθαι ῥᾳδίως. ἃ ἐδίδασκε τὸν τοξότην ἐκεῖνον, οὐδὲ αὐτὸν τὸν τόπον ἀγνοοῦντα. ὁ δὲ τὸ ἀπολύεσθαι τῶν δεσμῶν ποιούμενος περὶ πλείστου καὶ τῶν εὐεργεσιῶν τὸ μέγεθος ἐννοῶν, ἃς αὐτῷ ἐπηγγέλλετο ὁ μέγας δοὺξ, ὑπέσχετο τὴν ἐπιχείρησιν. καὶ γενόμενος ἐν Βερῥοίᾳ, νυκτὸς ἤδη ἐπιγενομένης, παρὰ τὸν τόπον τε ἐγένετο καὶ βάλλειν ἐπεχείρει βασιλέα συνήθως ἑστῶτα καὶ τοῖς συνοῦσι προσδιαλε-10
Bγόμενον· καὶ μέλλοντι ἤδη ἔργον ἔχεσθαι καὶ τείνειν τὸ τόξον, τὸ βέλος ἐξέπιπτε τῆς νευρᾶς λαθόν. ἐκεῖνος δὲ μὴ ἔχων ὅπως ἀνέλοιτο τὸ βέλος, (ἐπὶ τοῦ τείχους γὰρ τῆς πόλεως ἦν ἑστὼς, τὸ δὲ κατέπιπτεν ἐντὸς,) ἐδεδίει δὲ, μὴ φωραθείη τοιαῦτα κακουργῶν, περιμείνας ἄχρι παρελθεῖν15
τὸν βασιλέα, τὸ βέλος ἀνελόμενος, οἴκαδε ἀνεχώρει, γνώμην ἔχων, ὡς αὖθις εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐπιχειρήσων. ἐπιγενομένης δὲ καὶ τῆς δευτέρας νυκτὸς, ἐκεῖνός τε αὖθις τοῖς ἴσοις ἐπεχείρει, καὶ τὸ βέλος, τῶν χειρῶν ὁμοίως ἐκπεσὸν, ἄπρακτον ἐποίει ἐπανήκειν. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τρίτη ἥκει, ὃ μὲν ἐχώρει πρὸς τὸν20
Cἔργον αὖθις καὶ σπουδὴν ἐποιεῖτο πλείστην, μὴ τὰ ἴσα ταῖς προτέραις νυξὶ παθεῖν. ἔλκοντι δὲ τὸ τόξον ἤδη ἐῤῥήγνυτο ἀθρόον ἡ νευρὰ, ὥσπερ τινὸς αὐτὴν διατεμόντος· ἦν δὲ, ὡς ἔφασκε, καινὴ ἔτι καὶ δυσπαθεστάτη. τούτου δὲ

sueverat, imperatorem vulneraret, iubens confidere, se negotium sine negotio confecturum. Audierat enim, Cantacuzenum sub noctem in loco quodam aperto solere consistere, ibique veste posita ab aestivo calore corpus refrigerare, in quo posset commode peti. Atque haec sagittarium, nec ipsum loci ignarum, docebat. Qui carcere levari vehementer cupiens promissorumque praestantiam beneficiorum reputans, operam condixit. Berrhoeam ingressus, nocte ingruente ad locum accedit, imperatorem pro consuetudine illic stantem et praesentes alloquentem tangere parat. Iamque arcum curvaturo sagitta nervo, imprudente illo, excidit. Cum qui delapsam tolleret non haberet, (stabat namque super muro urbis et telum intra ceciderat,) timeret autem, ne in talis machinatione sceleris deprehenderetur, exspectans, quoad imperator praeteriisset, sublata sagitta domum concessit, eo animo, ut sequenti nocte facinus iteraret. Adest nox, opus rursum aggreditur, cum telum similiter manu elapsum re infecta hominem remittit. Tertia nocte rediens, studiosissime cavet, ne idem sibi, quod antegressis noctibus, accidat. Tendenti arcum nervus totus ita aequaliter dirumpitur, ut si cultro esset dissectus; et erat, ut affirmabat ille, novus

γεγενημένου, ἔννοιά τις αὐτὸν εἰσῄει, μὴ μάτην τά τε νῦν A. C. 1343
καὶ τὰ πρότερα γεγενῆσθαι, ἀλλὰ θείαν τινὰ δύναμιν εἶναι
τὴν φρουροῦσαν βασιλέα, ὑφ' ἧς σφάλλεται αὐτὸς τοιούτοις
ἀνοσίοις ἔργοις ἐγχειρῶν. αὐτίκα τε τὸ βέλος ἔχων καὶ τὸ
τόξον, τοῖς βασιλέως προσέπιπτε ποσὶ καὶ πάντα ὅσα συμ-
βαίη διηγεῖτο ἀπαρχῆς, τὸ παραπεπεῖσθαι πολλαῖς ὑποσχέ-
σεσι παρὰ μεγάλου δουκὸς, εἰ δυνηθείη ἀνελεῖν· τὸ βέλος
ὡς δὶς ἐκπέσοι τῶν χειρῶν, καὶ τὰ τελευταῖα νῦν τῆς νευ-
ρᾶς τὴν ῥῆξιν, ἣν ὑποσταίη κατ' οὐδένα λόγον. καὶ ἐδεῖτο D
συγγνώμης τινὸς τυχεῖν, ὡς οὐ κατὰ βασιλέως μᾶλλον, ἢ
κατὰ θεοῦ χεῖρα ἄδικον κεκινηκώς. εἰ δὲ καὶ τιμωρίας ἄξιος
κριθείη, πάντα οἴσειν, ὅσα ἂν βασιλεὺς ἐπιψηφίσαιτο, ὡς
δίκαια. τοιαῦτα διηγουμένου τοῦ ἀνθρώπου, οἵ τε ἄλλοι οἱ V. 450
παρόντες πολλὰς ἠφίεσαν φωνὰς εὐχαριστηρίους θεῷ ἐπὶ τῇ
παραδόξῳ τοῦ βασιλέως σωτηρίᾳ· πολλοὶ δὲ καὶ εἰς δάκρυα
φανερῶς ἐνήγοντο, εἰς ἔννοιαν ἐρχόμενοι τῆς δικαιοκρισίας
τοῦ θεοῦ, καὶ ὡς οὐδὲν τῶν ὄντων λέληθε τὴν πρόνοιαν
αὐτοῦ. καὶ βασιλεὺς αὐτὸς μετὰ στεναγμῶν ὁμολόγει χάρι-
τας πολλὰς θεῷ, ὅτι οὕτω φιλανθρώπως ῥύεται ἐκ τῶν
ἀδίκως ἐπιβουλευόντων· τὸν δὲ ἄνθρωπον οὐ συγγνώμης P. 561
ἠξίου μόνον, ἀλλὰ καὶ δωρεῶν πολλῶν, ὅτι μὴ συνέκρυπτε
τὰ τοῦ θεοῦ παράδοξα, φθονήσας τοῖς πολλοῖς τῆς ὠφελείας.

ξβ'. Δοὺξ δὲ ὁ μέγας ἐπεὶ μάθοι καὶ ταύτην ἐσκαιω-

16. ἀνερχόμενοι M. 19. φιλανθρώπου P.

plane ruptuque difficillimus. Hic cogitare coepit, inaniter se labo-
rare, divinam quandam esse virtutem, quae imperatorem tueretur
quaeque ipsum tam impia audentem frustraretur, moxque cum telo
et arcu eius pedibus advolutus, rem omnem ab initio confitetur,
multis promissis a magno duce male persuasum esse, ut eum, si
posset, interficeret, quo pacto telum bis manu excidcrit et ad
extremum nunc nervus diruptus sit, cuius ratio nulla pateat, veni-
amque rogat, quandoquidem non magis contra imperatorem, quam
contra ipsum Deum manus impie moverit. Si etiam supplicio da-
mnetur, laturum quidquid imperator meruisse statuerit. Haec illo
narrante, cum alii adstantes pro imperatore admirabiliter conservato
immensas numini gratias agebant, tum multi etiam in lacrimas
erumpebant, recogitantes iustum Dei iudicium et quam nihil lateat
eiusdem providentiam; ipse quoque imperator suspirans eum lau-
dabat, quod se tam benigne ab improbis insidiatoribus tutatus es-
set. Hominem autem non venia solum, sed insuper donis comple-
ribus donavit, quod admiranda Dei opera, multis utilitatem inde
percipiendam invidendo non celasset.

62. Magnus dux ut et has ab se perverse excogitatas insidias

A.C. 1343 ρημένην τὴν ἐπιβουλὴν εἰκῇ, ἐβουλεύετο μετὰ τῶν συνόντων, ὅ,τι δέοι πράττειν. Μονομάχος δὲ ὁ μέγας κονοσταῦλος,
B ἐπεὶ πρότερον περὶ εἰρήνης πολλὰ διαλεχθεὶς, ἔγνω μὴ καθ' ἡδονὴν τοὺς λόγους δουκὶ τῷ μεγάλῳ γεγενῆσθαι, περὶ εἰρήνης μὲν τὸ δεύτερον οὐδὲ ἐπεμνήσθη, συνεβούλευε δὲ, ἢ καθημένους ἐν Θεσσαλονίκῃ κρύφα διαλέγεσθαι καὶ διαφθείρειν τοὺς συνόντας βασιλεῖ, ἐφ' οἷς πολλοῦ τε χρόνου καὶ μεγάλων δεήσονται ἀναλωμάτων, ἢ εἰ ταῦτα δυσχερῆ διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν χρημάτων, παρασκευασαμένους ἰέναι ἐπ' ἐκεῖνον, ὡς ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ περὶ τῶν ὅλων διαγωνισομένους πρὸς αὐτόν. ἐκεῖνον γὰρ εἰδέναι
C οὐκ ἂν ἀποστησόμενον τῆς μάχης, οὐδὲ ὑπομενοῦντα τειχῶν ἐντὸς πολιορκεῖσθαι, κἂν εἰδείη καὶ σαφέστατα ἐκείνην τὴν ἡμέραν μαχόμενος πεσεῖσθαι, μάλιστα ἐπαγγειλάμενον μετὰ τρίτην ἡμέραν ἐπὶ τὸ ἡμέτερον ἥξειν στρατόπεδον μαχούμενον. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες συνεπεψηφίζοντο καὶ οὐδ' αὐτοί τι τούτων χωρὶς πράττειν ἔφασαν προσῆκον εἶναι. τῷ μεγάλῳ δὲ δουκὶ ἥ τε μάχη φοβερὰ ἐδόκει, καὶ τὸ διατρίβειν ἐν Θεσσαλονίκῃ χρόνον πολὺν διὰ τὸ τῶν ἀναλωμάτων, ὧν ἐδεῖτο, πλῆθος οὐκ ἀνεκτὸν, καὶ τὸ μηδὲν ὅλως δοκοῦντας
D ἄξιον λόγου πεπραχότας ἀναστρέφειν αἴσχιστον. ἐβούλετο δὲ μάλιστα τό,τε διακινδυνεύειν πρὸς βασιλέα παραιτεῖσθαι, καὶ πρόσχημά τι εὐδοξίας ἔχοντα ἐπανελθεῖν. Μονομάχος δὲ τῆς αὐτοῦ διανοίας καταστοχασάμενος καλῶς, ἤρετο, εἰ καὶ

1. εἰκῇ add. M. 2. κοντοσταῦλος P. 21. λόγον P.

in irritum cecidisse vidit, cum familiaribus, quid faceret, consilium habuit. Magnus contostaulus, quoniam quae de pace ante disputarat, parum illi arrisisse intelligebat, ultra eius meminisse supersedit, auctorque fuit, ut vel Thessalonicae sedentes, occulte cum optimatibus imperatoris agerent eosque corrumperent, quod alioqui longi temporis et immodici sumptus res futura sit, vel si hoc difficile videatur, cum pecuniis ipsi destituantur, sese in eum comparent et uno proelio de summa imperii cum eo dimicent. Nosse enim se, illum pugnam non subterfugiturum, neque se intra muros obsideri passurum, etiamsi illo ipso die se casurum exploratissime sciat, maxime cum post diem tertium ad eorum castra venturum conflicturumque promiserit. Hic alii omnes assentiri et confirmare, aliter quidquam agi minime convenire. Magno autem duci et armis concurrere horribile, et Thessalonicae diu haerere magnis ac necessariis defectum sumptibus intolerabile, et nulla re penitus alicuius momenti perpetrata reverti infamiae plenum videbatur. Potius tamen declinandum ex conflictu periculum, et cum obtentu quodam gloriae revertendum constituebat. Monomachus eius cogitationes

αὐτὸς αὐτοῖς βούλοιτο συνεῖναι καὶ στρατηγεῖν· τοῦ δὲ ἀ- A.C. 1343
πειπαμένου, „οὐκοῦν" ἔφασκεν „εἰ καὶ σοὶ συνδοκεῖ, τὴν στρατιὰν ἔχων αὐτὸς, ἐλευσόμεθα ἄχρι Βερρ̣οίας, καὶ μήτε στρατοπεδευσάμενοι ἐγγὺς, μήτε τῶν ἵππων ἀποβάντες, ἀλλὰ μικρὸν ἐνδιατρίψαντες, τάχιστα ἀναχωρήσομεν. οὕτω γὰρ τήν τε μάχην ἡμῖν ἐκκλίνειν περιέσται, (οὐ γὰρ ἀρκέσει γε ὁ χρόνος τοῖς πολεμίοις παρασκευασαμένοις ἐπιέναι,) τήν τε ἀδοξίαν ἀποτρίβεσθαι, τοῖς πολεμίοις ἐπελθοῦσι καὶ ποιήσασι τειχήρεις." οὕτω μὲν οὖν ὁ Μονομάχος εἶπεν· ἀρίστη P. 562
δὲ τῷ μεγάλῳ δουκὶ ἐφαίνετο ἡ γνώμη καὶ ἐπεψηφίζετο αὐ- V. 451
τίκα καὶ ἐχειροτονεῖτο ὁ Μονομάχος ἐπὶ πᾶσι στρατηγός. ὃς τήν τε πεζὴν ἅμα καὶ τὴν ἱππικὴν Ῥωμαίων ἔχων δύναμιν, ἐγγὺς τειχῶν ἐγένετο Βερρ̣οίας, ὅσον μὴ ἀπὸ τοῦ τείχους βάλλεσθαι. τὸ Περσικὸν δὲ διεσκέδαστο ἐπὶ λεηλασίαν καὶ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὴν περὶ Βέρρ̣οιαν ἅπασαν ἐπῆλθε γῆν καὶ τὰ μέγιστα ἐκάκωσεν. ἀνθρώπους τε γὰρ ἠνδραποδίσαντο καὶ ἀπέκτειναν πολλοὺς καὶ βοσκημάτων ἤλασαν ἀγέλας καὶ οἰκίας ἐνέπρησαν τὰς ἐπὶ τὰς κώμας καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα προσήκει πολεμίους, οὐδενὸς ἠμέλουν. βασιλεὺς δὲ ἐκ Βερ- B
ρ̣οίας πρὸς Μονομάχον πέμψας πρεσβευτὴν, πολλὴν αὐτῶν ἀγνωμοσύνην κατηγόρει, ὅτι τοσαύτην ἄγοντες Ῥωμαίων στρατιὰν καὶ καθ' ἑαυτὴν δυναμένην ἀντιτάττεσθαι αὐτῷ, οἱ δ' ὥσπερ οὐκ ἐκείνης ἐξαρκούσης πρὸς τὸν πόλεμον, ἐπήγαγον αὐτῷ καὶ τοὺς βαρβάρους, ἵνα μᾶλλον τὰ Ῥωμαίων διαφθεί-

8. τε add. M. post τοῖς.

coniectura bene assecutus, ecquid ipsis adesse et munus ducis fungi vellet, percunctabatur. Quo abnuente, Igitur si probas, inquit, ego exercitum ducam, et ubi Berrhoeam venerimus, neque propius castra locabimus, neque ab equis descendemus, sed paulum ibidem morati, statim recedemus: sic enim dabitur nobis proelium declinare, (non enim tempus hosti ad se instruendum nosque invadendos sufficiet,) et ignominiae labem repellere, utpote qui ad hostes accesserimus et intra muros se tenere coegerimus. Sic Monomachus, cuius sententia delectatus magnus dux, eam protinus approbavit et declaratus est ipse copiarum imperator Berrhoeamque cum peditatu simul equitatuque Romano tendens, eo usque appropinquavit, ut extra teli iactum esset. Persae continuo ad praedam conversi, uno die totum agrum circum Berrhoeam maximis cum detrimentis devastarunt. Nam et multis iugulatis, magnos captivorum pecudumque greges abegerunt et aedibus pagatim incendium intulerunt, reliquorum denique omnium, quae hostes solent, nihil neglexerunt. Imperator, Berrhoea ad Monomachum et duces misso legato, stultitiam illis exprobravit, quod, cum tantum e Romanis solis haberent exer-

A.C.1343 ρωσιν. ἐκεῖνο μέντοι χρὴ σκοπεῖν, ὅπως μηδεμίαν αὐτῷ μέμψιν ὕστερον ἐπάγωσιν, ἂν τοῖς παρ' αὐτῶν ἠργμένοις τέλος ἐπιθήσειεν αὐτός. ἐπηγγέλλετό τε παρεσκευασμένος εἶναι πρὸς τὴν μάχην, ἢν μόνον ἡ προθεσμία ἥξει. ὁ δ' C ἀπεκρίνατο, παρ' αὐτῷ εἶναι πράττειν, ὅσα ἂν δοκῇ λυσιτελεῖν, ὥσπερ δῆτα καὶ αὐτοὶ ποιοῦσιν. ἄχρι δὲ μέσης ἡμέρας ἐκεῖ περιμείνας, ἱστάμενος πρὸ τῶν τειχῶν, ἀναστρέψας ἤλαυνεν ὀπίσω τῆς ἡμέρας τὸ λοιπόν. νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης, ηὐλίσαντο, ἅμα προσδεχόμενοι καὶ τοὺς βαρβάρους, ἀναστρέφοντας ἀπὸ τῆς λείας. καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν τὸν ἐν Πύδνῃ πύργον εἷλον ἐξ ἐφόδου φρουρὰν ἐκ βασιλέως ἔχοντα. ἐν οἷς καὶ ἐκ τῶν βασιλέως οἰκετῶν ὁ Πεπαγωμένος ἦν Θεόδωρος, ὃν γυμνὸν καὶ τετραυματισμένον ὕπαιθρον δήσαντες ἐν μέσῳ θέρει, τοῦ μεγάλου δουκὸς οὕτω προστεταχότος, ἐπεὶ ὑπὸ τοῦ ἄγαν ἐκτηκόμενος φλογμοῦ ὕδωρ ᾔτει δίψει D κατεχόμενος ἀσχέτῳ, ὁ μέγας δοὺξ ἐκέλευε διδόναι, εἰ τὸν δεσπότην ἐπὶ πάντων ἀτιμάσειεν. ὁ δ' εἵλετο μᾶλλον ἀποθνήσκειν, ἢ παροινεῖν εἰς βασιλέα. Μονομάχος δὲ ἐπανήκων, ἄλλα τε ἐπήγγελλε μεγάλῳ δουκὶ, καὶ ὡς Καντακουζηνὸς αὐτῷ πρὸ τῶν τειχῶν Βερρόιας ἱσταμένῳ πέμψειε μηνύσας, ὀνειδίζων ἄλλα τε καὶ ὅτι Πέρσας ἀγάγοιμεν συμμάχους ἐπ' αὐτόν· ἠπείλησέ τε τέλος αὐτὸς ἐπιθήσειν τοῖς ἠργμέ-

citum, quique per se ipsis opponi posset, quasi eo haud sufficiente, etiam barbaros ad atrociorem Romanis rebus cladem iniungendam sibi adduxissent. Illud tamen viderent, ne se postea criminarentur, si ipse ab illis inchoata absolverit, promittebatque ad certamen paratum fore, cum primum dies praestituta affuisset. Respondit Monomachus, in eius arbitratu situm esse, facere quae sibi conducere putet, quomodo nimirum et ipsi faciant. Porro cum illic usque in meridiem ante muros constitissent, reliquum diei in redeundo posuerunt, et nocte illa quieverunt, simul barbaros a populatione redituros praestolantes. Postridie castellum iuxta Pydnam, cui imperator praesidium imposuerat, primo impetu capiunt, in quo repertus est etiam Theodorus Pepagomenus e ministris imperatoris, quem iussu magni ducis vestibus exutum et vulneribus concisum, sub dio media aestate alligarunt. Eidem solis ardore nimio tabescenti et ad sitim intolerabilem restinguendam haustum frigidae petenti magnus dux dari praecepit, si in dominum coram omnibus probra iaceret. Qui mori, quam velut per temulentiam temere ac stolide contra imperatorem loqui maluit. Monomachus reversus et cetera magno duci renuntiavit et quemadmodum Cantacuzenus ipsi ante Berrhoeae moenia stanti cum alia exprobratum miserit, tum quod Persas quoque socios in illum adhibuerint minatumque se absoluturum, quae ipsi inceptassent. Quae perpendenda sint; non

νοις ὑφ' ἡμῶν. ἃ σκέπτεσθαι προσῆκον· οὐ μάτην γὰρ αὐ- A.C. 1343
τῷ ᾐνίχθαι τὰ τοιαῦτα· σκεπτομένοις δὲ οὐδὲν ἕτερον ἐκ
τῶν λόγων ἀνεφαίνετο, ἢ ὡς βούλοιτο καὶ αὐτὸς ἐπὶ συμμα- P. 563
χίᾳ Ἀμοὺρ τὸν φίλον καλεῖν καὶ διὰ τοῦτο τὰ τοιαῦτα προ-
εἰπεῖν, ἵν' ὕστερον ἔχῃ δήπου καταφυγὴν, εἴ τις αἰτιῷτο τῆς
ἐπὶ τοὺς ὁμοφύλους τῶν βαρβάρων ἐπαγωγῆς, ὡς αὐτῶν
πρότερον τούτοις ἐπ' ἐκείνων χρησαμένων. οὗ δὴ ἕνεκα
ἐδόκει δεῖν τριήρεις πέμψαντας τὴν θάλασσαν φρουρεῖν παρα-
πλεούσας, (ἀπέστησαν γὰρ καὶ οἱ ἐν Πλαταμῶνι βασιλέως,
δείσαντες μὴ ὑπὸ μεγάλου δουκὸς ἁλῶσι στόλῳ ἐπελθόντος,)
ἵνα μὴ ἔξῃ Καντακουζηνῷ πρεσβείαν πέμπειν πρὸς Ἀμούρ.
καὶ ἐτελεῖτο κατὰ τὰ βεβουλευμένα. B

ξγ'. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ πύθοιτο τὰς τριήρεις παραπλε- V. 452
ούσας, Πρίγγυπί τινι ὠνομασμένῳ τὴν πρὸς Ἀμοὺρ πρε-
σβείαν ἀναθεὶς, μηδενὸς ἑτέρου συνειδότος, καὶ κελεύσας
οἰκίας ἔνδον ἀκάτιον κατασκευασάμενον, ἵνα μὴ πολλοὶ συν- C
ειδεῖεν, εἰς Σμύρναν ἀποπλέειν ἐξέπεμπε, γράμμασι κελεύ-
σας Ἀμοὺρ τάχιστα παρασκευασάμενον ἥκειν πρὸς αὐτόν.
Πρίγγυψ μὲν οὖν ἐποίει κατὰ τὰ κεκελευσμένα καὶ τὸ ἀκά-
τιον ἔνδον οἰκίας κατασκευασάμενος, ἱστία τε ἐνθέμενος καὶ
τὴν ἄλλην ἀποσκευὴν, ἔπειτα νυκτὸς ἐφ' ἁμάξης ἐπὶ θάλασ-
σαν καταγαγὼν, ὡς πορρώτατω μάλιστα τῶν φρουρουσῶν
νεῶν καὶ τῶν αὐτῶν κατειλεγμένων, ἀνήγετο ἐμβάς· καὶ
πνεύματι χρησάμενος ἐπιφόρῳ, τάς τε φρουρούσας διέλαθε

13. Πρίγγιπι M. 21. φρουρῶν P.

enim haec illum frustra sub quodam verborum velamine dixisse. Excutientibus autem verba illa, nihil apparuit aliud, quam ipsum quoque velle Amurium, amicum suum, vocare auxilio, ac propterea praedixisse, ut postmodum scilicet perfugium habeat, si propter barbaros contra suae gentis homines superinductos reprehendatur, quoniam ipsi prius eorumdem opera adversus illum usi fuerint. Ob hanc causam missis triremibus, quae littora legerant, mare custodiendum videbatur, (defecerant autem et Platamonenses ab imperatore, quod timerent, ne a magno duce cum classe superveniente subigerentur,) ne posset Cantacuzenus legationem ad Amurium mittere. Atque ita factum, ut complacuerat.

63. Imperator ubi oras legi a triremibus cognovit, cuidam Principi nomine legationem ad Amurium mandans, nemine praeterea conscio, cum domesticos intra parietes, quo res magis lateret, parvam naviculam compingere et cum litteris, quibus Amurius cum paratis copiis celerrime adesse rogabatur, Smyrnam navigare. Facit imperata Princeps, fabricatoque domi suae navigiolo et velis atque aliis armamentis impositis, noctu id in curru ad mare deve-

A.C. 1343 τριήρεις καὶ εἰς Σμύρναν κατήγετο ὀλίγῳ ὕστερον, τοῦ πνεύ-
D ματος ἀεὶ κατὰ πρύμναν ἱσταμένου. Ἀμοὺρ δὲ ἐπεὶ τὰ βασιλέως γράμματα δέξαιτο καὶ τὴν πρεσβείαν, κόνιν μὲν κατεχέατο τῆς κεφαλῆς καὶ θεῷ πολλὰς ὡμολόγει χάριτας τῆς ἀγγελίας. ἦν γὰρ πρότερον ἀκηκοὼς, ὡς Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς τελευτήσειε διατρίβων περὶ Τριβαλούς· οὕτω γὰρ ἦν προστεταγμένον ὑπὸ μεγάλου δουκὸς, τοὺς ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβαίνοντας ἐκ συνθήματος πάντας λέγειν. αὐτίκα τε παρεσκευάζετο στόλον νεῶν, ὀλίγῳ δεουσῶν διακοσίων. καὶ ὁ μέγας δοὺξ ἐπεὶ ἀγνοεῖν τὰ γεγενημένα οὐκ ἐνῆν, πολλῶν Ἀσίαθεν τὴν παρασκευὴν τοῦ στόλου ἀγγελλόντων, πρεσβείαν ἐκ Θεσσαλονίκης ἐποιεῖτο πρὸς Ἀμοὺρ, καὶ χρήματα τὰ μὲν ἐδίδου, τὰ δὲ καὶ ἐπηγγέλλετο, εἰ μὴ πόλεμον κι-
P. 564 νοίη πρὸς αὐτὸν, μηδὲ συμμαχοίη Καντακουζηνῷ. ὁ δ' ἀπεπέμψατο τὴν πρεσβείαν, ἀδύνατα φάμενος αἰτεῖν. αὐτὸν γὰρ παντὶ σθένει συμμαχήσειν βασιλεῖ. δεομένων δὲ τῶν πρέσβεων τὰ δῶρα δέχεσθαι, οὐ κατεδέξατο, ἀνελευθέρου φήσας εἶναι καὶ χρήμασι δεδουλωμένου νῦν μὲν φιλίας ἕνεκα δῶρα φαίνεσθαι δεχόμενον, ὕστερον δὲ ὀλίγῳ πολεμοῦντα. παρασκευασάμενος δὲ ἐν βραχεῖ καὶ χρήματά τε πολλὰ ταῖς νανσὶν ἐνθέμενος καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια, ὡς χρονίσων εἰς τὴν βασιλέως συμμαχίαν, ἀνήγετο ἐκ Σμύρνης καὶ προῆλθεν ἄχρις Εὐβοίας καιροῦ τυχων ἐπιτηδείου. ἀνέμων δὲ
B ἐκεῖ πνευσάντων ἐναντίων, ἔμεινεν ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας. δοὺξ

hit, quam longissime ab illis triremibus custodibus, eoque conscenso, clam iisdem, vento secundo et a puppi semper prosequente, paulo post Smyrnam allabitur. Amurius, acceptis litteris, pulverem de capite excussit Deoque ob nuntium gratias prolixe egit. Audierat siquidem, Cantacuzenum in Triballis vita excessisse: quia videlicet a magno duce imperatum erat, ut qui in Asiam transirent, ex composito omnes eum rumorem spargerent. Mox paulo minus ducentas naves instruit atque ornat. Magnus dux, quod latere non poterant quae fiebant, cum multi ex Asia venientes de apparatu illo narrarent, Thessalonica legatos ad Amurium mittit, pecunias alias in praesens offert, alias in futurum spondet, si armis contra se et societate cum Cantacuzeno abstineat. Respondet Persa, petere illos quae fieri nequeant, se omnibus nervis imperatorem adiuturum. Rogantibus legatis, ut munera acciperet, recusavit, quod hominis esse illiberalis et pecuniae servientis diceret, nunc quidem amicitiae causa dona accipere, et non multo post donantem armis petere. Brevi autem instructus, grandique pecunia et commeatu in naves impositis, utpote diu cum imperatore opis ferendae permansurus, Smyrna solvit, et secunda tempestate Euboeam devenit

δὲ ὁ μέγας ἐπεὶ μάθοι τοὺς βαρβάρους ἐπιόντας, δύο τῶν A.C. 1343
τριηρέων ἐν Θεσσαλονίκῃ καταλιπὼν, ἀπέπλευσε ταῖς ἐπιλοίποις εἰς Βυζάντιον, δείσας μὴ ὑπό τε τῶν βαρβάρων καὶ βασιλέως ἐν Θεσσαλονίκῃ πολιορκοῖτο. Ἀμοὺρ δὲ Εὐβοίᾳ ἐνδιατρίβων διὰ τῶν ἀνέμων τὴν ἀντίπνοιαν, ἐδυσχέραινεν οὐκ ἀκαιρῶς. συμβὰν δέ τι καὶ ἕτερον οὐ μετρίως ἔπειθεν ἀγανακτεῖν. ἐκ γὰρ Πτελεοῦ πλοίου συλληφθέντος καὶ τῶν αἰχμαλώτων ἀγομένων πρὸς αὐτὸν, ἐπυνθάνετο, εἴ τι εἰδεῖεν περὶ βασιλέως. οἱ δ' ἔφασαν, ὅτι τινῶν ἐκ Θεσσαλονίκης ἀφιγμένων πρὸς αὐτοὺς πύθοιντο, ὡς ὁ μέγας δουξ πολλὴν ἄγων δύναμιν ἱππικήν τε ἅμα καὶ πεζὴν καὶ Πέρσας κατὰ συμμαχίαν, βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ ἐπιστρατεύσειεν ὄντι ἐν C Βερροίᾳ· πλέον δὲ μηδὲν εἰδέναι. ὁ δὲ ἐκ τῶν λεγομένων στοχαζόμενος ἐν ἀγῶνι εἶναι βασιλέα, μᾶλλον ἐδυσχέραινεν, ὅτι μὴ ταχέως εἶχε βοηθεῖν. ἐκ τῶν ἀρίστων δὲ τῶν Περσῶν ἐκκλησίαν συναθροίσας καὶ παρελθὼν αὐτὸς εἰς μέσους, ἔλεξε τοιάδε. „πολλὴν ἄνοιαν ἐγὼ καὶ ἀνανδρίαν ἐκείνου καταψηφισαίμην ἄν, ὅστις ἐπί τι ὡρμημένος, μὴ πάντα δεύτερα ἡγοῖτο, μηδὲ πᾶσαν φαίνοιτο σπουδὴν ἐπιδεικνύμενος, ὥστε ἄγειν εἰς ἔργον τὰ βεβουλευμένα. εἰ γὰρ μέλλοι τοῖς μὲν ἐκ τοῦ ῥᾴστου περιγινομένοις ἐπιχειρεῖν, ἄν δέ τι συμ- D βαίνῃ κώλυμα, ἢ παντάπασιν ἀπαγορεύειν, ἢ ἀμελεῖν μαλακιζόμενον καὶ περιμένειν τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἔκβα-

10. αὐτὸν καὶ πύθοιντο P.

ubi, ventis contrariis surgentibus, per dies non paucos substitit. Magnus dux, infesto barbarorum adventu ad se perlato, formidans, ne et ab illis et ab imperatore Thessalonicae obsideretur, duabus illic triremibus relictis, cum ceteris Byzantium traiecit. Amurius vero ventis adversis in Euboea retentus, mirificam animo tristitiam capiebat, quem eventum quoddam non mediocri indignatione complevit. E Ptelco namque capta nave et captivis ad eum adductis sciscitatus est, si quid de imperatore nossent. Illi memorant, se de advenis Thessalonicensibus audisse, magnum ducem ingenti equitum peditumque numero, adiunctis item Persis, in Cantacuzenum apud Berrhoeam profecturum; nihil amplius comperisse. Amurius hinc colligens, iam eum in medio versari certamine, vehementius indoluit, quod ei mature succurrere non posset. Deinde optimatum suorum conventum egit atque in medium progressus, hac oratione usus est. Meo quidem iudicio perquam amens et ignavus sit, qui rei cuiuspiam suscepta voluntate, non omnia ei postponit, neque ad deliberata perficienda summam contentionem adhibet. Nam si factu quidem facillima aggressurus sit, impedimento autem aliquo oblato, aut omnino desperet, aut emollitus negligat et rerum exi-

A. C. 1343 σιν ἀποκνοῦντα πρὸς τοὺς πόνους, οὐδὲν διοίσει τῶν πολλῶν, οὐδὲ μέγα τι καὶ λόγου ἄξιον κατορθώσειεν ἄν ποτε. ἂν δὲ καὶ περί τινων μεγάλων ᾖ ἡ ἐπιχείρησις καὶ ἡ παρασκευὴ θαυμασία καὶ μεγάλη ἡ δαπάνη, ἔπειτα ἀβουλίᾳ τοῦ στρατηγοῦ καὶ ἀτολμίᾳ μηδὲν ἄξιον ἑαυτῆς ἡ στρατιὰ ἐκείνη πράττῃ, οὐ παρὰ τῶν ἄλλων μόνον, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτῶν, ὧν ἄγει, πολλὰ δίκαιος λοιδορεῖσθαι καὶ περιυβριζεσθαι, ὅτι τῇ σφετέρᾳ ἀτολμίᾳ τῶν ἐκ τῶν ἔργων ἐπαίνων καὶ τῶν ἄθλων τῶν ἀπὸ τῶν πόνων αὐτοὺς ἀποστερεῖ. ἡ μὲν οὖν
P. 565 ὑπόθεσις τῆς ἡμετέρας στρατείας ταυτησὶ οὐδεμία τίς ἐστιν ἑτέρα, ἢ βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ ἥκειν ἐπὶ συμμαχίᾳ, ὑπὸ Ῥωμαίων κοινῇ πολεμουμένῳ διὰ φθόνον, καὶ πρότερον μὲν χρόνον ἤδη πολὺν ἐπὶ Τριβαλοὺς ὑπερορίῳ διατρίψαντι, νῦν δὲ ἤδη θεοῦ τοῦ μεγάλου πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἐπανήκοντι συναιρομένου, καὶ πόλεις πολλὰς καὶ χώραν οὐκ ὀλίγην, ὡς ἀκούομεν, ὑφ' ἑαυτῷ πεποιημένῳ. συμβαίνει δὲ, ὥσπερ ὁρῶμεν, ἐκεῖνόν τε οὐδὲν ἡμῶν ἀπολελαυκέναι τῆς δυνάμεως, καὶ
B ἡμᾶς εἰκῇ καὶ μάτην τὸν τοσοῦτον πλοῦν καὶ τὴν δαπάνην πεποιῆσθαι. τὸ μὲν οὖν ὑπὲρ ἐκείνου κινδυνεύειν, ὡς ῥᾳστώνης πάσης ἥδιον καὶ πολλὴν ἡμῖν οἴσει τὴν εὐδοξίαν καὶ τὸ θαυμάζεσθαι παρὰ πάντων, καὶ ὑμεῖς ἔργοις αὐτοῖς ἐμοὶ συμμαρτυρεῖτε. προθυμότατα γὰρ συνεστρατεύσατε καὶ οὐκ ἀναγκαζόμενοι ὑπ' ἐμοῦ, ἀλλ' εἰ δεῖ τι καὶ μεῖζον εἰπεῖν,

tum exspectans, laborem reformidet, nihil a vulgo differet, neque magnum quippiam et memorabile unquam prospere geret. Si vero ardua quaedam, insigni apparatu, nec parva impensa tentanda sint, stultitia ac timiditate ducis nihil se dignum exercitus ille faciat, non ab aliis modo, sed ab ipsis etiam militibus conviciis atque probris multis non immerito appetatur, quod imbellis et effeminatus et laudibus et praemiis factorum eos privaverit. Materia igitur et quasi argumentum huius nostrae expeditionis alia nulla est, quam imperatori Cantacuzeno communibus armis ex invidia a Romanis oppugnato et ante diu apud Triballos profugo, nunc divina adiuvante potentia in solum Romanum, multis urbibus et spatio non modico, ut fertur, in potestatem suam redactis revertenti, subvenire atque opitulari. Contigit autem, quod videmus, illum e nostra virtute nullum cepisse subsidium, et nos incassum ac frustra tantam navigationem cum tanto impendio instituisse. Pro illo igitur dimicare, quomodo quavis animi remissione iucundius et egregium decus nobis admirationemque longe lateque conciliaturum sit, vos quoque facto ipso attestamini: cupidissime enim, haud coactu meo profecti mecum, imo, ut maius quid dicam, me ad hanc profectionem ipsi cohortati estis. Equidem quod ad me at-

ἐπὶ τοῦτό με αὐτοὶ παρακαλοῦντες. ἐγὼ δὲ τόγε εἰς ἐμὲ A.C. 1343
ἦκον, οὔτε εὐδοξίας χάριν, οὔτε κέρδους τινὸς ἐπιθυμίᾳ τὸ
ὑπὲρ ἐκείνου πονεῖν καὶ κινδυνεύειν ᾕρημαι, ἀλλ' ἀνάγκην
ἔχω πάσης βιαιοτέραν, ὥσπερ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ἀμύνεσθαι τοὺς
ἐπιόντας καὶ τῆς φίλης ἀντέχεσθαι ζωῆς μέχρι καὶ τοῦ δυ-
νατοῦ. οὐ γὰρ ὥσπερ οἱ πολλοὶ τὸ βασιλέως φίλος προσα- C
γορεύεσθαι εἰλόμην μόνον, ἀλλ' οὕτως αὐτῷ συντέτηκα, ὥστ'
εἰ συμβαίη τῶν ἀνηκέστων ἐκεῖνόν τι παθεῖν, ἀβίωτον ἡγη-
σόμενος τὸν βίον καὶ αὐτός. καὶ διὰ ταύτην τὴν φιλίαν βα-
σιλεῖ τε τῷ Ἀνδρονίκῳ πρὸς τὸν κατὰ Λέσβου καὶ Φωκαίας
πόλεμον συνεπολέμησα χρόνον οὐκ ὀλίγον, καὶ πρότερον ἐ-
νὸς ἔτους ὀγδοήκοντα καὶ τριακοσίαις ναυσὶ διέβην ἐπὶ Θρᾴ-
κην, γνώμην ἔχων, ὡς πᾶσι μαχούμενος ἀνθρώποις καὶ πᾶ-
σαν κάκωσιν οἵσων καὶ αὐτὸς, ἄχρις ἂν πρὸς τὴν οἰκείαν
ἐπαναγάγω, ὥσπερ ἴστε καὶ αὐτοὶ συστρατευόμενοι. νυνὶ
δὲ ἐν τούτῳ καθέστηκε τὰ πράγματα ἡμῖν, ὥσθ' ἡμᾶς μὲν V. 454
ὑπὸ τῶν ἀνέμων ἐνταῦθα κατεχομένους, ἀπράκτους εἶναι,
ἐκεῖνον δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων, ὡς ἀκούομεν, πολιορκεῖσθαι. δέ- D
δοικα δὲ, μὴ καί τι τῶν ἀνηκέστων συμβῇ περὶ αὐτόν. εἰ-
κὸς γὰρ καὶ χρημάτων ἀπορεῖν καὶ στρατιᾶς ἀξιομάχου πρὸς
τοὺς πολεμίους, ἄρτι ἐκ τῆς πλάνης ἐπανήκοντα, καὶ οὐκ ἐξ-
αρκοῦντος τοῦ καιροῦ πρὸς τὸ δύναμιν κτήσασθαι βεβαί-
αν. οἱ πολέμιοι δὲ καὶ ὅπλοις βιάζεσθαι δύναιντ' ἄν, ὃν-

15. ἐξαρκοῦτος P.

tinet, neque gloriae causa, neque amore quaestus pro eo labores ac pericula adire volo: sed me potentissima quaedam necessitudo urget, ut ab eo non secus atque a me ipso hostes propulsem, et quantum in me est, pro illius vita mihi carissima propugnem. Non enim ut multi, imperatoris amicus audire contentus sum, sed ita sum ei conglutinatus, ut si eum quippiam infandum pati contingeret, vitam ego quoque sine illo insuavem mihi et acerbam putarem. Atque huius amoris ergo imperatori Andronico, bello Lesbio et Phocaeensi, non pauco tempore cum auxiliis affui, et anno proxime superiore trecentis octoginta navibus in Thraciam transmisi, bellaturus quibusvis mortalibus et damna illaturus omnia, quoad illum in sedes suas reducerem, quemadmodum vos recordamini, quos tunc commilitones ducebam. Nunc ea est rerum conditio, ut nos quidem a ventis hic detenti feriemur: ille a Romanis, ut aiunt, obsideatur. Vereor autem, ne quod ei malum insanabile contingat. Credibile enim est, illum et pecunia egere et hostibus imparem esse, quippe qui recens vagus et exul esse desierit, et cui ad contrahendas copias genere numeroque firmas spatium sufficiens non concedatur. Hostes autem propter multitudinem et armis eum pos-

A. C. 1343 τες πολλοὶ, καὶ χρήμασι τοὺς συνόντας διαφθείρειν, τῶν κοινῶν Ῥωμαίοις χρημάτων ὑπ' ἐξουσίαν Ἀποκαύκῳ τῷ μεγάλῳ δουκὶ κειμένων, καὶ πάντα ἀναλώσοντι ἀφειδῶς, ἵνα μόνον βασιλέως περιγένοιτο. οἰδε γὰρ σαφέστατα, ὡς, ἕως μὲν ἂν ἐκεῖνος περιῇ, ἄπιστος αὐτῷ τῶν Ῥωμαίων ἡ ἡγεμονία καὶ ἀμφίβολος, πάντων τῶν ἀρίστων ὑπ' ἐκείνου μᾶλλον αἱρουμένων ἄρχεσθαι. ἂν δ' ἐκεῖνος τρόπῳ δή τινι ἐξ ἀνθρώπων οἴχοιτο, βεβαίαν εἰς τὸν ἔπειτα αὐτῷ ἐσομένην χρόνον τὴν ἀρχήν· δι' ἃ συμπάντων χρημάτων ἀφειδήσει. ἃ πάντα ἐννοοῦντας, ταχεῖαν ποιεῖσθαι τὴν βοήθειαν προσῆκον. ἂν τε γὰρ ἀπόληται βασιλεὺς ὑπὸ τῶν πολεμίων περισχόντων, οὐδεμίαν ἡμῖν ἀθυμίας καὶ λύπης ὑπερβολὴν ἐλλείψει πρὸς τῷ καὶ κακῶς ἀκούειν ὑπὸ πάντων, ὅτι ἀνανδρίᾳ καὶ μαλακίᾳ τῇ περὶ τοὺς πόνους καταπροδέδοται τοῖς πολεμίοις ἡμῶν φίλος. ἂν τε περιγένηται ἡμῶν χωρὶς, τὸ μεῖζον τῆς φιλοτιμίας παρῤῥήμεθα. τὸ μὲν οὖν πρὸς ἀνέμους ἀντιπνέοντας καὶ θάλασσαν ἐξοιδοῦσαν καὶ μαινομένην ἀπομάχεσθαι, μελαγχολώντων σαφῶς καὶ θανατώντων ἐπ' οὐδεμιᾷ φιλοτιμίᾳ. ὅθεν οὐδὲ πρὸς τοσοῦτον κίνδυνον ἀποδύεσθαι ὑμᾶς κελεύω. ἑτέραν δὲ ὑφηγήσομαι αὐτὸς, πόνον μὲν ὀλίγον ἔχουσαν, εὐκλειαν δὲ καὶ εὐδοξίαν ἀκροτάτην. τριῶν γὰρ τῶν μεγίστων δείγματα ἡμῖν ἐξενεγκεῖν ἐξέσται, ἀνδρίας καὶ δικαιοσύνης καὶ φρονήσεως. τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν ἀνέμων καὶ θαλάσσης κωλυομένους ἑτέραν ἐξευρεῖν ὁδὸν, δι' ἧς ἡμῖν ἀννσθείη τὸ

P. 566

sunt cogere et pecunia exercitum eius transversum agere, cum aerarium in Apocauchi manibus sit, qui ut imperatorem evertat, profuse largitiones faciet: novit siquidem exploratissime, illo salvo infidum et incertum sibi Romanorum dominatum fore: quod optimates universi ab illo quam ab se regi mavolent. Sin ille quacumque tandem ratione e vivis sublatus fuerit, firmum et stabile se regnum de cetero habiturum; qua de causa totum aerarium prodige exhauriet. Quae omnia nos ante oculos ponentes, auxilium maturare par est. Sive enim hostibus cinctus perierit imperator, nihil erit quod ad tristitiam doloremque nostrum addi possit, praeter hoc, quod passim nobis male dictitabitur, quasi ignavia et effeminata quadam mollitie ad labores sufferendos amicum inimicis prodiderimus: sive sine nobis victor evaserit, maiorem gloriae partem amittemus. Cum ventis itaque contrariis et tumido insanienteque pelago pugnare, aperte furentium et mortem ingloriam quaerentium est. Quocirca nec vos ad tantum periculum adeundum adhorter, sed aliam demonstrabo viam, quae cum parvo labore summam nominis celebritatem splendoremque continet. Trium namque virtutum maximarum documenta nobis edere licebit, fortitudinis, iusti-

προκείμενον, φρονήσεως δικαίως ἄν τις τιθείη· δικαιοσύνης A.C. 1343
δὲ, τὸ πάντα χρήματα ἡγήσασθαι δεύτερα τῆς τοῦ φίλου σωτηρίας· ἀνδρίας δ', ὅτι οὔθ' ἡ περὶ τὴν ὁδοιπορίαν οὖσαν μακρὰν ταλαιπωρία, οὔθ' ὅτι διὰ πολλῶν ἐθνῶν, οἳ μέλλουσιν ἡμῖν μαχεῖσθαι, διιέναι μέλλοντες, ἀπέστημεν τοῦ δέοντος καταπλαγέντες. τί οὖν ἐστιν ὃ λέγω; ὡς ἐπεὶ ταῖς ναυσὶν ἀδυνατοῦμεν εἰς Μακεδονίαν ἔρχεσθαι, ταύτας μὲν ὡς ἀχρήστους ἐνταυθοῖ πυρὶ καταπιμπρᾶν, αὐτοὺς δὲ τὰ ὅπλα ἔχοντας, ἰέναι διὰ τῆς ἠπείρου πρὸς βασιλέα. τοῦτο γὰρ ἐκείνῳ τε μεγάλην οἴσει τὴν ὠφέλειαν καὶ ἡμῖν τὴν εὐδοξίαν οὐ μικράν. οὐ χρὴ δὲ τὰ ἐν μέσῳ σκῶλα καὶ προσκόμματα λογιζομένους ἀποκνεῖν πρὸς τὸν ἀγῶνα. οὐδεὶς D
γὰρ ποτε ἀνακείμενος καὶ ῥέγχων τρόπαιον ἔστησεν ἀπὸ τῶν πολεμίων· ἀλλὰ πρὸς τὸ τῶν πόνων τέλος ἀφορᾷν, ὡς πολλὴν οἴσει καὶ μεγάλην τὴν φιλοτιμίαν. ταῦτα μὲν οὖν ἐμοὶ δίκαιά τε ἔδοξε καὶ συμφέροντα ὁμοῦ καὶ αὐτός τε ποιήσω πρῶτος καὶ τοῖς ἄλλοις συμβουλεύσω. εἰ δέ τισιν ὑμῶν πρὸς τὸ τῶν πόνων καὶ τῶν κινδύνων ἀφορῶσι μέγεθος, οὐ μάλιστα δοκεῖ τοιούτοις ἐπιχειρητέον εἶναι, ἀλλ' ἐγὼ πρῶτος τήν τε ναῦν ἐμπρήσω καὶ τὰ ὅπλα ἔχων βαδιοῦμαι· συνέψεται δὲ καὶ ὅστις εἵλετο ἐμοὶ συγκινδυνεύειν. οἱ δὲ λοιποὶ, P. 567
τὰς ναῦς ἔχοντες, ὅ,τι φίλον ὑμῖν καὶ λυσιτελὲς δοκεῖ, ποιεῖ-

1. ἀντιστιθείη P.

tiae atque prudentiae. Nam a ventis et mari interclusos, aliud iter invenisse, quo ad finem nobis propositum perveniamus, prudentiae optimo iure adscribatur. Iustitiae autem, res omnes prae salute amici contempsisse. Fortitudini, quod nec itineris longi molestia ac defatigatione, nec transitu per multas gentes, quae nobis se oppositurae essent, perculsi atque consternati, a recto tramite officioque deflexerimus. Quid igitur tibi vis? dicet quispiam: ut quoniam in oras Macedoniae navibus deferri non possumus, eas hic tamquam inutiles concrememus, ipsi cum armis per continentem ad imperatorem gradiamur, quod illi perquam fructuosum, nobis vero gloriosum acciderit. Nec impedimenta et offendicula in medio occurrentia perpendentes, ab hoc labore deterreri oportet. Quis enim unquam recubans supinus et stertens, de hostibus trophaeum erexit? Sed finis laborum ante oculos habendus est, quem plurimus et eximius honos comitabitur. Haec ego iusta et utilia censui, factoque ipso me ducem et suasorem aliis exhibebo. Quod si quibusdam vestrum magnitudinem laborum periculorumque considerantibus, minime istuc aggrediundum videtur, ego sane primus navim flammis exuram et arreptis armis iter invadam: sequetur, quicumque adversus casus participare mecum voluerit: ceteri salvis navibus, quod placuerit et ex usu iudicaverint, faciant licet. Sic Persas primores afflatus Amu-

A.C. 1343 V. 455 τε." οὕτω πρὸς τοὺς ἐν τέλει τῶν Περσῶν Ἀμοὺρ διαλεχθεὶς, πάντας μὲν ἔπεισεν ὡς δίκαιά τε ὁμοῦ καὶ λυσιτελοῦντα συμβουλεύει. εἵλοντο δὲ ἑξήκοντα μόνον ναύαρχοι συγκινδυνεύειν μετὰ τῶν πληρωμάτων. οἱ δὲ ἄλλοι ἰσχυρίζοντο, ὡς ὀλίγῳ ὕστερον οὐρίων τυχόντες τῶν ἀνέμων ἐλεύσονται εἰς τὴν Μακεδονίαν αὖθις τῷ σατράπῃ συνεσόμενοι. οὕτω μὲν οὖν ἐδέδοκτο κοινῇ, καὶ ἐκ τῆς Εὐβοίας εἰς τὴν Λοκρίδος παράλιον ἐλθόντες, οἱ ἄλλοι μὲν ἡσύχαζον ἐν ταῖς ναυσὶν, Ἀμοὺρ δὲ καὶ οἱ ἑξήκοντα ναύαρχοι, οὓς ἔδει πρὸς τὸ τόλμημα συναίρεσθαι ἐκείνῳ, ἀνελκύσαντες τὰς ναῦς καὶ τὰ ὅπλα τε ἀναλαβόντες καὶ ἄλευρα ἐπιφερόμενοι, οἷς ἔμελλον διατραφήσεσθαι πρὸς τὴν ὁδὸν, καὶ Ἀμοὺρ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις ὁμοίως πᾶσιν, ηὐλίσαντο αὐτοῦ τὴν νύκτα παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, ὡς ἅμα ἕῳ τὰς ναῦς ἐμπρήσαντες, τῆς εἰς Βέρροιαν ἔχωνται φερούσης. τῆς νυκτὸς δὲ ἐκείνης τῶν ἐναντίων πνευμάτων παυσαμένων, οὐρίων δὲ ἐπιπνευσάντων, τὰς ἀνειλκυσμένας καθελκύσαντες καὶ ἅμα πάσαις ἄραντες ἱστία, εἰς τὴν ὑστεραίαν προσέσχον οὐ μακρὰν Θεσσαλονίκης ἐν λιμένι τοῦ Κλωπᾶ προσαγορευομένῳ, τοῦτο μὲν οἰόμενοι καὶ μέγαν δοῦκα ἐν Θεσσαλονίκῃ εἶναι καὶ βουλόμενοι εἰ τύχοιεν πρὸς ἐκεῖνον ναυμαχεῖν, τοῦτο δ' ὅτι καὶ ἡ ἀντιπέρας παράλιος τῆς Βοτιαίας ἀλίμενος τὰ πολλά ἐστι καὶ τοσοῦτον ἐν ταὐτῷ στόλον ὑποδέχεσθαι μὴ δυναμένη.

ξδ'. Τὸ μὲν οὖν Περσικὸν αὐτίκα, ἐπεὶ ἐπύθοντο τὸν

rius, fidem fecit se aequum et utile consulere. At enim non plus sexaginta navarchi cum classiariis remigibus illi se associare instituerunt: reliqui brevi spatio ubi ventum propitium essent nacti, in Macedoniam cursum directuros rursumque cum eo futuros asseveraruut. Postquam inter illos communiter ita convenit, ex Euboea ad Locridis littora delati, alii in navibus permanserunt: Amurius autem et sexaginta navarchi, quos tanti facinoris consortes illi esse oportebat, subductis navigiis et armis assumptis, commeatuque in viam deprompto, iuxta littus pernoctarunt, ut mane exustis illis Berrhoeam iter capesserent. Nocte porro illa, cum venti luctantes posuissent et secundi spirarent, deductis denuo, quas subduxerant, navibus et sublatis velis, omnes simul die sequenti portum non procul Thessalonica Clopam appellatum, tenuerunt, partim quod magnum ducem Thessalonicae degere arbitrarentur vellentque cum eo, si possent, navale praelium miscere, partim quod adversa ora Botiaeae importuosa esset tantamque classem eodem loco nequiret recipere.

64. Persae, simul ut magnum ducem Byzantium vela fecisse audierunt, Thessalonicensem agrum universum incursantes, magnas

μέγαν δοῦκα ἀποπεπλευκέναι εἰς Βυζάντιον, τὰ περὶ Θεσσα- A.C. 1343
λονίκην ἅπαντα ἐπιδραμόντες χωρία ἐληΐζοντο καὶ ἠνδραπόδισαν οὐκ ὀλίγους. Ἀμοὺρ δὲ εἰς τὴν ὑστεραίαν πεντήκοντα ναῦς ἀπολεξάμενος, ἔπεμψεν εἰς Πύδναν, ὡς ἐκεῖθεν τοὺς μὲν ἡμίσεις ἥξοντας εἰς Βέρροιαν, ὡς ἅμα βασιλεῖ ἐλευσομένους εἰς Θεσσαλονίκην, τοὺς ἐπιλοίπους δὲ ἐπανήξοντας ταῖς ναυσί. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ πύθοιτο τοὺς βαρβάρους Πύδνᾳ προσχόντας, διὰ σπουδῆς μὲν ἐποιήσατο πάσης τὴν ὑπὸ Κράλην τελοῦσαν χώραν μηδὲν ζημιωθῆναι, καὶ πέμψας ἐκέλευε πάντας P. 568
τοὺς τὰς πόλεις καὶ τὰ φρούρια εἰσάγεσθαι, τὴν ἔφοδον μηνύων τῶν βαρβάρων. καὶ ἠνδραποδίσθη γε ἐξ ἐκείνων οὐδὲ εἷς· οὔτε μὴν ἐκ τῆς ὑπὸ βασιλέα τελούσης χώρας. αὐτὸς δὲ Θετταλῶν τε τοὺς ἀρίστους καὶ Βερροιωτῶν τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ἀξίαις τε ἀμειψάμενος καὶ εὐεργεσίαις ταῖς προσηκούσαις, ἔπειτα καὶ τὴν ἄλλην στρατιὰν προνοίας τῆς δεούσης ἀξιώσας, καὶ Μανουὴλ τὸν νεώτερον τῶν υἱῶν Βερροίας καὶ τῶν ἄλλων πολιχνίων, ἃ προσεχώρησαν αὐτῷ, ἀποδείξας ἄρχοντα, συστήσας δὲ αὐτῷ καὶ Ἄγγελον τὸν ἀνεψιὸν, ὃς Θετταλίας πρότερον ἐνεχειρίσθη τὴν ἀρχὴν, καὶ κελεύσας, ἤν τι δέωνται, ἑκάτερος ἀλλήλοις ἐπιμαχεῖν, τύπον τε ἐκθέμενος B
αὐτοῖς ἡμέρου καὶ ἀνεπαχθοῦς ἀρχῆς, καὶ τὰ ἄλλα εὖ διοι- V. 456
κησάμενος, πρεσβείαν ἐποιεῖτο καὶ πρὸς Κράλην. ἐδήλου τε, ὡς, εἰ καὶ ἐκείνῳ αἱ πρὸς αὐτὸν ἀπαγορευθεῖεν σπονδαὶ καὶ ἡ συμμαχία, ἀλλ' αὐτὸς μεμνημένος τῆς τιμῆς καὶ τῆς φι-

20. δέονται P.

hominum pecorumque praedas egerunt. Amurius altero die delectas naves quinquagenas Pydnam mittit, ut inde pars militum dimidia Berrhoeam vadat et cum imperatore Thessalonicam proficiscatur, altera pars cum navibus redeat. Imperator, barbaris Pydnam appulsis, diligentissime cavit, ne quid Cralis provincia detrimenti acciperet, circummissisque nuntiis infestum eorum adventum significavit et monuit, ut in urbes et castella se omnes reciperent. Nemo tamen inde, ut neque e locis imperatori subiectis, in servitutem abreptus est. Qui Thessalorum et Berrhoeotarum optimates pro studio erga se dignitatibus et donis remuneratus et exercitum qua par erat cura dignatus, et Manuele filio iuniore Berrhoeae aliisque oppidulis recenter ad auctoritatem suam adiunctis praefecto, eique Angelo consobrino, cui ante Thessaliae gubernatio commissa fuerat, commendato, cum mandatis, ut, si opus esset, alter alterum defenderent, forma insuper mansueti ac minime molesti imperii praescripta, et ceteris quoque probe constitutis: oratores ad Cralem misit, qui indicarent, quamvis foedus secum percussum et inita societas ab eo dissoluta esset, nihilo minus memorem se honoris

A.C. 1343 λίας, ἧς ἀπέλαυσε διάγων παρ' αὐτῷ, μήτε κεκινῆσθαι πρὸς ὀργήν, μήτε διαλελυκέναι τὰς σπονδὰς, ἄτοπον εἶναι ἡγησάμενος, μὴ ἔργοις αὐτοῖς θέσθαι φανερὸν, εἰς οἷον ὄντα περὶ τὸ ἀμείβεσθαι τοὺς φίλους εἵλετο αὐτὸς ἐπιδείξασθαι τοσαύτην εὔνοιαν. καὶ νῦν μὲν τῆς Περσικῆς στρατιᾶς ἐλθούσης πρὸς αὐτὸν καὶ δυναμένης βλάπτειν, αὐτούς τε κωλῦσαι κελεύσας μὴ κακοῦν τὴν χώραν, ὡς φιλίαν οὖσαν καὶ συμμαχίδα· καὶ ὕστερον ὅ,τι ἂν δύναιτο ὠφελήσειν. ἐπ' αὐτῷ δὲ εἶναι ἢ εὐγνωμονεῖν περὶ αὐτὸν φίλον ἀγαθὸν μάλιστα ἐσόμενον, ἢ αἱρεῖσθαι πολεμεῖν ἐπ' οὐδεμιᾷ προφάσει εὐλόγῳ καὶ δικαίᾳ. ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ προσηγόρευεν αὐτόν τε καὶ Ἑλένην τὴν γυναῖκα, ὡς ἅμα στρατιᾷ τῇ Περσικῇ βαδιούμενοι εἰς Διδυμότειχον. ταῦτα δὴ πάντα ἐφ' ἡμέραις πεντεκαίδεκα διαπραξάμενος, τὴν ἐκ Θετταλίας καὶ Βερροίας ἔχων στρατιὰν ἅμα τοῖς ἄλλοις, οἳ αὐτῷ συνῆσαν πρότεροι καὶ τῶν Περσῶν συνεπομένων, ἦκεν εἰς Θεσσαλονίκην. ἐν δὲ ταύταις ταῖς ἡμέραις ἡ ἐν ταῖς ναυσὶ τῶν Περσῶν οὖσα στρατιὰ, ἄλλα τε ἐκάκου τὴν χώραν, ὅσα εἰκὸς βαρβάρους καὶ πολεμίους, καὶ δύο κώμας τετειχισμένας καὶ πύργους ἐχούσας διεπόρθησε, τῶν ἐχόντων ταύτας γεωργῶν ὑπὸ δέους παραδεδωκότων σφᾶς αὐτοὺς καὶ ἀνδραποδισθέντων. Ἀμοὺρ δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο ἐγγὺς εἶναι βασιλέα, αὐτὸς μὲν ἔφιππος μετὰ ὀλίγων τῶν ἀρίστων, (οὐ γὰρ εὐπόρουν ἵππων,) πᾶσα δὲ ἡ στρατιὰ πεζῇ ἑπόμενοι, εἰς ὑπάντησιν τοῦ βασι-

12. βαδιούμενος M. 14. διαπραξάμενοι P. 24. τοῦ βm. P.

et humanitatis, quam apud ipsum commorans expertus esset, neque ad iram commotum esse, neque foedus temerasse; quod absurdum duceret, non opere ipso palam ostendere, quem in gratia amicis referenda virum ipse tam benevole tractare voluerit. Et nunc missa sibi Persarum auxilia, quae damnum dare possint, ab eius regione, ut amica et socia, vexanda prohibuisse, et de cetero quoque quantum efficere possit, ei commodaturum. In eo autem situm, aut bonam fidem optimi et constantis amici agnoscere, aut rationi et iustitiae adversantem, bellum facere. Posthaec ipsum et coniugem Helenam, ut cum Persicis copiis Didymotichum abiturus, valere iubet. His igitur omnibus quindecim dierum spatio transactis, cum Thessalico et Berrhoeensi delectu, et quos prius habebat, et cum Persis praeterea Thessalonicam venit. Per dies illos Persae, qui in navibus erant, cum aliis modis Thessalonicae vicina deformarunt, ut barbari nimirum iidemque hostes, tum vicos duos munitos cum turribus devastarunt, agricolis, qui se prae metu dedebant, servitute multatis. Amurius ut imperatorem appropinquare cognovit, cum paucis optimatibus in equis (non enim his abundabant) toto agmine

λέως ἦεσαν. ἐπεὶ δὲ ἦσαν ἤδη οὐ μακρὰν ἀλλήλων, τοῦ ἵπ- A.C. 1343
που ἀποβὰς ὁ Ἀμούρ, προσεκύνει τε τὸν βασιλέα καὶ ἐβάδιζε
πρὸς αὐτὸν πεζός. πέμψας δὲ ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευε τοῦ
ἵππου ἐπιβαίνειν καὶ ἐπείθετο πολλὰ πρότερον περὶ τοῦ P. 569
πεζὸς ἐλθεῖν φιλονεικήσας. προσαγορεύσαντες δὲ ἀλλήλους,
ἦεσαν εἰς τὰς σκηνὰς καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο οὐ πολὺ
ὄπωθεν Θεσσαλονίκης ἐν ἑπτὰ ἡμέραις. πρεσβείαν δὲ Ἀ-
μούρ πρὸς τοὺς ἐν Θεσσαλονίκῃ πεποιημένου καὶ παραινοῦν-
τος προσχωρεῖν ἑκόντας βασιλεῖ καὶ τὴν πόλιν παραδιδόναι,
τούς τε αἰχμαλώτους ἀπολύσειν αὐτοῖς, εἰ πείθοιντο, ἐπαγ-
γελλομένου, ἀπεκρίναντο οὐδὲν ἐπιεικές. δείσαντες δὲ οἱ Ζη-
λωταὶ, μὴ οἱ τὰ βασιλέως ἔνδον ἠρημένοι, καιροῦ λαβόμενοι
ἐπιτηδείου καὶ τὸν δῆμον ἀναπείσαντες, τεθορυβημένον ὑπὸ
τῶν βαρβάρων, ἄλλως τε καὶ ἐλπίσαντα τοὺς αἰχμαλώτους
αὐτοῖς ἀπολυθήσεσθαι, ἐπίθωνται καὶ κρατήσωσιν αὐτῶν, B
ἔγνωσαν ἐπὶ ὠμότητα καὶ φόνους χωρεῖν, ἵνα δι' αὐτῶν καὶ
τοὺς ἄλλους ἐκφοβῶσι. καὶ Παλαιολόγον τέ τινα ἐκ τῶν
ἀρίστων, οἴκοι σχολάζοντα διὰ τὸ ὑποπτεύεσθαι καὶ μηδε-
μίαν αἰτίαν τοῦ ἀποθανεῖν παρεσχημένον, ἐξαρπάσαντες ἀπέ-
σφαξαν ἐπὶ τῆς δημοσίας ἀγορᾶς, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόν-
τες, ἔπειτα καὶ τὸ σῶμα διελόντες τετραχῇ, τὰ μὲν τμήματα
ἐν ταῖς πύλεως πύλαις ἀπηώρησαν ἑκάστῃ τμῆμα· τὴν κε-
φαλὴν δὲ δόρατι ἐνθέμενοι καὶ τὰ ἔγκατα σύροντες ἀνηλεῶς
περιῄεσαν τὴν πόλιν. Γαβαλᾶν δέ τινα ἐκ τῶν μέσων πολι-

10 ἀπολήσειν P. 15. ἐπίθονται P. 18. καὶ om. P.

pedibus prosequente, ei se fert obviam. Parum inter se distantibus, Amurius ab equo descendens eum adorat et pedibus propius accedit, quem imperator per nuntium rursus equum conscendere iubet. Consalutatione peracta, in tabernacula concedunt, castraque non procul Thessalonica diebus septem locant. Amurius per legatos hortatur oppidanos, uti imperatori urbem seque tradant. Si faxint, captivos donaturum pollicetur. Illi aequi bonique nihil respondent. Zelotae metuentes, ne, qui intra moenia erant imperatoris partium, tam bella occasione utentibus, incitatoque ab iisdem populo a barbaris turbato et captivos sibi dimissum iri sperante, invaderentur opprimerenturque, ad saevitiam et caedes procedendum censuerunt, quo per illos aliis quoque terrorem incuterent. Et Palaeologum quendam ex optimatibus domi delitentem, quod in suspicionem venerat, et qui cur moreretur nihil meruerat, raptum in foro publice peremerunt, amputatoque capite et corpore in partes dissecto, eas per portas suspenderunt. Caput autem hastili praefixum gestantes et viscera crudelem in modum distrahentes, urbem obambulabant. Tum Gabalam quendam sortis mediae civem, prius au-

A.C. 1343 τῶν τὰ ὦτα πρότερον ἐκτεμόντες καὶ τὴν ῥῖνα, καὶ τὰ ἄλλα
C μέλη διαλωβησάμενοι, ἔπειτα ἀπέκτειναν. ἑτέρων δὲ οὐκ ὀ-
λίγων τοιούτων ῥῖνας καὶ ὦτα ἐκτεμόντες, ἔπειτα κατεδί-
κασαν ἀειφυγίαν, καὶ ἀνοίξαντες τὰς πύλας, ἐξήλαυνον τῆς
πόλεως. τῶν δὲ ὀδυρομένων καὶ τὴν αἰτίαν δεομένων ἐκδι-
V. 457 δάσκεσθαι, δι' ἣν τοιαῦτα ὑπομένειν κατεκρίθησαν, οὐδὲν
πλέον ἀπεκρίναντο οἱ Ζηλωταὶ, ἢ ὅτι εἰδεῖεν αὐτοὺς τὰ Καν-
τακουζηνοῦ σαφέστατα ἠρημένους. οἱ μὲν οὖν οὕτως ὀδυρό-
μενοι, ἐπεὶ πρὸς οὐδὲν ἕτερον εἶχον χρῆσθαι ἑαυτοῖς, εἰς τὸ
τῶν βαρβάρων ἀπεχώρουν στρατόπεδον πρὸς βασιλέα. βασι-
λεὺς δὲ ἐπεὶ τὸ προσάγεσθαι τὴν πόλιν ἄπορον ἑώρα, Μα-
νουὴλ μὲν τὸν υἱὸν καὶ Ἄγγελον τὸν ἀνεψιὸν τήν τε ἐκ Θετ-
ταλίας καὶ Βερροίας ἔχοντας στρατιὰν, ἐκέλευεν εἰς τὰς ἰδίας
ἀρχὰς ἀποχωρεῖν. αὐτὸς δὲ ἀπολειφθεὶς μεθ' ὧν ἦγεν ἀ-
D κοθεν, καὶ Περσῶν τοῖς ἀρίστοις διακοσίοις ἵππους παρασχό-
μενος, καὶ ἐκ τῆς ἄλλης στρατιᾶς ἑξακισχιλίους ἐπιλέκτους
πεζοὺς παραλαβὼν, ἅμα Ἀμοὺρ ἐκ τῆς ἠπείρου εἰς Θρᾴκην
ἀπεχώρουν. τὴν δὲ ἄλλην στρατιὰν ἐκέλευον ἐν ταῖς ναυσὶν
εἰς Περιθεώριον ἐλθεῖν, ὡς ἐκεῖ συμμίξοντας ἀλλήλοις. ἐ-
πεὶ δ' οἱ μὲν ἐκ θαλάττης, οἱ δ' ἐκ τῆς ἠπείρου πάλιν ἐν
ταὐτῷ ἐγένοντο, Περιθεώριον ἐπολιόρκουν περιστρατοπεδευ-
σάμενοι. Ἄβδηρῖται δὲ προσῆλθον ἑκοντὶ δεσμώτην ἀγαγόν-
τες καὶ Γουδέλην τὸν τῆς βασιλίδος Ἄννης οἰνοχόον, ὃν ἐπὶ
τῆς ἀρχῆς αὐτῶν κατέστησεν ὁ μέγας δοὺξ μετὰ τὴν βασιλέ-

21. ἐπιστρατοπεδευσάμενοι P.

ribus, naso ceterisque membris mutilatum occiderunt. Alios item complures eiusdem ordinis naribus et auribus truncatis, urbe in sempiternum exilium expulerunt. Quibus lamentantibus causamque sciscitantibus, ob quam talibus suppliciis damnati essent, hoc tantum Zelotae responderunt, constare sibi, ipsos apertissime Cantacuzeno fauere. Sic igitur lamentantes, quoniam se inutiles iam videbant, ad barbarorum castra, imperatorem conuenturi, adierunt. Is cum non videret, quo pacto urbem in potestatem adduceret, Manuelem filium et Angelum consobrinum cum copiis, quas e Thessalia et Berrhoea ducebant, ad illorum praefecturas remisit: ipse relictus cum iis, quos per se adduxerat, ducentis Persarum optimatibus equis suppeditatis, et de reliquo exercitu sex electorum peditum millibus ascitis, socio Amurio e continenti in Thraciam recessit: reliquum copiarum nauibus Peritheorium uenire, ut ibi coniungerentur, praecepit. Nauali iam pedestrique in unum conflato exercitu, Peritheorium obsidione circumdederunt. Abderitae autem sponte se dediderunt, Gudelem, qui erat Annae imperatrici ad cyathum, simul vinctum adducentes, quem magnus dux post impe-

ως εἰς Τριβαλοὺς ὑπερορίαν προσκεχωρηκότων δέει. ἐπαι- A.C. 1343
νέσας δὲ αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς καὶ τοῦ τότε τῷ καιρῷ προσή- P. 570
κοντα πεποιηκέναι μὴ φιλονεικήσαντας ἐπιχειρεῖν τοῖς ὑπὲρ
δύναμιν, καὶ τοῦ αὖθις ἐπανήκοντι προσκεχωρηκέναι μελή-
σαντας μηδὲν, ἐκείνοις μὲν ἄρχοντα ἐπιστήσας, οἴκαδε ἀπέ-
πεμπε· Γουδέλῃ δὲ τά τε ἴδια κελεύσας ἀποδοθῆναι καὶ
οἴκοθεν πλείω παρασχὼν, ἔπειτα καὶ Ἰάκωβον τὸν Βρουλᾶν
ὄντα ἐκ τῶν οἰκετῶν καὶ Σαλατίνην ἐκ τῶν Περσῶν ἕνα ἅμα
ἐκείνῳ ἐξέπεμπεν εἰς Βυζάντιον πρὸς βασιλίδα πρέσβεις. ἡ
πρεσβεία δὲ ἦν περὶ εἰρήνης. καὶ πρῶτα μὲν ἐμαρτύρετο
τὸν θεὸν, ὡς οὐ μόνον αὐτῇ οὐκ ἐπιβουλεύσειεν ἔργῳ ἢ βασι-
λεῖ τῷ υἱῷ, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι λογισμῶν αὐτῷ τι περὶ αὐτὴν
προσκεκρουκότι συνειδείη. αὐτὴν δὲ ὑπὸ συκοφαντῶν ἀνθρώ- B
πων καὶ οὐδὲν ὑγιὲς, οὔτε ποιεῖν, οὔτε λέγειν μεμελετηκότων
παραχθεῖσαν ἔφασκε τὸν ἐμφύλιον τουτονὶ πόλεμον κεκινηκέ-
ναι, ὃς ἄχρι νῦν πολλῶν τε καὶ μεγάλων αἴτιος Ῥωμαίοις
κατέστη συμφορῶν καὶ ἔτι μειζόνων ἔσεται, ἂν μὴ καταλυθῇ. καὶ
αὐτὸν δὲ μεγάλαις μὲν χρήσασθαι συμφοραῖς διὰ τὸν πόλε-
μον, καὶ κινδύνοις φοβεροῖς περισχεθῆναι θάνατον ἀπειλοῦσι·
τοῦ θεοῦ δὲ ὅμως ἵλεω τυχόντα, τῶν κινδύνων τε ἐκείνων
ἀπηλλάχθαι, καὶ νῦν ἐπανήκειν τοῦ κρείττονος συναιρομένου.
συνορῶντα δὲ ὡς τά τε μέλλοντα κακὰ ἐκ τοῦ πολέμου πᾶ- C
σαν ὑπερβήσεται ὑπερβολὴν, καὶ τὰ ἐκ τῆς εἰρήνης ἀγαθὰ

2. καὶ τοῦτό τε P. 3. ἐγχειρεῖν M. 11. τὸν add. M. 14. οὐδὲ P.

ratoris ad Triballos discessum timore sese tradentibus praefectum attribuerat. Laudatos imperator, tum quod tempori se accommodassent et supra vires quidquam audere noluissent, tum quod ad reducem sine cunctatione aliqua se adiunxissent, praefecto illis creato, domum dimittit, Gudelae sua restitui iubens et ultro ei plura suppeditans. Deinde Iacobum Brulam e ministris domesticis et Salatinen e Persis Byzantium ad imperatricem de pace legat. Ac primum quidem Deum testatur, se non solum illi aut filio imperatori non insidiatum re: sed nec cogitatione tenus in eum collatae alicuius offensionis sibi esse conscium, verum ipsam a calumniatoribus, qui neque facere, neque dicere quidquam probum ac sincerum statuissent, circumventam, hoc civile bellum excitavisse, quod hactenus multas et saevas clades Romanis peperisset et nisi finiretur, saeviores pariturum esset. Et se quidem huius belli causa gravibus infortuniis pressum, periculisque horribilibus et mortem ipsam intentantibus cinctum fuisse, verumtamen Deo bene fovente, et illa depulisse, et nunc eodem bene iuvante, postliminio reverti. Cum autem perspiciat, quae mala ex bello istoc emanatura sint, modum nullum habitura, et vicissim bona ingentia

A.C. 1343 ὁμοίως μεγάλα τε καὶ δυνάμενα τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν κινδυνεύουσαν ἀνακτᾶσθαι, τὴν πρεσβείαν πεποιῆσθαι τὴν περὶ τῆς εἰρήνης ταύτην καὶ δεῖσθαι αὐτῆς, μὴ περιορᾶν διὰ τήν τινων μοχθηρίαν καὶ ἀγνωμοσύνην τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν διαφθειρομένην. καὶ ἔξαρχῆς γὰρ ἄχρι νῦν πολλὰ συμβεβηκέναι τὰ δεινὰ καὶ χαλεπὰ, καὶ τὴν χώραν ἅπασαν καὶ τὰς πόλεις διεφθάρθαι ὑπ' ἀλλήλων πολιορκουμένας καὶ διαφθειρομένας ἐπιδρομαῖς καὶ λεηλασίαις· μέτρια δὲ ὅμως εἶναι, οἷα δὴ Ῥωμαίων Ῥωμαίοις ἐπιόντων καὶ οἰκτόν τινά ποτε καὶ τῶν ἀτυχούντων λαμβανόντων. τὰ προσδοκώμενα δὲ τοσούτῳ καὶ δεινότερα καὶ φοβερώτερα, ὡς τὰ παρελθόντα, πρὸς αὐτὰ παραβαλλόμενα, εὐτυχίας τόπον ἐπέχειν πρὸς ἀκροτάτην κακοπραγίαν. βάρβαροι γὰρ ἤδη εἶναι Πέρσαι οἱ τὸν πρὸς Ῥωμαίους ἐπιτετραμμένοι πόλεμον κἀκεῖνοι V. 458 συμμαχήσοντες, οἷς τὸ φονεύειν τρυφὴ καὶ τὸ ἐξανδραποδίζεσθαι καὶ ἀποδίδοσθαι ἐπὶ δουλείᾳ κέρδους ἥδιον παντός, καὶ οἰκτος οὐδὲ εἷς, οὐδὲ ἔλεος τῶν ἀτυχούντων, οἷα δὴ φύσει πολεμίων ὄντων διὰ τὴν περὶ τὸ σέβας ἀκροτάτην ἐναντιότητα. καὶ τούτου ἔλεγε τοῦ κακοῦ οὐκ ἐκεῖνον ἦρχθαι πρῶτον, ἀλλ' Ἀπόκαυκον τὸν παρακοιμώμενον, ὃς αὐτῷ εἰς Βέῤῥοιαν ἐπιστρατεύσας καὶ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν ἄγων στρα- P. 571 τιὰν Ῥωμαίων, οὐκ ἀγαπητὸν ᾠήθη, εἰ μὴ καὶ Πέρσας ἐπαγάγοι, οἳ πολλὰ ἐκάκωσαν τὴν χώραν ἐκείνην, κτείνοντες καὶ ἐξανδραποδιζόμενοι τοὺς προστυχόντας καὶ πυρὸς ἔργον πά-

ex pace oritura, quaeque aegram ac labantem Romanam rem publicam sustentare ac recreare possint, hanc legationem de pace mittere voluisse rogareque, ne eam propter nonnullorum malignitatem atque stultitiam, imperium Romanum evertentem, despiciat. Nam et a principio usque ad illum diem multa dira et acerba evenisse, totamque regionem et urbes alternis obsidiis, impressionibus ac depopulationibus afflictatas esse: attamen censenda videri mediocria (utpote Romanis in Romanos incurrentibus et aliquando miseris misericordiam tribuentibus) prae illis, quae tanto tetriora et horribiliora erunt, ut propter eorum immensitatem praeterita cum ipsis comparata felicitatis nomen obtinere queant. Barbaros enim Persas, ut socios suos, contra Romanos esse praeliaturos, quibus homines iugulare ludus et captos abducere atque in servitutem vendere quovis lucro dulcius: nec in aerumnosos ullus humanitatis sensus ullave commiseratio, natura nimirum hostibus propter summam in divino numine colendo discrepantiam. Atque illius mali non se, verum sacri cubiculi praefectum Apocauchum auctorem extitisse, qui Berrhoeam adversus illum Romanos multos ac strenuos ductare non satis existimasset, nisi et Persas adiecisset, qui

σας κώμας πεποιημένοι. ᾧ διδασκάλῳ κεχρημένος ἐπὶ τὴν A.C. 1343
τοιαύτην τετράφθαι πεῖραν, καὶ μηδεμιᾶς διὰ ταύτην εἶναι
ἄξιος αἰτίας, εἰ μὴ δυνάμενος πρός τε βαρβάρους ὁμοῦ καὶ
Ῥωμαίους ἀντιτάττεσθαι, τοῖς ὁμοίοις καὶ αὐτὸς ἐχρήσατο
συμμάχοις. ἃ συνορῶσαν καὶ αὐτὴν ὡς δεινὰ καὶ τήν τε
ἀρχὴν διαφθεροῦντα καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἐκεῖ κριτήριον με-
γάλην οἴσοντα τὴν καταδίκην, εἰ διὰ φιλονεικίαν καὶ ψευ-
δεῖς συκοφαντίας καὶ διαβολὰς τὸ Χριστιανῶν αἷμα προϊε-
μένη φαίνοιτο χεῖσθαι ὑπὸ τῶν βαρβάρων, πεισθῆναι πρὸς B
τὴν εἰρήνην, πρὶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων τι διεφθάρθαι. περι-
μενοῦσι γὰρ Ῥωμαίων οὐδένα ἀδικοῦντες, ἄχρις ἐπανήξουσιν
καὶ οἱ πρέσβεις. τὸ δὲ ἐφ' ὁποίοις δεῖ γενέσθαι, οὐ τοῦ
παρόντος εἶναι καιροῦ δηλοῦν, ἀλλ' εἰ μόνον πείθοιτο, πρέ-
σβεις πέμπειν πρὸς αὐτόν, οἳ διαλέξονται, ὅσα ἂν αὐτῇ καὶ
πατριάρχῃ καὶ τοῖς ὑπολειφθεῖσιν ἔτι τῶν πραγμάτων ἄρ-
χουσι βέλτιστά τε εἶναι δοκῇ καὶ λυσιτελέστατα ἑαυτοῖς. πε-
ποιθέναι δὲ αὐτὸν, ὡς τοῦ θεοῦ διδόντος χαίροντες ἐπανήξουσι
καὶ τὰ πᾶσι κοινῇ Ῥωμαίοις συνοίσοντα κατωρθωκότες. τοι-
αύτη μὲν ἦν ἡ βασιλέως τοῦ Καντακουζηνοῦ πρεσβεία πρὸς C
Ἄνναν τὴν βασιλίδα. Ἀμοὺρ δὲ καὶ αὐτὸς ἰδίᾳ συνεβούλευεν
ἔχεσθαι τῆς εἰρήνης, ὡς τὰ μέγιστα λυσιτελούσης. αὐτὸς
μὲν γὰρ καὶ πρότερον φίλος εἶναι βασιλεῖ τῷ Καντακουζη-

12. καὶ add. M.

loca illa latrociniis implevissent, obvios partim trucidantes, partim captivos abripientes et omnes vicos in cineres redigentes. Eo magistro se tale quippiam experiri, nec culpam commereri, si, cum barbaris et Romanis simul resistere non possit, similes et ipse socios asciverit. Quae quoniam et ipsa intelligat quam atrocia et imperio pestifera quamque gravem damnationem ei apud tribunal illud allatura sint, si nempe propter contentionem falsasque calumnias et obtrectationes Christianorum sanguinem a barbaris effundi patiatur, ad pacem inflecti debere, priusquam pernicies ab illis importetur: tantisper enim nulli Romano illaturos iniuriam, dum legati revertantur. In quas porro conditiones pacem fieri oporteat, non esse praesentis temporis indicare: sed si modo inducat in animum per legatos ad se missos exponere sibi quae illa et patriarcha ceterique Archontes ut optima atque commodissima probent, confidere se, eos divino munere cum gaudio reversuros, feliciter confectis, quae Romanis omnibus in commune conducant. Huiuscemodi fuit Cantacuzeni ad Annam imperatricem legatio, quam seorsum Amurius quoque hortabatur, uti pacem acciperet, quo nihil posset facere utilius. Nam et alioqui pluribus abhinc annis sibi cum Cantacuzeno amicitiam intercedere, in cuius gratiam Andronico imperatori non solum bello contra Phocaeam auxilium tule-

A.C. 1343 νῳ ἐκ πολλῶν ἐτῶν, καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ φιλίαν βασιλεῖ τε τῷ Ἀνδρονίκῳ οὐ μόνον εἰς τὸν κατὰ Φωκαίας πόλεμον συμμαχίαν παρεσχῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ὕστερον ἐπὶ Ἀλβανούς. καὶ ἐξ ἐκείνων τῶν χρόνων εἰς τὴν Ῥωμαίων οὐδέποτε ἐμβεβληκέναι, Ῥωμαίους πάντας ἡγούμενος ὑπὸ Καντακουζηνὸν τελεῖν τὸν βασιλέα, καὶ ἔτι τὴν ἰδιώτου τύχην στέργοντα. νυνὶ δὲ οὐκέτι φίλος εἶναι βασιλέως, ἀλλὰ δοῦλος, καὶ οὕτω παρεσκευάσθαι, ὡς οὐ πέμπων στρατιὰν βοηθεῖν, ἀλλ' αὐτὸς παρεῖναι καὶ τὴν ἴσην ἐπιδείκνυσθαι σπουδὴν, ἣν ἂν καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὸν πόλεμον αἱρούμενος ἐποιεῖτο. δι' ἃ συνεβούλευεν αἱρεῖσθαι μᾶλλον τὴν εἰρήνην, τοῦ βασιλέως μάλιστα τὰ εἰς αὐτὸν γεγενημένα πρότερον διὰ τῶν ἀρχόντων τὴν ἀγνωμοσύνην ἀφιέντος καὶ τὸν πόλεμον κατατίθεσθαι ἐθέλοντος. οὐ μόνον γὰρ εἴ τι τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας κατελίπετο, ἀκέραιον διασωθήσεται, ἀλλὰ καὶ τὰ διεφθορότα ὑπὸ τοῦ πολέμου δυνατὸν πάλιν ἀνακτᾶσθαι. αὐτὸν δὲ ἀντὶ πολεμίου σύμμαχον ἑξέσται καὶ φίλον ἔχειν. τοιαῦτα μὲν καὶ ὁ Ἀμούρ διεπρεσβεύετο.

P. 572 V. 459 ξε'. Ὁ μέγας δὲ δοὺξ ἐπεὶ πύθοιτο τὰ τῆς πρεσβείας, Σαλατίνην μὲν τὸν Ἀμοὺρ πρεσβευτὴν φιλοτίμως τε ὑπεδέξατο καὶ μετὰ μικρὸν ἐξέπεμψε δῶρα παρασχών. Βρουλᾷ δὲ τὸ γένειον περικείρας καὶ τὴν κεφαλὴν, ἔπειτα καὶ τοὺς μυκτῆρας διαῤῥήξας καὶ τὰς κνήμας, ἀσβόλῳ τε τὸ πρόσωπον περιχρίσας, εἵλκυσε διὰ τῆς ἀγορᾶς οὕτως ὕφαιμον.

rit, sed etiam postea contra Albanos, et ex illo Romanos nunquam incursarit, cum omnes Cantacuzeno, quamvis adhuc privati fortuna contento, subesse arbitraretur. Nunc eiusdem imperatoris non amicum modo, sed insuper servum profiteri et sic animo affectum, ut non alios ei auxiliatum mittat, sed ipsemet coram praesens adsit, nec minus studii ac diligentiae pro eo usurpet, quam si pro se ac fortunis suis bellum gereret. Quare tanto magis pacem admittendam, maxime cum et imperator principum iniquitate in se commissa condonare et ab armis discedere paratus sit. Non enim tantummodo si quid rei Romanae supersit, integrum et incolume permansurum, sed et bello imminuta ac devastata reparari atque instaurari, et se pro hoste socium et amicum haberi posse. Haec per legatum etiam Amurius.

65. Caeterum magnus dux audita legatione, Salatinen Amurii legatum honorifice accepit pauloque post donatum dimisit. Brulam mento et capite rasis, naribusque et tibiis confractis, fuligine oppleta facie, sic cruentatum per forum trahendum curavit. Ad legationem autem sic respondit. Dedit ad Amurium litteras, quibus acerbas in imperatorem contumelias acervavit: ipsum Persam mode-

πρὸς δὲ τὴν πρεσβείαν οὕτως ἀπεκρίνατο. Ἀμοὺρ μὲν A.C. 1343
ἔγραφε πολλὰς κατὰ βασιλέως ὕβρεις καὶ χαλεπάς· αὐτοῦ
δὲ καθήπτετο μετρίως, ὅτι Καντακουζηνῷ ἀκολουθεῖν αἱ-
ροῖτο, ἀνάξια ποιῶν τῆς σφετέρας εὐδοξίας· πλέον δὲ οὐδέν.
βασιλεῖ δὲ ἔφασκεν, ὡς οὐ δέοιντο αὐτοῦ, οὔτε συμβασιλεύ-
ειν τοῖς βασιλέως παισὶ καὶ Ῥωμαίων ἄρχειν, οὔτ' αὐτοῖς
ὁμοίως δοῦλον εἶναι. ἔτι γε μὴν οὐδ' αὐτῶν εἰ βούλοιτο
δοῦλον εἶναι, καὶ δουλείαν τὴν αἰσχίστην εἰς ἱπποκόμους
καὶ μαγείρους τεταγμένον, ἀλλὰ πολεμήσειν ἄχρι παντὸς καὶ C
ταχίστα διαφθερεῖν. καὶ γὰρ τὸ περιεῖναι μέχρι νῦν, οὐχ
ἡ σύνεσις, οὐδ' ἡ στρατηγία περιέσωσεν, ἀλλὰ τὸ πόρρω
ποῦ ἐν Τριβαλοῖς πλανήτην διατρίβειν. νυνὶ δ' ἐπεὶ ἐγένετο
ἐγγὺς, εἴσεσθαι τὴν ταχίστην, ὅτι βέλτιον ἦν αὐτῷ θητεύ-
ειν παρὰ Τριβαλοῖς, ἢ ἐγγὺς τῆς Ῥωμαίων γενόμενον βασι-
λείας, ἀμφισβητεῖν περὶ αὐτῆς. Βρουλᾶν δὲ μετὰ τὰς ποι-
νὰς ἐκείνας τὰς ἀνημέρους τῷ ἐν τοῖς Κωνσταντίνου βασι-
λείοις τοῦ μεγάλου δεσμωτηρίῳ καθεῖρξαν. ὃς καὶ μικρὸν
ὕστερον ἀνῃρέθη μετὰ τῶν ἄλλων συνδεσμωτῶν, τοῦ δήμου
τῶν Βυζαντίων ἐπιθεμένου μετὰ τὴν Ἀποκαύκου τελευτήν,
ὅσπερ ὕστερον εἰρήσεται ὀλίγῳ. ταῦτα δὲ αὐτῷ ἐπράττετο,
ἐκ παντὸς τρόπου τὸν πόλεμον κατασκευάζοντι καὶ βουλο- D
μένῳ βασιλίδα τε ὁμοῦ διὰ τὸν φόβον τῶν τολμωμένων ἀπά-
γειν τῆς εἰρήνης καὶ Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα πρὸς ἔχ-

3. ἀκολουθεῖναι P.

rate obiurgavit, cum aliud non scriberet, quam sua claritate rem indignam committere, qui Cantacuzenum sequeretur: in imperatorem haec illius maledicentia fuit, haud opus esse illo, neque ut loco collegae cum liberis imperatoris Romanos moderetur, neque ut cum ipsis aeque subditus sit. Quin etiamsi ipsis servire velit, quamquam in ministerio sordidissimo et abiectissimo, inter equisones et cocos videlicet, nolle eius operam, sed oppugnaturos eum semper et brevi admodum ad orcum demissuros. Nam quod usque in hunc diem fruatur spiritu, non prudentia aut arte imperatoria servatum esse, verum quia procul apud Triballos erro vixerit. Nunc quia propius adsit, primo quoque tempore experturum, melius ipsi fuisse apud eosdem Triballos mercedi dare operas, quam regressum in fines Romani imperii, illud sibi asserere. Brulam autem post immania illa supplicia in carcerem, in Constantini magni palatio incluserunt, qui et paulo post cum aliis vinctis, populo Byzantino post mortem Apocauchi, ut infra non longe docebimus, irruente interfectus est. Haec ille agebat, ut modis omnibus bellum strueret, et imperatricem huiusmodi facinorum terriculamentis a cogitationibus pacis avocaret: Cantacuzenum vero ad implacabile odium ultionemque provocaret. Noverat siquidem planissime, si

HAVERFIELD LIBRARY OF ANCIENT HISTORY OXFORD

A. C. 1343 θραν ἄσπονδον καὶ ἄμνναν ἐκκαλεῖσθαι. ἥδει γὰρ σαφέστατα τὴν εἰρήνην αὐτὸν ἀπάξουσαν τῶν πραγμάτων τῆς ἀρχῆς, καὶ οὐχ ὅτι πρῶτον εἶναι συγχωρήσουσαν Ῥωμαίων, ἀλλ' οὐδὲ πολλοστὸν ἀπὸ τοῦ πρώτου. διὸ καὶ πολλῶν αἱμάτων καὶ ἀνδραποδισμῶν καὶ φθορᾶς ἀμυθήτου τῶν Ῥωμαί-
P. 593 ων τὴν τοιαύτην ἠλλάττετο ἀρχήν. βασιλέα δὲ οὐδὲν ἐκώλυσε τῶν παρανόμων ἔργων τουτωνὶ τῆς εἰρήνης ἀποσχέσθαι, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπίνοιαν ἐκίνει, ὥστε κατατίθεσθαι τὸν πόλεμον. ἥδει γὰρ οὐδὲν ἐπιεικὲς ἐκ τούτου συμβησόμενον Ῥωμαίοις. ἐπεὶ δὲ ὁ Ἀμοὺρ ἐπανῆκε πρεσβευτής, ἀπήγγελλε μὲν ὅσα συμβαίη περὶ Βρουλᾶν καὶ τὰς παρὰ τῶν ἀρχόντων Ῥωμαίοις πρὸς τὴν πρεσβείαν ἀποκρίσεις, παρεῖχετο δὲ καὶ τὰ γράμματα τὰ πρὸς Ἀμούρ. ὁ δὲ ὡς ἦσαν ἐσφραγισμένα ταῦτα ἔχων, ἦκεν ὡς βασιλέα· μεμφομένου δὲ ἐκείνου, εἰ περὶ αὐτοῦ τι φαῦλον ᾠήθη ὑποπτεύειν,
V. 460 οὐ τοιαύτην ἔφασκεν ἐκεῖνος γνώμην ἔχων μὴ λελτκέναι
B τὴν σφραγῖδα· ἀνόητος γὰρ ἂν εἴη παντάπασιν, εἰ τὴν βασιλέως περὶ αὐτοῦ διάνοιαν ἀγνοοίη· εἰδὼς δὲ ὡς τοῖς παρὰ Ῥωμαίοις ἄρχουσιν ὥσπερ τι τῶν ἀναγκαιοτάτων αἱ πρὸς βασιλέα ὕβρεις ἐπιτηδεύονται, τούτου χάριν μὴ ἑτέρῳ παρασχέσθαι ἀναγιγνώσκειν, ἵνα μὴ εἰς πολλῶν ἐμπέσῃ τὸ βλάσφημα ἀκοάς, ἀλλ' ἀγαγεῖν πρὸς αὐτὸν, ἵν' εἴ μέν τι χρήσιμον ἐγγεγραμμένον ᾖ, λόγον τινὰ ποιήσωνται αὐτοῦ·

18. ἀναγνοοίη P.

pax iniretur, se amissis rerum gubernaculis non solum primum Romanorum, sed nec a primo quotumcumque tandem futurum. Idcirco per multum sanguinem, quem fundebat, per plagiatum et quanta dici non potest, Romanorum labem atque perniciem, ad excelsum hunc gradum grassabatur. At imperatorem nihil horum nefariorum operum a desiderio pacis abstinebat, qui totam mentem in eo defixerat, quomodo bellum exterminaretur, cum ex eo ad Romanos nihil aequi redundaturum sciret. Ubi legatus Amurii redit, et quid Brula factum esset renuntiavit, Archontum responsum exposuit, litterasque ad Amurium conscriptas porrexit; ille obsignatas ut erant ad imperatorem detulit. Quo factum eius culpante, interroganteque, num sinistrum aliquid de se suspicaturum putavisset, subiicit Amurius, non ea de causa epistolam se non resignasse; stultum enim fore prorsus, si eius de se iudicium ac voluntatem nondum perspectam et exploratam habeat. Sed cum non ignoret Archontas Romano imperatore conviciis et maledictis lacerando perinde atque negotio cuipiam etiam atque etiam necessario deditos, idcirco non alteri legendam tradidisse, ne probra illa ad multorum aures pervenirent, sed ad ipsum obsignatam afferre, ut

εἰ δὲ τὰ συνήθη ταῦτα, ὕβρεις καὶ λοιδορίαι, ἐπὶ τὰς τῶν A.C. 1343
γεγραφότων τρέπωνται κεφαλάς. ἐπαινέσαντος δὲ αὐτὸν τοῦ
βασιλέως ἐπὶ τούτῳ, ἔπειτα ἀνεγινώσκετο τὰ γράμματα,
καὶ ἦν οὐδὲν ὑγιὲς ἐγγεγραμμένον, ἀλλὰ πρός τε βασιλέα
5ὕβρεις αἰσχραὶ καὶ ἀγεννεῖς καὶ μέμψεις πρὸς Ἀμουρ, ὅτι C
αὐτῷ ἀνέχοιτο ἀκολουθεῖν καὶ τὴν εὐγένειαν περιυβρίζοι.
βασιλεὺς δ', ἐπεὶ οἱ ἐν Βυζαντίῳ οὐδεμίαν ἐλπίδα παρεί-
χοντο εἰρήνης, ἀναγκαίως καὶ αὐτὸς ἐχώρει πρὸς τὸν πόλε-
μον καὶ ἠνάγκαζεν αὐτῷ τὰς πόλεις προσχωρεῖν ἢ ἑκούσας
10ἢ βιαζομένας. βασιλίδι δὲ Εἰρήνῃ ἐν Διδυμοτείχῳ μηδὲν
ἕτερον περὶ βασιλέως πεπυσμένῃ, ὅτι μὴ πρὸς Βέρροιαν
διατρίβει προσχωρήσασαν, ἀπήγγελλεν ὁ ἀρχιερεὺς Διδυμο-
τείχου, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἤδη τῆς Χαλκιδέων εἴη ἐπιβάς,
καὶ ἐπιστεύετο αὐτίκα. ἦσαν γὰρ οὐδὲν μικρὸν περὶ ἐκείνου
15πεπυσμένοι, ἀλλ' ὡς πάντα τὰ ἐσόμενα εἰδότι προσεῖχον
ἀκριβῶς. καὶ ἦσαν εὐθὺς ἐν κρότοις καὶ ἑορταῖς, καὶ τῆς
ἐπανόδου βασιλέως πολλὰς θεῷ προσῆγον τὰς εὐχαριστίας.
μετὰ τρίτην δὲ ἡμέραν ἐξ ἐκείνου καὶ ὁ Μουζάλων ἦκε παρὰ D
βασιλέως καὶ ἀπήγγελλε πάντα ὡς ἐγένετο· καὶ πάλιν
20ἦσαν ἐν ταῖς ὁμοίαις ἑορταῖς ἤδη βεβαιότερον. Γλάβας δὲ
Γεώργιος, ὃς τῶν εἰς Διδυμότειχον τεταγμένων ἄρχειν εἷς
ἦν, ἐλθὼν πρὸς τὸν ἀρχιερέα, εὐχὴν ἤτει παρ' αὐτοῦ, ὡς
εἰς βασιλέα ἀφιξόμενος· δεδοικέναι γὰρ, μὴ πρὶν ἐκεῖνον

6. περιυβρίζειν P. 13. ὁ add. M. ἤδη om. P. et εἴη ponit ante τῆς X.

si quid utile ibi scriptum fuerit, id minime parvi ducat: sin consueta, puta contumeliae et maledicta, in eorum, qui scripserunt, capita recidant. Commendat consilium imperator, leguntur litterae, nihil ibi probum, sed adversus imperatorem turpia et infanda convicia Amuriique reprehensio, quod non sine summo dedecore nobilitatis suae cum illo se coniunxisset. Imperator, quoniam Byzantii nullam spem pacis faciebant, necessario et ipse ad bellum administrandum et urbes ad deditionem volentes nolentesque cogere. Imperatrici vero Didymotichi, cum aliud de imperatore marito nihil comperisset, nisi apud Berrhoeam urbem dedititiam, esse, episcopus nuntiavit, iam Chalcidicen pervenisse, cui statim adiuncta fides, quandoquidem nihil non magnum de eo sentiebant et ut venturorum omnium provido diligenter attendebant. Aguntur mox feriae, plausus edunt et reditum imperatoris deo impense gratulantur. Post diem tertium Muzalon ab imperatore adveniens, omnia ut gesta erant recensuit; rursumque feriae et quidem constantius celebratae. Georgius autem Glabas, unus praefectorum praesidii Didymotichensis, episcopum conveniens, ut sibi ad imperatorem profecturo bene precaretur, petebat, quod se timere diceret, ne ante illius

A.C. 1343 ἐπανήκειν τελευτήσας, τῆς ἡδίστης ὄψεως βασιλέως ἀποστερηθῇ. ὁ δ' ἐπέτρεπε μὲν πρὸς ἐκεῖνον ἀφικέσθαι· παρῄνει δὲ θαῤῥεῖν, ὡς ὄψεται βασιλέα καὶ εἰς τήνδε τὴν πόλιν
P. 574 ἐπανήκοντα καὶ πρός τινας ὑπηρεσίας χρήσιμος ἐκείνῳ ἔσται. μετὰ δέ τινα χρόνον, ἡνίκα καὶ αὐτὸν ἴδῃ πρὸς τὰ ἐκεῖθεν δικαιωτήρια κληθέντα, παρασκευάζεσθαι καὶ αὐτὸν, ὡς μετὰ μικρὸν ἀπολείψοντα τὸ ζῆν· οὕτω γὰρ εἶναι δεδογμένον παρὰ θεῷ. ταῦτα μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, ὕστερον ἀπέβαινε. βασιλέως δὲ Περιθεώριον πολιορκοῦντος καὶ κλίμακας καὶ μηχανὰς κατασκευάζοντος πρὸς τὴν τειχομαχίαν, τὰ ἐν τῇ Μερόπῃ φρούρια προσεχώρησαν, ἥ τε Ἁγία Εἰρήνη προσαγορευόμενον καὶ ὁ Ποβισδός. καὶ ἐλθόντες πρὸς βασιλέα, ἡγεμόνα ἐδέοντο αὐτοῖς παρασχεθῆναι· σὺν τούτοις δὲ καὶ ἕτεροι νομάδες τὸ αὐτὸ οἰκοῦντες ὄρος ἐν κώμαις ἀτειχίστοις, οἳ διὰ τὴν πρὸς βασιλέα εὔνοιαν (ἦσαν γὰρ καὶ
B πρότερον ὑπ' ἐκεῖνον τεταγμένοι, βασιλέως Ἀνδρονίκου ἔτι περιόντος,) τῶν ἄλλων πρῶτοι παρεγένοντο καὶ παρεῖχον ἑαυτοὺς ἑκόντες βασιλεῖ. σκεπτομένῳ δὲ περὶ αὐτῶν πρὸς ὅ,τι χρήσαιτο καὶ τίνα ἐπιστήσειεν ἄρχοντα αὐτοῖς, ἐδόκει δεῖν Μομιτζίλῳ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν παρέχειν, οὐ μόνον διὰ τὸ ὁμόφυλον νομίσας διακείσεσθαι αὐτῷ εὐνοϊκῶς τοὺς νομάδας ἐκείνους, ἀλλ' ὅτι καὶ εὐψυχίας καὶ τόλμης πρὸς τὰς μάχας οὐδὲν ἐνέλιπε καὶ πρὸς λῃστείας καὶ ἁρπαγὰς ἄριστα ἔξήσκητο. ἦν γὰρ δὴ ὁ Μομιτζίλος οὗτος τὸ γένος μὲν Μυσὸς, διὰ δὲ λῃστείας καὶ ἁρπαγὰς ἐκεῖθεν

5. ἴδῃ M., ἥδῃ P. 22. νομίδας P.

reditum mortuus, suavissimo eius adspectu privaretur. Episcopus eum proficisci permisit, hortatus bono esset animo, visurum imperatorem et quidem in ea ipsa urbe et in quibusdam functionibus utiliter ei inserviturum. Interiecto autem nonnullo tempore, ubi se viderit ad illud coeleste tribunal evocatum, praeparet animum, ut paulo post ipse quoque mortalitatem expleturus: sic enim visum Deo. Haec ut pronuntiata sunt, ita evenerunt. Imperatore autem Peritheorium obsidente scalasque et machinas ad muros oppugnandos comparante, Sancta Pax et Pobisdus, castella Meropes, se tradiderunt, quorum incolae venientes praefectum sibi dari rogabant. Dediderunt se cum illis alii quidam agrestes, ad eundem montem vicos sine muris habitantes, qui propter propensionem erga imperatorem (sub eo enim antea, vivo adhuc Andronico imperatore, militaverant) prae ceteris ad eum venerunt. Cui cogitanti, quid eis negotii imponeret et quem praeficeret, Momitzilum praeficere placuit, non solum quia propter communionem gentis rusticani illi eum complexuri essent, sed quod etiam in proelio nullum a se magnanimitatis

ἐλαθεὶς, πρὸς Ῥωμαίους τε ἐγένετο καὶ ὑπὸ βασιλέως Ἀν- A. C. 1343
δρονίκου τοῖς στρατιώταις κατελέχθη. χαίρων δὲ ἀεὶ λῃ- C
στείαις καὶ πολλὰ τὴν Μυσίαν κακουργῶν διὰ τὸ μάλιστα V. 461
ἔμπειρον τῶν τόπων εἶναι, παρῃνεῖτο μὲν πολλὰ ὑπὸ τῶν
τὰ μεθόρια τῆς Μυσῶν καὶ Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀρχόντων,
μὴ τοιαῦτα κακουργεῖν, σπονδῶν οὐσῶν, καὶ πόλεμον κινεῖν.
ὁ δὲ οὐ πάνυ πείθεσθαι ἠδύνατο, ἀλλ' ἐπί τινα χρόνον
ἡσυχάζων, τοῖς ὁμοίοις πάλιν ἐπεχείρει. μέλλων δὲ ἤδη
τῆς κακουργίας διδόναι δίκας, ἐπεὶ Μυσοῖς τε ἀπηχθάνετο
διὰ τὰς λῃστείας καὶ Ῥωμαίοις οὐκ ἐθάρρει βουλομένοις
συλλαμβάνειν, ἀπεχώρησεν εἰς Τριβαλοὺς καὶ διέτριψεν
ἐκεῖ χρόνον τινὰ συχνόν. ἔπειτα ὡς βασιλεὺς ὁ Καντακου-
ζηνὸς εἰς Περιθεώριον ἐκ Βερρόιας ἐπανῆκε, πρότερον ὀλί-
γον χρόνον Κράλη ἀποστὰς, προσεχώρησε τότε βασιλεῖ. εἰ- D
θὼς δὲ αὐτὸν ὄντα ἐπιτήδειον πρὸς τοιαύτην ἡγεμονίαν, τά
τε φρούρια ἐνεχείρισε καὶ τὰς κατὰ τὴν Μερόπην ἄλλας
κώμας οὐκ ὀλίγας οὔσας. ἐξ ὧν οὐκ ὀλίγη χεὶρ συνελέγετο
λῃστρική· ἦσαν γὰρ ἱππεῖς μὲν τριακοσίων ὀλίγῳ πλείους,
πεζοὶ δὲ ὑπὲρ τοὺς πεντακισχιλίους· ὧν ἁπάντων αὐτῷ ἐνε-
χείρισε τότε τὴν ἀρχὴν καὶ προσέταττε κακοῦν τὰς πόλεις,
αἳ μὴ προσχωροῖεν βασιλεῖ.

ξς'. Ἐκεῖνος δὲ ἐπεὶ Περιθεώριον οὐδὲν ἤννε πολιορ- P. 575
κῶν, τὰς μὲν παρεσκευασμένας μηχανὰς ἐνέπρησε πυρὶ, B

9. ἐπὶ P.

ac fortitudinis officium desiderari pateretur, ad praedandum rapiendumque exercitatissimus. Erat enim genere Moesus, et propter eas quas dixi artes profligatus, ad Romanos se applicaverat eumque Andronicus Imperator in album militum retulerat. Qui cum praedis agendis semper delectaretur et Moesiae, utpote locorum peritissimus, non parum incommodaret, saepe monebatur ab iis, qui Moesorum Romanorumque confiniis tuendis praecerant, ne in foedere huiusmodi maleficia designaret et bellum irritaret. Quorum vocibus ille non penitus expugnabatur, sed ad tempus quiescens, intermissa repetebat. Iamque scelerum suorum pretium laturus, quoniam et Moesis propter latrocinia invisus erat, et Romanis eum comprehendere volentibus non fidebat, in Triballos secessit, ubi diu vitam egit. Postea Cantacuzeno Peritheorium Berrhoea redeunte, nuper a Crale cum descivisset, ad eum se contulit. Sciens igitur illum huic praefecturae idoneum, et castella et vicos praeterea Meropes non paucos ei commendavit, e quibus non exigua praedonum manus colligebatur. Numerabantur etenim equites paulo amplius trecenti, pedites supra quina millia, quorum omnium praefecturam tunc illi commisit, cum mandatis, ut urbes, quae se Cantacuzeno dedere nollent, infestas haberet.

66. Quia autem Peritheorium frustra obsidebatur, machinas

A.C. 1343 τοῦ δὲ στόλου παντὸς εἰς τὴν οἰκείαν ἀποπλεύσαντος, αὐτὸς ἅμα Ἀμουρῆ ἐξακισχιλίους ἐπιλέκτους ἄγοντες Περσῶν, ἦκον εἰς Διδυμότειχον. οἱ δὲ ἐν Διδυμοτείχῳ ἑορτὰς ἦγον δημοσίας τῆς βασιλέως ἐπανόδου καὶ παντοῖοι ἦσαν ὑφ' ἡδονῆς. ἐδόκουν γὰρ ὡς ἐξ ᾅδου τοὺς περὶ βασιλέα αὖθις εἰς τὸν βίον ὑποδέχεσθαι. ὀλίγας δὲ ἡμέρας ἐνδιατρίψας Διδυμοτείχῳ, ἐξῆλθεν εἰς Ῥοδόπην· καὶ τὰ κατὰ τὴν Μόρραν πολίχνια πάντα προσεχώρησαν εὐθύς, πλὴν ἑνός, Ἐφραὶμ προσαγορευομένου. τὰ μὲν οὖν προσχωρήσαντα οὐδὲν δυσχερὲς ὑπέμενον παρὰ Περσῶν, Ἐφραὶμ δὲ ἐκάκωσαν οὐκ ὀλίγα. C οἷς ἐπιστήσας ἄρχοντα τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν Ἀσάνην τὸν Ἰωάννην, αὖθις ἀνέστρεφεν εἰς Διδυμότειχον. πρὸς δὲ τὰς ἐν τῇ Θρᾴκῃ πόλεις πέμψας στρατιὰν ἅμα Ῥωμαίων καὶ Περσῶν, ἠξίου προσχωρεῖν· ὡς δ' οὐ προσεχώρουν, ἐκάκου ὅσα δυνατά, καὶ κῶμαι πᾶσαι ἐπορθοῦντο καὶ οἱ ἀνδραποδιζόμενοι ἐπιπράσκοντο πρὸς τοὺς οἰκείους· ἀπέθνησκον δὲ καὶ πλεῖστοι. βασιλεὺς δὲ ἠνιᾶτο μὲν πρὸς τὰ τοιαῦτα οὐκ ἀνεκτῶς, θεραπεία δὲ τοῦ κακοῦ οὐδεμία ἐξευρίσκετο. οὔτε γὰρ αἱ πόλεις προσεχώρουν, ὥστε αὐτῶν ἀποσχέσθαι τοὺς βαρβάρους, οὔτε ἀποχρῶσαν πρὸς τοὺς πολεμίους εἶχε δύναμιν ἐκ Ῥωμαίων, ὥστε ἀποπέμπεσθαι τοὺς Πέρσας, ὡς ἅμα τοῖς συνοῦσι Ῥωμαίοις τὸν πόλεμον διοίσων. διὸ καὶ V. 462 ἄκων μὲν καὶ ἀχθόμενος ἐπὶ τῇ τῶν Ῥωμαίων συμφορᾷ, D κατεῖχε δὲ ὅμως δι' ἀνάγκην. ἔτι δὲ ἐν Ῥοδόπῃ ἑτέρας οὔσης

fabricatas incendit, totaque classe in Asiam reversa, ipse et Amurius sex millia selectorum Persarum ducentes, Didymotichum ingrediuntur. Didymotichenses publice diem festum agitare et variis iucunditatibus sese dedere, quod sibi ab inferis redivivum imperatorem excipere viderentur. Aliquot diebus Didymotichi consumptis, Rhodopen exiit omniaque Morrhae oppidula confestim se subiecerunt, uno exempto, Ephraem nomine. Persae illis aliis nihil molesti fuerunt, Ephraem misere afflixerunt. Ceteris Ioanne Asane, uxoris fratre, praeposito, Didymotichum se recepit et adversus Thraciae urbes ex Romanis Persisque confectum agmen mittens, postulabat, uti se dominum agnoscerent: detrectantes, quantum poterat, male multabat. Vici omnes diripiebantur, capti propinquis suis pretio reddebantur. Plurimi occidebantur. Imperator hinc mirum in modum contristabatur, nec ullum mali se remedium ostendebat: neque enim urbes in ditionem veniebant, ut barbari illis vexandis abstinerent, neque ille contra hostes ex Romanis copias satis magnas habebat, ut Persas, quasi cum solis Romanis bellum toleraturus, dimitteret. Quocirca quamquam invitus et propter calamitatem Romanorum aeger animi eas occupabat, necessitate coactus scilicet

ἐπαρχίας Ῥωμαίοις ὑπηκόου Στενιμάχου καὶ Τζεπαίνης προσ- A.C. 1343
αγορευομένης, αἷς ἦσαν ἱππεῖς χιλίων οὐκ ἐλάσσους μαχιμώτατοι καὶ πλῆθος πεζῶν, ἐδόκει δεῖν στρατεύειν ἐπ' αὐτούς. καὶ ἄραντες ἐκ Διδυμοτείχου, ἦλθον ἄχρι Μόῤῥας. ἐκεῖ δὲ νοσήσαντος Ἀμούρ, περιέμενον εἴ πως γένοιτο ῥαΐσαι. ὡς δὲ ἐφαίνετο αὔξάνειν μᾶλλον τὸ κακὸν, καὶ ἀπορία ἦν οὐκ ἰατρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸς τὴν νόσον ἀναγκαίων, ἀνέστρεφον εἰς Διδυμότειχον. οἱ δὲ ἐν Βυζαντίῳ φανερῶς μὲν ἀντιτάττεσθαι πρὸς τὴν στρατιὰν τὴν Περσικὴν οὐκ ἦσαν δυνατοί. πέμψαντες δὲ στρατιὰν πρὸς τὴν P. 576
Ἀδριανοῦ, ἐφρούρουν, ὧν ἦρχεν ὁ Σφραντζὴς, μάλιστα τῶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ πόλεων μείζω καὶ ἀναγκαιοτέραν οὖσαν. καὶ τῶν ἄλλων ἐποιοῦντο πρόνοιαν ὅση δυνατὴ, ὥστε μὴ ἀποστῆναι πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα ἀπ' αὐτῶν. Σφραντζὴς οὖν πυθόμενος περὶ βασιλέως, ὡς ἐπιστρατεύσειε Στενιμάχῳ, καὶ νομίσας ὡς εἴη δυνατὸν ἐκείνου ἀπόντος ἄχρις ἐπανήξῃ τὰ περὶ Διδυμότειχον κακώσαντα αὖθις εἰς Ἀδριανούπολιν ἐλθεῖν, παραλαβὼν ὅσους ἦγεν, ἦλθεν ἐπὶ Διδυμότειχον. συνέβη δὲ τῆς αὐτῆς ὥρας καὶ βασιλέα ἐκ τῆς Μόῤῥας ἐπανήκειν μετὰ τῆς στρατιᾶς, καὶ γενομένης συμπλοκῆς, οἱ πλείους μὲν τῶν ἐπελθόντων ἔπεσον καὶ ἁλώσάν τινες ὀλίγοι. ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ στρατηγός. Ἀμούρ δὲ B
καὶ αὐτὸς ἦλθεν ἐν χρῷ κινδύνου κατ' ἐκείνην τὴν μάχην. ἐκεῖνος γὰρ, καίτοι μικρὸν τῆς νόσου ῥαΐσας, ὡς ἐγένετο ἧ

5. ῥαΐσας P. 22. ὁ om. P.

Praeterea cum Rhodopes praefectura esset Romana, Stenimachi et Zepaenes appellata, in qua equites non pauciores mille, iique bellicosissimi et multitudo peditum, visum eo movendum. Itaque Didymoticho egredientes Morrham venerunt. Illic delapso in morbum Amurio considerunt, si forte haberet meliuscule. Verum augescente malo, cum et medici et medicamenta deessent, Didymotichum reverterunt. Byzantii Marte aperto cum Persis depugnare non valebant. Missa autem cum duce Sphranze Adrianopolim praesidiaria manu, (quod ea urbs ceteris Thraciae urbibus maior et maioris momenti esset,) eam muniebant, aliis pro facultate consulebant, ne ab ipsis ad Cantacuzenum deficerent. Sphranzes itaque ut imperatorem Stenimachum tendere intellexit, ratus se posse, eo absente, agrum Didymotichensem depraedari et Adrianopolim reverti, eo quantumquantum habebat militum adduxit. Eadem hora imperator fortuito ex Morrha cum suis redit, factoque conflictu, plures de praedatoribus caeduntur, aliquot capiuntur, dux ipse interficitur. Amurius tum in extremo discrimine versatus est. Nam etsi e morbo parum adhuc se confirmasset, pugna coepta arma induit et in primam aciem processit ac tribus contis petitus, praeter opini-

A.C. 1343 συμπλοκὴ τῶν στρατοπέδων, ὁπλισάμενος ἐχώρει μετὰ τῶν προτάκτων· κοντοῖς δὲ τῶν πολεμίων τρισὶ περιτυχὼν, παρὰ δόξαν διεσώθη, πρὸς τὰς πληγὰς τῶν ὅπλων ἀντισχόντων, καὶ πολλὰς ὡμολόγει βασιλεῖ χάριτας τῆς σωτηρίας. εἰωθότα γὰρ ὅπλων μάχεσθαι χωρὶς, ὁ βασιλεὺς ἡμέραις ὀλίγαις πρότερον τῆς μάχης παρῄνει μὴ ἄφρακτον εἰσιέναι εἰς τὰς μάχας, εἰ μὴ βούλοιτο θανάτου αἴτιος καταστῆναι ἑαυτῷ· ὅσῳ γὰρ ἄν τις ἀγωνίζοιτο εὐψύχως, τοσούτῳ πεσεῖται ῥᾷστα πληγῇ τινι περιτυχὼν καὶ κατεργασθεὶς ῥᾳδίως. ᾧ καὶ πειθόμενος, καίτοι ἄνοπλος τὸν ἵππον ἐπιβὰς, αὖθις ἀναστρέψας, ἀνελάμβανε τὰ ὅπλα, τῶν βασιλέως παραινέσεων μνησθείς. βασιλίδι δὲ τῇ Ἄννῃ καὶ πατριάρχῃ καὶ μεγάλῳ δουκὶ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν τέλει ἐδόκει δεῖν πρὸς Ἀλέξανδρον πρεσβείαν ποιεῖσθαι τὸν Μυσῶν βασιλέα, ὥστε συμμαχεῖν αὐτοῖς ἐπὶ Καντακουζηνόν τὸν βασιλέα. ἐκάκου γὰρ ἡ τῶν Περσῶν στρατιὰ καὶ τὴν ἐκείνου. ὁ δὲ ὑπέσχετο, ἂν μισθὸν αὐτῷ παρέχωσι τῆς συμμαχίας τὰς κατὰ Στενίμαχον καὶ Τζέπαιναν πόλεις καὶ μείζους καὶ ἐλάττους καὶ τὴν ταύταις ἐγκαθιδρυμένην στρατιάν. ἦσαν δὲ ἐννέα, ἥ Τζέπαινα καὶ ὁ Κροτζιμὸς, ἡ Περιστίτζα, ἡ Ἁγία Ἰουστίνα, ἡ Φιλιππούπολις, πόλις θαυμασία καὶ μεγάλη, ὁ Στενίμαχος, ὁ Ἀετὸς, ὁ Μπέαδνος, ὁ Κόσνικος. στρατιὰ δὲ πρότερον μὲν ὑπὲρ τοὺς πεντακοσίους καὶ χιλίους ἦσαν· τότε δὲ ὑπὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πολέμου κἀκείνων διεφθαρμένων, ὀλίγῳ πλείους χιλίων ἦσαν, πάντες μαχιμώτατοι καὶ οὐδένων ἄλλων τῶν παρὰ Ῥωμαίοις στρατευομένων λειπόμενοι

onem, armis videlicet vulneri resistentibus, servatus est, singularesque imperatori de salute gratias egit. Solitum enim pugnare non obarmatum, imperator paucis ante diebus admonuerat, ne non munitus certamini se crederet, nisi mortem sibi accersere vellet. Quanto enim quis armis non tectus generosius dimicaverit, tanto facilius lethali plaga occubiturum. Cuius admonitionis memor, tametsi equum nudus ascendisset, reversus sese obarmavit. Anna vero imperatrix et patriarcha, item magnus dux reliquique principes, legatos ad Alexandrum, Moesorum regem, mittendos, eumque ad suppetias contra Cantacuzenum ferendas invitandum iudicarunt. Persae siquidem etiam illorum fines incursabant. Spopondit, si sibi Stenimachi et Zepaenae maiores minoresque urbes cum earum praesidiis mercedem darent; erant autem novem: Zepaena, Croetzimus, Peristitza, Sancta Iustina, Philippopolis, urbs eximia et ampla, Stenimachus, Aëtus, Beadnus, Cosmicus. Numerus militum per hoc dispertitorum prius fuit mille quingenti: tum vero bello Romano plurimis deletis, paulo infra mille numerabantur, omnes

εἰς εὐψυχίαν. οἱ δὲ, ὡς ἐπύθοντο τὴν ἀξίωσιν Ἀλεξάνδρου, A.C. 1343
παρείχοντο προθυμότατα τὰς πόλεις, δείσαντες, ὡς ἔοικε, μὴ Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ κἀκείνων προσθεμένων, πολεμίους ἔχωσιν ἀντὶ συμμάχων καὶ ὑπηκόων· καὶ ὡς ἐν συγκρίσει προτιμήσαντες Ἀλέξανδρον μᾶλλον ἔχειν σύμμαχον ἐσόμενον, ἢ τὸν πολεμοῦντα Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα. οὕτω πᾶσαν ἐπεδείκνυντο σπουδὴν καὶ προθυμίαν ὑπὲρ τοῦ P. 577
Ῥωμαίων τὴν ἀρχὴν μὴ ἐλασσοῦσθαι. ἐπεὶ μέντοι τὰς πόλεις εἶχεν ὁ Ἀλέξανδρος, ἀπῄτουν οὗτοι τὴν συμμαχίαν κα- V. 463
τὰ τὰς συνθήκας. ὁ δ' ἔφασκε μὴ δύνασθαι, ἄχρις ἂν οἱ Πέρσαι ἐνδιατρίβωσι τῇ Θρᾴκῃ· ἂν δέ τινι τρόπῳ δύνωνται πεῖσθεν ἀποχωρεῖν εἰς τὴν Ἀσίαν, τότ' ἤδη Καντακουζηνῷ ἐπιστρατεύσειν προθυμότατα. τοῦτο μὲν οὖν ἑτέρας ἐδεῖτο παρασκευῆς καὶ πραγματείας οὐ τῆς τυχούσης. ὅμως οὐκ ἔχοντες, ὅτῳ χρήσονται ἑτέρῳ, ἐτράπησαν ἐπὶ τοῦτο, καὶ κρύφα προσπέμποντες διελέγοντο Ἀμοὺρ, χρήματα δώσειν ἐπαγγελλόμενοι πολλὰ, εἰ πειθόμενος αὐτοῖς οἴκαδε ἀναχω- B
ρήσειεν. ὡς δὲ οὐδὲν τῶν βεβουλευμένων ἠδύναντο ἀνύειν, τὰς τοιαύτας ὑποσχέσεις ψόφους κενοὺς ἐκείνου λογιζομένου, ἐφ' ἑτέραν ἐτράποντο ἐπιβουλὴν καὶ Μαυρομμάτην τινὰ ἐκ Φιλαδελφείας ὄντα, ὃς ὑπὸ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως προσετέτακτο τὴν καθ' ἡμέραν τῶν ἐπιτηδείων χρείαν τῷ Ἀμοὺρ ἀποπληροῦν, τοῦτον δὴ ἔπεισαν ὑποσχέσεσι μεγάλαις

8. ἐλασσοῦμαι P. 20. Μαυρομάτην M.

viri fortissimi, qui nullis Romanis, quotquot militarent, animi magnitudine quidquam concederent. Petitioni Alexandri promptissime satisfactum est: timebatur enim, ne et illis oppidis Cantacuzeno adhaerentibus, hostes pro adiutricibus et subiectis paterentur: et velut ex comparatione Alexandrum socium, quam bellantem adversus se Cantacuzenum imperatorem futurum malebant. Sic etiam atque etiam laborabant, si superis placet, ne de imperio Romano diminutio fieret. Postquam Alexander urbes accepit, illi eum ex pactis conventis opem poscunt. Rex affirmare, se non posse succurrere, quamdiu Persae in Thracia versarentur, quos si quo modo ad Asiam repetendam perpulissent, tum demum infestis signis in Cantacuzenum cupidissime iturum. Hoc autem aliam molitionem et non vulgare studium postulabat. Verumtamen cum quid aliud agerent non viderent, in eius voluntate conquieverunt et clam submiserunt, per quos cum Amurio colloquentes, immanem ei pecuniam policiti sunt, si ipsis obsecutus domum renavigaret. Ubi quod volebant non impetrarunt, illo talia promissa inanes verborum strepitus reputante, alias insidias occoeperunt, et Maurommaten quendam Philadelphiensem, quem Cantacuzenus ad dimensum in dies Amurio praebendum constituerat, promissis urberrimis agressi sunt,

A. C. 1343 τὴν Περσῶν στρατιὰν τρόπῳ δή τινι πείθειν ἀναχωρεῖν πρὸς τὴν οἰκείαν. ὁ δὲ ἤδη ἐπιτήδειός τε εἶναι Πέρσαις δοκῶν διὰ τὴν ὑπηρεσίαν, ἄλλως θ' ὅτι καὶ Περσιστὶ διαλεγόμενος εὔνους αὐτοῖς ἐδόκει, στοχαζόμενος ὡς ἄχθοιντο διὰ
C τὴν χρονίαν τῶν οἰκιῶν ἀποδημίαν, συνεβούλευε τοῖς ἡγουμένοις μάλιστα τῆς στρατιᾶς, ὡς οὐ δέον οὕτω τοσοῦτον χρόνον ταλαιπωρεῖν ἐπὶ τῆς ξένης, ἀμελήσαντας τῶν οἴκοι, ἀλλ' ἅμα πάντα προσελθόντας τῷ Ἀμοὺρ δεῖσθαι περὶ ἐπανόδου· ἰσχυρίζεσθαί τε ὡς οὐκέτι δύναιντ' ἂν ἐπὶ τῆς ξένης διατρίβειν, τῶν οἴκοι μάλιστα ἐπιμελείας δεομένων. οὐ γὰρ ἐπὶ τούτοις ἐνταῦθα ἀφικέσθαι, ὥστε μέχρι παντὸς συνεῖναι βασιλεῖ, ἀλλ' ἐπιμαχήσαντας ὅσον ἔξεστιν, αὖθις ἀναστρέφειν. νυνὶ δὲ εἶναι οὐ μετρίαν τὴν διατριβὴν ἐπὶ δέκα μησὶν ἐν τῇ Ῥωμαίων γεγενημένην· ἣν δ' ἐπιχειρῇ καὶ αὖθις,
D ἔφασκε, κατέχειν, ἀλλ' ὑμεῖς μὴ πείθεσθε, ἀλλ' ἀπαγορεύσατε φανερῶς τὴν ἐπιπλέον διατριβήν. Ἀμοὺρ γὰρ οὕτως ἔγνωκεν, ὡς ἐνταῦθα συνεσόμενος βασιλεῖ, ἕως ἂν τῶν πολεμίων παρασκευάσῃ περιγενέσθαι, καὶ τούτου μόνου πολλὴν ποιεῖται τὴν φροντίδα· σωτηρίας δὲ ὑμῶν καὶ ἀνακωχῆς τῶν πόνων λόγος οὐδείς. ἂν δὲ νεῶν ἀπορίαν προφασίζηται, ἐν αἷς ἀποπλεύσητε εἰς Ἀσίαν, ἐγὼ ὑμῖν καὶ ταύτην τὴν ἀπορίαν λύσω. ἐκ Βυζαντίου γὰρ ἐλεύσονται πολλαί, ἐν αἷς περαιώσεσθε. πρὸς τῷ καὶ χάριν ἐκείνους ὑμῖν εἰδέναι, καὶ χρήματα παρασχέσθαι τῆς ἀναχωρήσεως. τοιαῦτά τε

6. τῆς M., τοῖς P.

ut aliqua ratione Persis reditionem in Asiam persuaderet, cum propter eam functionem ipsis iam familiaris videretur, et quod Persice loquebatur, etiam ab iisdem pro benevolo haberetur. Hic diuturnam a patria absentiam illis molestam esse coniicicns, ducibus potissimum exercitus consilium dat, non oportere tam longinquo tempore domesticis neglectis, peregre vitam miseram exigere, sed simul omnes Amurium convenire ab eoque reditum flagitare asseverareque, se in exteris locis ultra non posse vivere, cum domestica procuratione maxime indigeant. Haud enim ea conditione huc profectos, ut imperatorem perpetuo assectarentur, sed ut, cum ei quantum liceret subsidio fuissent, domum remearent. Nunc non parum diu, totos scilicet decem menses in solo Romano haesisse. Quodsi eos diutius retinere conaretur, ne obtemperarent ulterioremque moram libere aversarentur. Amurium quippe statuisse tamdiu hic apud imperatorem perseverare, quoad eum hostibus superiorem effecerit, et in hoc solo multam curam consumere, salutem suorum militum laborumque levationem nihil pensi habere. Si penuriam navium, quibus in Asiam traiiciant, obtendat, se illos ex ista difficultate explicaturum; Byzantio etenim complures affore, quibus

παρῆνει καὶ ἔπειθε, κατὰ γνώμην ὄντα καὶ αὐτοῖς. καὶ τῷ A.C. 1343
σφετέρῳ σατράπῃ προσελθόντες Ἀμοὺρ, περὶ τῆς ἐπανόδου P. 578
διελέγοντο, ὥσπερ ὑπὸ Μαυρομμάτου ἐδιδάχθησαν. Ἀμοὺρ
δὲ πρῶτα μὲν ἐξεπέπληκτο δεινῶς τοὺς λόγους καὶ ἐθαύμα-
ζεν ὅθεν εἰς τοιαῦτα προαχθεῖεν· ἔπειτα ἐπεχείρει πείθειν,
ὡς δέον ἔτι περιμένειν ἐπικουροῦντας βασιλεῖ. ἀναγκαίαν
γὰρ εἶναι τὴν αὐτῶν παρουσίαν, πολλῶν αὐτίκα ἐπικεισο-
μένων πολεμίων, ἂν αὐτοὶ ἀναχωρῶσι, μάλιστα δι' αὐτοὺς
ἀμυνομένων· ἤννε δὲ οὐδέν. ἔφασαν γὰρ ἀναφανδὸν, ὡς,
εἰ μὴ βούλοιτο σὺν αὐτοῖς κἀκεῖνος οἴκαδε ἀναχωρεῖν, ἀλλ'
αὐτοὶ πρὸς Βυζάντιον ἐλθόντες, (πίστεις γὰρ λαβεῖν ἐκεῖθεν
τοῦ μὴ ἐπιβουλευθῆναι ὑπ' αὐτῶν,) περαιώσονται πρὸς Βι- B
θυνίαν· εἶτα διὰ Φρυγίας καὶ Λυδίας ἀφίξονται εἰς Ἰωνίαν.
ἐρομένου δὲ αὐτοῦ, τίνι χρώμενοι διαλλακτῇ τὰς πρὸς Βυζαν-
τίους ποιήσαιντο συνθήκας, οὐκ ἔφασαν κατάδηλον ποιήσειν
ὀμωμοκότες ἀποκρύπτειν. ἐπὶ πεντεκαίδεκα μὲν οὖν ἡμέραις V. 464
ὁ Ἀμοὺρ τοῖς Πέρσαις διετέλεσε διαλεγόμενος καὶ πείθειν
ἐπιχειρῶν μὴ ἀπαίρειν εἰς Ἀσίαν. ἐπεὶ δὲ ἀνήνυτα πονῶν
ἑώρα, ἀπήγγελλε πάντα βασιλεῖ μετὰ πολλῆς τῆς ἀθυμίας
καὶ ἐμαρτύρετο θεὸν, ὡς αὐτὸς μὲν τοιαύτῃ γνώμῃ πρὸς
αὐτὸν ἀφίκοιτο, ὡς αὐτῷ συνδιατρίψων ἄχρις ἄν τι τοῦ
νυνὶ πολέμου πέρας γένοιτο, καὶ ὡς ἐκείνους ἐκλέξοιτο συν- C
εῖναι οἷς μάλιστα ἐθάῤῥει, ὅτι πάντα κίνδυνον ὑποστήσον-

13. *Καρίας* P. et M. mg., textus *Λυδίας.*

mare transmittant. Ad haec gratiam illis habitum et pecuniam quanto opus sit suppeditatum iri. Hi erant hortatus Maurommatis, qui nec Persis displicebant. Ad satrapam igitur suum adeunt, super reditu suo, quemadmodum a Maurommate edocti fuerant, verba faciunt. Amurius principio eo sermone vehementer obstupescere et mirari, qui ista eos cogitatio subiisset. Deinde eniti, ut illos ad imperatorem porro adiuvandum retineret: necessariam enim eorum esse praesentiam, qui si recesserint, per quos praecipue defenderetur, hostes mox confertim impetum in eum facturos. Sed hoc erat nebulas diverberare; palam namque profitebantur, nisi cum ipsis patriam repeteret, se Byzantium profectos, (unde iam accepissent fidem publicam, quo securi essent,) inde in Bithyniam soluturos, post per Phrygiam et Lydiam in Ioniam venturos. Interrogati, quonam usi arbitro seu pacificatore cum Byzantiis foedus pepigissent, eius nomen se edituros negaverunt, quando ei silentium iuraverint. Ad quindenos omnino dies Amurius cum Persis continenter agendo laborandoque, ne in Asiam cogitarent, consumpsit. Ubi se mortuis concionatum vidit, perquam tristis imperatori omnia exposuit, Deum testatur, se quidem ad ipsum eo scopo venisse, ut ante exitum belli huius ab eo non discederet, et eos delegisse, quos in primis

A.C. 1343 ται τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας. νυνὶ δὲ τοὐναντίον ἅπαν γεγενῆσθαι. τὸ γὰρ στρατόπεδον ὑπό τινων ἐνταῦθα τὰ βασιλίδος φρονούντων διεφθάρθαι καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀναχωρεῖν πεπεῖσθαι. πολλὰ δὲ ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέραις περὶ τοῦ μένειν αὐτοῖς διαλεχθέντα, μηδὲν πλέον ἠνυκέναι, πάντων ὁμοῦ πρὸς τὴν ἐπάνοδον ὁρμῇ τινι κατασχεθέντων παραβόλῳ· ἐξετάσαντα δὲ πολλὰ περὶ τοῦ τοιαῦτα πεπεικότος, μηδαμῶς δυνηθῆναι ἐξευρεῖν. τὸ μὲν οὖν αὐτὸν μόνον παραμένειν, ἀπελθούσης τῆς στρατιᾶς, ἀσύμφορον ἡγεῖσθαι. οὐδεμία γὰρ ὠφέλειά τις ἔσται τῆς παρουσίας τῆς αὐτοῦ. εἰ δ' αὐτῷ λυσιτελέστερον δοκεῖ καὶ ἐπιψηφίσαιτο καὶ αὐτὸς, τὸ νῦν μὲν ἔχον D εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανελθεῖν μετὰ τῆς στρατιᾶς· ἐκεῖ δὲ δίκας τὰς ἐσχάτας παρ' αὐτῶν τῆς εἰς αὐτὸν καὶ βασιλέα λαβόντα προδοσίας, (μάλιστα γὰρ ἐκεῖ τοῦτο εἶναι ἀνυστὸν αὐτῷ,) ἔπειτα ἑτέρους ἔχοντα τοὺς μάλιστα πιστοτάτους καὶ μέχρι παντὸς αὐτῷ βουλησομένους συγκινδυνεύειν, κατὰ τάχος ἐπανήκειν, εὖ διαθέμενον τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, ἐπιτρόπους καταστήσαντα τῆς ἀρχῆς καὶ διαδόχους μετὰ τελευτὴν, ὡς οὐ ταχέως αὖθις ἐπανήξοντα, ἀλλ' ἢ συγκατεργασόμενον τὸν πόλεμον, ἢ ἐνταῦθα ἐν τῷ μάχεσθαι πεσούμενον.

P. 579 ξζ'. Βασιλεὺς δὲ ἠνιᾶτο μὲν πρὸς τὴν ἀναχώρησιν ἐκείνου· ᾔδει γὰρ ἐπιθησομένους πανταχόθεν πάντας. ὁρῶν δὲ ὡς ἀδύνατον τὴν Περσῶν παρακατέχειν στρατιὰν, πρὸς τὴν ἐπάνοδον ἤδη ὡρμημένην, Ἀμοὺρ μὲν τῆς εἰς αὐτὸν

20. ἐνταῦθα add. M.

propter animorum in se propensionem cuivis periculo pares futures speravisset. Nunc prorsus contra evenisse. Exercitum enim a clandestinis quibusdam imperatricis fautoribus corruptum et ad patrias sedes repetendas impulsum esse. Cumque per dies quindecim eos retinere annixus fuerit, satius nihilo fecisse, universis ad reditum audaci quodam ac temerario impetu concitatis, nec se auctorem huius consilii, quantumvis serio inquirentem, invenire ullo modo potuisse. Se itaque solum restare, carentem exercitu, ineptum negotium existimare. Quid enim sua unius praesentia conduxerit? Sin ipse utilius censeat suoque suffragio approbet, se domum in praesens cum copiis discessurum, ibique quod facillime possit, poenas sui et imperatoris proditi quam severissimas expetiturum. Postea domo sua bene composita et ordinata, praefectis provinciae et successoribus post mortem suam institutis, (non enim intra breve tempus in Asiam reversurum, sed aut bellum cum eo confecturum, aut hic in acie occubiturum,) cum aliis longe fidelissimis semperque secum militare volentibus celeriter reventurum.

67. Imperator de hoc discessu indoluit, quod se undique appetitum iri cerneret. Intelligens autem Persas ad reditum tantopere

εὐνοίας πολλὰς ὡμολόγει χάριτας· συνεβούλευε δὲ, ἐπεὶ μὴ A.C. 1343
πείθειν οἷόστε ἐγένετο, πρεσβείαν πρὸς βασιλίδα πέμπειν B
εἰς Βυζάντιον καὶ ὁμοίους τοῖς προτέροις περὶ τῆς εἰρήνης
ποιεῖσθαι λόγους καὶ τὴν ἀβουλίαν ὀνειδίζειν αὐτοῖς, ὅτι
διὰ ταύτην τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ πολλῆς αἴτιοι γεγένηνται
φθορᾶς, καὶ ἔτι πλείονος, ἂν μὴ πείθωνται, γενήσονται.
παραινεῖν τε αὖθις τὸν πόλεμον καταλύειν, καὶ μὴ διὰ φι-
λονεικίαν ἔχουσαν οὐδὲν ὑγιὲς περιορᾶν ὁσημέραι τοὺς ὁμο-
φύλους ἐξανδραποδιζομένους καὶ κτεινομένους καὶ τὰ ἔσχατα
τρεπομένοντας. ἐκεῖνοι δὲ (καὶ γὰρ οὐδένα αὖθις, ὥσπερ καὶ
πρότερον, ποιήσονται τῆς εἰρήνης λόγον,) ἐπὶ τὸ πείθειν αὐ- C
τὸν αὐτίκα τρέψονται ἀφίστασθαι ἐκείνου, καὶ πέμψαντες
ἀξιόχρεών τινα, ὃν οἰήσονται τοῦτο κατεργάσεσθαι δυνή-
σεσθαι, παρέξονται καὶ χρήματα πολλὰ τῆς ἀναχωρήσεως
μισθὸν καὶ ναῦς, αἷς χρήσεται πρὸς τὴν διάβασιν. καὶ τῇ τε
στρατιᾷ τὸ σπουδαζόμενον ἔσται ἠνυκῶς, καὶ τὰ χρήματα
λαβὼν ἀμείψεται τοὺς προθύμως συστρατευσαμένους. οὐ γὰρ
δίκαιον ὁμοίως πᾶσιν ὀργίζεσθαι καὶ δίκας ἀπαιτεῖν, ἀλλὰ V. 465
τοὺς μὲν αἰτίους τῆς αὐθαδείας μέτρια κολάζειν, ἵνα μὴ
παράδειγμα τοῖς ἄλλοις γίνωνται ἀναισχυντίας, τοὺς δὲ λοι-
ποὺς ἀξίως ἀμείβεσθαι τῶν πόνων, ἵνα τῇ τε κολάσει τῶν
ἀγνωμόνων ἐκφοβῇ, καὶ τῇ περὶ τὰς εὐεργεσίας φιλοτιμίᾳ
πρὸς εὔνοιαν ἐφέλκηται. ὁ μὲν οὖν ἐπείθετο αὐτίκα καὶ τῆς D
παραινέσεως εὐχαριστήσας βασιλέα, πρεσβείαν ἔπεμπε πρὸς

5. πολλοῖς P.

inflammatos, ut cohiberi non possent, Amurio de tam prolixa erga se voluntate gratias agit amplissimas suasitque, ut, quoniam militem suum flectere nequivisset, oratores Byzantium ad imperatricem mitteret, qui similiter, ut antehac, de pace dissererent illisque dementiam exprobrarent, per quam Romano principatui exitium magnum invexerint ac nisi in viam redeant, maius invecturi sint. Hortaretur autem rursus, bellum missum facerent, neu ob insipientem istam contentionem quotidie suae gentis mortales in servitutem abripi, trucidari et ad aerumnas redigi sinerent. Illos vero, ut alias, nullum de pace verbum locuturos, sed persuadere enixuros, uti quamprimum a Cantacuzeno se disiungat, et misso quopiam huic muneri idoneo, magnam pecuniae vim, discessus mercedem, ac praeterea classem suppeditaturos. Sic et quod exercitus usque adeo contenderet, perfectum fore, et illum accepta pecunia libenter sub se militantes remunerari posse. Non enim aequum, irasci pariter omnibus, sed superbiae et contumaciae incentores modice puniendos, ne alios impudentiam exemplo suo doceant; reliquis convenienter laborum meritis praemia persolvenda, ut et supplicio improborum terreat, et beneficentiae studio alios ad se diligendum

A.C. 1343 βασιλίδα καὶ διελέγετο περὶ εἰρήνης αὖθις. Ἀπόκαυκος δὲ ὁ μέγας δοὺξ μετὰ τῶν συναρχόντων περὶ μὲν τῆς εἰρήνης οὐδένα λόγον ἐποιήσαντο, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐκείνου κατηγόρουν, ὅτι σατράπης ὢν καὶ δύναμιν τοσαύτην κεκτημένος καὶ παρὰ Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων τιμώμενος τοσοῦτον, ὥσπερ ἀνδράποδον ἔποιτο Καντακουζηνῷ τοσοῦτον χρόνον ἐπὶ ξένης ταλαιπωρῶν ἐπὶ κέρδει μὲν οὐδενὶ, ἀδοξίᾳ δὲ ἐσχάτῃ, ἥπερ
P. 580 περιβέβληκεν αὐτὸν ἑκών· τὸ δὲ δὴ μέγιστον, ὅτι καὶ δορυφόρου τάξιν ἐπέχειν οὐκ ᾐσχύνθη πρὸς Καντακουζηνὸν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἐκείνου σκηνὴν ἐρχόμενος, ἀγρυπνοίη νύκτωρ, ὡς ἂν ἐκεῖνος ᾖ ἔγχῃ μηδὲν ὕφορώμενος δεινόν. ταῦτα μὲν οὖν εἰς τοσοῦτον ἀδοξίας ἄγοντα αὐτὸν, εἰ φίλον ἐκείνῳ τοιαῦτα ὑπομένειν, οὐδ' αὐτοῖς μελήσειν περὶ τῆς ἐκείνου ὕβρεως. νυνὶ δὲ εἰ ἀρκοῦσα ἔδοξεν ἡ ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ἐπὶ τῆς ξένης ταλαιπωρία καὶ δέοιτο ἐπανελθεῖν πρὸς τὴν οἰκείαν, ξυλλήψεσθαι οὐκ ὀλίγα καὶ αὐτούς. εἴτε γὰρ διὰ Βιθυνίας καὶ Φρυγίας ἐπὶ τὴν Ἰωνίαν βούλοιτο ἐλθεῖν, ἀδεᾶ τὸν πόρον παρασχεῖν αὐτοὺς ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἢ τὸν κατὰ τὸ Βυζάντιον πορθμόν· εἴτε ναυσὶ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀποπλεῦσαι, τριήρεις παρασχέσθαι καὶ ναῦς ἑτέρας, τὴν στρατιὰν δυνησομένας ὑποδέξασθαι. ἐπεὶ δὲ χρεία καὶ χρημάτων αὐτῷ ἀμείβεσθαι τοὺς ἐπὶ τοσοῦτον αὐτῷ χρόνον συστρατευομένους, παρέξειν ὅσα ἂν συμβῶσι. τοιαῦτα μὲν ὁ μέγας δοὺξ ἀπεκρίνατο πρὸς τὴν πρεσβείαν. ὁ βάρβαρος δὲ πρὸς τὴν κατὰ τοῦ δεσπό-

7. ᾗ P. 18. τὴν Ἑ. P. 21. ὑποδέξεσθαι M. 23. ἂν M., ἄρ.

alliciat. Amurius extemplo paret et de admonitione imperatori gratias agit, legatos ad imperatricem denuo de pace actum mittit. Apocauchus magnus dux et collegae de pace silent penitus, Amuriumque primum reprehendunt, quod satrapa et tam potens atque apud Romanos iuxta ac barbaros in tanta admiratione, mancipii instar Cantacuzenum sequatur, tamdiu in terris peregrinis miser, nullo lucro, cum ignominia autem summa, quae illum scientem volentemque cooperuit. Iam illud turpissimum esse, quod et satellitis locum apud Cantacuzenum tenere non erubuerit, ad cuius praetorium noctu excubarit, ut ipse omni metu solutus sterteret. Haec igitur tanti plena dedecoris si ipsi grata sint, nec sibi, quid ei foedum atque indignum accidat, curae futurum. Nunc si tam longi temporis in extero solo incommodis satiatus, ad sedes suas reverti concupiscat, se quoque ipsum in hoc non leviter adiuturos. Sive enim per Bithyniam et Phrygiam in Ioniam ire paret, tutum iter per Hellespontum aut per fretum Byzantinum praestituros: sive recta in suam provinciam abnavigare, triremes et alia navigia daturos, quae exercitum deportent. Et quia necesse habeat,

... ...ρείαν βουλόμενος ἐνίστασθαι „δοκεῖτέ μοι" ἔφη „πο- A.C. 1343
λέμιοι μόνον εἶναι ... φίλοι δὲ οὐδενός. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο
ἦν, οὐκ ἂν οὕτως ἦτε πόριμοι μη... μὲν καὶ ἐπιβουλὰς ἐξευ-
ρίσκειν κατὰ τῶν πολεμίων, τῇ τε γλωττ... ...ώμενοι ἀφειδῶς
πρὸς ὕβρεις, ὥσπερ διὰ τοῦτο ταύτην κεκτημένοι, ... πᾶσαν
ἄλλην ἐπιδεικνύμενοι πονηρίαν, τῶν δὲ φίλοις προσηκόντω...
ἐπιστάμενοι οὐδέν. ὅθεν ὑπὸ τῆς ἄγαν περὶ ταῦτα ἀπειρίας καὶ
τοῦ ἐμοῦ δεσπότου κατηγορήκατε ἀδοξίαν, ὅτι πρὸς τὴν βα-
σιλέως σκηνὴν ἐλθών; ἀπὸ τῶν ἐπιβουλευόντων πολλῶν ὄντων
μάγρυπνῶν ἐφύλαττεν, ὑπὸ τῆς περὶ βασιλέα ἡττώμενος εὐ-
νοίας καὶ πάθει μόνῳ τῶν πάντων παθῶν ἡδίστῳ τε ἅμα
καὶ ζηλωτῷ δεδουλωμένος. ἐρωτήσω δὲ ὑμᾶς, τίς βέλτιον
περί τε τὸ προσῆκον καὶ τὸ δίκαιον καὶ πρὸς φιλοτιμίαν ἐβου-
λεύσατο, σατράπης ὁ ἐμὸς δεσπότης, ὃς τῆς εἰς βασιλέα ἕνε-
κα φιλίας τοσοῦτον εἵλετο πόνον καὶ ἀδοξίαν, ὡς ὑμεῖς φα-
τε, ἢ ὑμεῖς; οἳ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀπολελαυκότες βασιλέως
εὐεργετημάτων, ἔπειτα πάντων ὥσπερ ἐπιλελησμένοι καὶ πολ- D
λὴν ἐπιδειξάμενοι ἀγνωμοσύνην καὶ ἀχαριστίαν, διαβολαῖς
χρησάμενοι καὶ συκοφαντίαις, τὸν πόλεμον κεκινήκατε τὸν
μέχρι τε νῦν πολλῶν κακῶν αἴτιον γενόμενον ὑμῖν καὶ ἔτι
μειζόνων, ὡς ὁρῶ, ἐσόμενον· καὶ οὐδ' αὐτὸ τοῦτο γοῦν αἰ-
σθανόμενοι, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι, ὅτι τὰς ἰδίας σάρκας κα-
τεσθίετε. ἢ δῆλον, ὡς ἐκεῖνος μὲν γενναίου καὶ μεγαλόφρο-

etiam stipendia suis tamdiu militibus solvere, quantum debeatur largituros. Haec magnus dux legato respondit. Verumenimvero barbarus domini reprehensionem non ferens, Videmini mihi, inquit, tantum odisse multos, diligere neminem. Quod si secus esset, non ita ad machinas et insidias contra hostes excogitandas expediti essetis, lingua largi ad contumelias, acsi ideo eam possideretis, et omne genus nequitiarum exercentes, amicorum autem officia funditus nescientes. Prae horum magna imperitia dominum meum rei cuiusdam servilis et ingloriae accusastis, quod imperatorem, ante eius tabernaculum excubans, ab insidiatoribus, qui multi erant, custodierit, victus scilicet amore illius et affectione sola omnium affectionum iucundissima et ab omnibus expetenda subactus. Interrogabo autem vos, uter melius de decoro et de iusto et honorifico sensit, satrapa dominus meus, qui ex amicitia tantum pro imperatore laborem et dedecus capessivit, ut dicitis, an vos, qui compluribus et excellentibus beneficiis ab eo affecti, deinde omnium velut obliti, per improbitatem et ingrati animi vitium, immo et per calumnias et sycophantias bellum excitastis, quod usque hodie tot malis vos cumulavit, et quantum auguror, pluribus cumulabit. Nec hoc saltem animadvertitis, ut insani videlicet, quomodo carnes vestras ipsi devoretis. An clarum est, ipsum quidem ingenuum

A.C. 1343 V. 466 P. 581 νος καὶ νόμους φιλίας ἀνδρὸς εἰδότος [illegible] ποιεῖν, ὑμεῖς δὲ πονηροτάτων καὶ [illegible]ιων τοὺς τρόπους καὶ ἓν τοῦτο μόνον καλῶ[illegible]ντων, πολεμεῖν καὶ διαφθείρειν τοὺς προστυ[illegible]ας, ὠφελεῖν δὲ οὐδένα;" ὁ μέγας δὲ δοὺξ ἐξ ἀ[illegible]νοιας δῆθεν συγχέειν τὸν βάρβαρον ἐθέλων, „οὐκοῦν ὁμολογεῖς" εἶπε „τὸν σὸν δεσπότην δοῦλον εἶναι Καντακουζηνῷ;" ὁ δὲ „καὶ μάλιστα" εἶπε „καὶ τὴν ἀκριβῆ δουλείαν, καθ' ἣν οἱ ἀγαθοὶ τοὺς τρόπους ἡττῶνται τῶν καλῶν καὶ ἄχθονται ἀποσπώμενοι τοῦ δουλεύειν τοῖς τοιούτοις, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς μοχθηρίας καὶ φθόνου καὶ πανουργίας πεφύκατε δοῦλοι ἀκριβῶς. ταύτην γὰρ κἀγὼ δουλείαν ὁμολογῶ εἶναι ἀληθῶς, καθ' ἣν δουλοῦται ἡ ψυχή· τὴν δὲ ἐκ τῶν χρημάτων καὶ αἰχμαλωσίας, οὐ ψυχῆς εἶναι, ἀλλὰ σώματος βιαζομένου ἀκουσίως. διόπερ ἐκείνην πάντες τε μισοῦμεν ἐπίσης καὶ παντὶ τρόπῳ ἐπιχειροῦμεν διαφεύγειν." θαυμάσαντες δὲ ἐκεῖνοι τῆς συνέσεως τὸν βάρβαρον, „ἀλλὰ ταῦτα μὲν" εἶπον „ἐῶμεν. οὐ γὰρ αὐτοῦ δεῖσθαι τῆς πρὸς τὰ βελτίω παραινέσεως· ἐφ' ἃ δὲ μάλιστα τρεψώμεθα ἡ σπουδή." καὶ αὐτίκα τὸν Λουκᾶν Γεώργιον ἡροῦντο πρεσβευτὴν πρὸς τὸν Ἀμοὺρ, εὐφυῶς τε ἔχοντα πρὸς τὰς πρεσβείας καὶ ἄλλως ἐπιτήδειον ὄντα τῷ σατράπῃ· ἦν γὰρ καὶ πρότερον ὡμιληκὼς καὶ δοκῶν ἐν συνηθείᾳ εἶναι. ἐπεὶ δὲ ἦκον πρὸς ἐκεῖνον καὶ ἀπήγγελλον τὰ τῆς πρεσβείας, Ἀμοὺρ μὲν ἀκκίζεσθαι ἐδόκει καὶ ἀπηγόρευεν ἐπιπολύ· ἔπειτα ὡς ἐπι-

B

10 δοῦλοι] 15 θαυμάσαντες] 20 ἄλλως]

4. ὠφελεῖν δὲ οὐδένα om. P.

et magnanimum gerendaeque amicitiae non imperitum imitari voluisse, vos autem improbissimorum ac stolidorum mores, et unum dumtaxat non male scientes, quosvis oppugnare et interficere, nulli autem prodesse. Hic magnus dux argutari volens et barbaro pudorem incutere, Quid? faterin' ergo, dominum tuum Cantacuzeno servire? Ego vero fateor, respondet legatus, et quidem perfecta servitute, qua boni viri vincuntur a bonis, nec sine molestia inde abstrahuntur: quemadmodum et vos ad servitutem pravitati, invidiae, calliditati diligenter serviendam natura comparati estis. Hanc quippe et ego servitutem veram esse autumo, qua se animus subiicit: illam autem, quam venditi et captivi patiuntur, non animi esse, sed corporis, quod animo repugnante subesse cogitur. Quam ideirco omnes aequaliter odimus et velis remisque effugere nitimur. Illi prudentiam barbari admirantes, Sed haec quidem, aiunt, mittamus; non enim tua ad virtutem cohortatione egemus, sed quid potissimum agamus, id quaerimus; statimque Georgium Lucam legatum ad Amurium deligunt, accommodatum ad hoc munus et alioqui eiusdem satrapae amicum, et ut ex priori consuetudine apparebat, etiam familiarem. Ad eum ut venit legationemque explicavit, Amu-

πλεῖον ἐγίνοντο οἱ λόγοι καὶ ἐδεῖτο ὁ Λουκᾶς, ἐπηγγέλλετο A.C. 1343
ἀναχωρήσειν, βασιλίδι τε χάριν πολλὴν κατατιθέμενος ἐν C
τούτῳ καὶ αὐτῷ, ὅντι τῶν ἐπιτηδείων· ἄλλου γὰρ πρεσβεύοντος ἔφασκεν οὐκ ἂν πεισθῆναι. καὶ συνέβησαν εἰς Αἶνον τὰς τριήρεις ἐλθεῖν, αἷς χρήσεται πρὸς τὸν ἀπόπλουν, ἀγούσας καὶ τὰ χρήματα, ἃ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ. Λουκᾶς μὲν οὖν τὰ μέγιστα κατεργασάμενος, ὡς ἐδόκει, ἐπανῆκεν εἰς Βυζάντιον, καὶ παρεσκευάζοντο αἵ τε νῆες καὶ τὰ χρήματα. Ἀμοὺρ δὲ μετὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Τραϊανούπολιν κατεσκαμμένην οὖσαν ἐκ πολλῶν ἐτῶν στρατοπεδευσάμενος, τὰς ἐκ Βυζαντίου περιέμενε τριήρεις. βασιλεὺς δὲ, ὀλίγῳ πρότερον τῶν Κουμουτζηνῶν προσχωρησάντων, Ματθαῖον ἔπεμψε τὸν πρεσβύτερον τῶν υἱῶν κατέχειν τὴν πολίχνην· ἐλθόντι δὲ καὶ ἄλλα φρούρια προσεχωρησαν περὶ ἐκείνην ᾠκισμένα, τό,τε προσαγορευόμενον Ἀσώματος D
καὶ ἡ Παραδημὼ, τό,τε Κρανοβούνιον καὶ Στυλάριον, ἃ καὶ μεγάλην ὕστερον πρὸς τὸν πόλεμον ὠφέλειαν εἰσήνεγκε.

ξή. Τότε δὲ νοσηλευομένου τοῦ υἱοῦ, ἐδόκει δεῖν ἐν P. 582
ὅσῳ διαμέλλουσιν αἱ τριήρεις παραγίνεσθαι πρὸς ἐκεῖνον καὶ τῆς τε νόσου ἕνεκα ἐπισκεψάμενον καὶ περὶ ἄλλων ὧν B
ἐδεῖτο ὁμιλήσαντα, αὖθις ἀναστρέφειν. καταλιπὼν οὖν τὴν στρατιὰν ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου, πεντήκοντα μόνους ἔχων Ῥωμαίων καὶ δύο τῶν Περσῶν, ἐβάδιζεν εἰς Κουμουτζηνὰ διὰ V. 467
τὸ μηδεμίαν ἐν τῷ μεταξὺ πολεμίων ὑποπτεύειν ἔφυδον. ξέπεὶ δὲ ἐπεγένετο ἡ νὺξ, ηὐλίσαντο ἐπί τινι κώμῃ ἀοικήτῳ,

8. καὶ παρεσκευάζοντο — χρήματα om. P. 9. τὴν om. P.

rius per simulationem tergiversari ac recusare. Deinde ubi Lucas preces longas addidit, recessurum sese et in hoc imperatrici atque adeo ipsi familiari suo gratificaturum promisit; ab alio enim se huc adduci minime potuisse. Et convenit inter eos, ut triremes cum promissa pecunia Aenum mitterentur. Lucas itaque, re omnium opinione maximi momenti transacta, Byzantium rediit, ubi naves et pecunia comparabantur. Amurius cum Cantacuzeno ad Traianopolim iampridem dirutam castrametatus, Byzantinas triremes exspectabat. Imperator ad Cumutzena oppidulum, quod nuperrime se dediderat, in fidem accipiendum, Matthaeum filium seniorem mittit, cui praesenti alia item finitima oppidula se dediderunt, nempe Asomatus, Parademo, Cranobunium, Stylarium, eaque non mediocre postea bello adiumentum attulerunt.

68. Filium aegrotantem sententia fuit interea dum naves in exspectatione sunt, visere habitisque cum eo sermonibus necessariis reverti. Relicto igitur in castris exercitu, cum solis quinquaginta Romanis et duobus Persis Cumutzena versus abiit, quod ni-

A.C. 1343 λείψανα τῆς ἀρχαίας συνοικίας ὀλίγα τινὰ ἐχούσῃ. συνέβη δὲ τῆς αὐτῆς νυκτὸς καὶ στρατιὰν Περσῶν πεζὴν ἄρτι περαιωθεῖσαν ἐκ τῆς Ἀσίας ἐπὶ λείαν, τοῖς ἐκεῖ αἰγιαλοῖς προσχεῖν, ἀποβᾶσαν δὲ ἐπὶ μὲν τῶν νεῶν τὴν φυλακὴν ἑκατὸν καταλιπεῖν, τοὺς ἐπιλοίπους δὲ, ὄντας περὶ χιλίους, ἐπὶ τὴν Cλεηλασίαν ἐξελθεῖν· γενομένους δὲ ἔνθα ηὐλίζετο ὁ βασιλεὺς, καὶ πόρρωθεν ἡμμένην πυρὰν ἰδόντας, ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ χωρίον, πᾶσαν ποιουμένους πρόνοιαν ἀγνοηθῆναι, ὥστε κατασκέψασθαι, οἵτινες εἶεν οἱ χρώμενοι ἐκείνῳ τῷ πυρί· οὕτω γὰρ αὐτοὶ διηγοῦντο ὕστερον. ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐγγὺς, στρατιὰν ἰδεῖν πλήθει ὑπερέχουσαν, ὡς ἐδόξεν, αὐτῶν πολύ. εὐθὺς μὲν οὖν εἰσῆλθε δέος, μὴ αἰσθομένοις αὐτοῖς τοσούτοις οὖσιν οὐχ οἷοίτε ὦσιν ἀντισχεῖν, ἀλλὰ διαφθαρῶσι κρατηθέντες. ἔπειτα ὡς ἠσθάνοντο ἀγνοηθέντες, ἐβουλεύσαντο διελόμενα τετραχῇ καὶ περιελθόντες τὸ στρατόπεδον, προσβάλλειν ἀπροσδοκήτοις πανταχόθεν. οἰηθῆναι γὰρ διὰ τὸ ἀπροσδόκητον Dκαταπλήξαντας περιγενέσθαι, καὶ πλειόνων ὄντων. οἱ βάρβαροι μὲν οὖν ἐποίουν κατὰ τὰ βεβουλευμένα, καὶ περιεκάθηντο τὸ στρατόπεδον, ἀναμένοντες τὸ σύνθημα. τῷ στρατηγοῦντι δὲ αὐτῶν ἐδόκει, μὴ πρὸς τοσαύτην στρατιὰν οὕτω διακινδυνεύειν, ἀγνοοῦντα ὅθεν τε εἴη καὶ τὸν ἀριθμόν· καὶ πέμψας δύο τῶν βαρβάρων πρὸς τὸ ὕδωρ, (ἦδεσαν γὰρ οὗσαν ἐκεῖ πηγὴν,) ἐκέλευεν, εἰ δύναιντο, τῶν ἐκ τοῦ στρατο-

2. καὶ add. M. 23. ἐκέλευον P. et M.

hil hostilis incursionis per viam metueret. Nocte in vico deserto paucis adhuc viciniarum parietinis exstantibus manserunt. Eadem nocte Persarum peditum manus ex Asia ad eadem littora populationis ergo appellitur. Egredientes ad custodiam navium centenos relinquunt, alii circiter mille raptum vadunt. Cum eo processissent, ubi imperator pernoctabat, foco luculento procul conspecto, propius ad locum pedetentim et summo silentio, ut laterent, accedunt: speculatum videlicet, quinam ad pyram illam mortales essent, id quod ipsi postea narraverunt. Et ecce vident exercitum, suo, ut putabant, multo numerosiorem. Illico timore corripiuntur, ne, illis tanto pluribus rem sentientibus, cum ipsi ad resistendum infirmi essent, victi conciderentur. Post ubi se nondum sentiri animadverterunt, quadripartito agmine castris circumdatis, undique de improviso in illos irruere constituunt. Credebant enim impetu inopinato consternatos, quamvis plures forent, superaturos. Barbari igitur consilium explicantes, castra cingunt, ad invadendi signum intenti. At vero dux arbitrari, cum tantis copiis non ita temere dimicandum, quando nec unde, nec quantae tandem sint, satis constet. Duos ad propinquum et notum illis fontem aquatum mittit, simulque mandat, ut e castris aliquem, si possint, captivum

πέδου συλλαμβάνειν τινὰ, ὥστε παρ' αὐτοῦ τι βέβαιον περὶ A.C. 1343
τῆς στρατιᾶς μαθεῖν. οἱ μὲν οὖν οὕτως ἐνήδρευον πρὸς τῇ
πηγῇ, παιδίου δὲ ἑνὸς τῶν βασιλεῖ συνόντων ἐλθόντος ἐπὶ τὸ
ἀρύσασθαι, ὥρμησαν μὲν οἱ βάρβαροι κατασχεῖν. μὴ δυνη- P. 583
θέντες δὲ διὰ τὸ διαδρᾶναι φυγῇ χρησάμενον, πρὸς τὸν στρα-
τηγὸν ἐλθόντες, ἀπήγγελλον τὸ συμβὰν, ὡς ἤδη ἐγνωσμένων.
τοῖς βαρβάροις δὲ τότε μᾶλλον ἔδοξεν ἡ στρατιὰ πλήθει τε
αὐτῶν ὑπερέχουσα πολλῷ καὶ ἀπὸ μόνης φοβερὰ τῆς ὄψεως,
ὥστε καὶ ἀπεγίνωσκον τὸ διὰ μάχης αὐτοῖς ἰέναι, ἀγαπητὸν
ἡγούμενοι, ἂν ἐκεῖθεν ἀπαθεῖς κακῶν ἀπαλλαγῶσι, καὶ ἡσύ-
χαζον, τὴν ἀναχώρησιν περιμένοντες τῆς στρατιᾶς. βασιλεὺς
δὲ ἐπεὶ τὸ παιδίον τεθορυβημένον ἐλθὸν ἀπήγγελλεν, ὡς πρὸς
τῇ πηγῇ διώκοιτο ὑπό τινων, Πέρσας δὲ τοὺς διώκοντας
εἶναι οἰηθῆναι, τὸ μὲν ἀπεπέμψατο ὡς ὑπο φάσματός τινος
ἐκπεπληγμένον, ἐκέλευε δὲ τοὺς ἑωθινοὺς ὕμνους ᾄδειν θεῷ· B
ἤδη γὰρ περὶ ὄρθρον ἦν ἡ νύξ. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι ἐτελοῦντο,
τῶν ἵππων ἐπιβάντες ἀνεχώρουν τοῦ χωρίου, μηδὲν τῶν πε-
ρισχόντων κακῶν εἰδότες. ἤδη δὲ ὄντες οὐ μακρὰν, θορύ-
βου ἤκουον καὶ ἀλαλαγμοῦ Περσῶν ἐφ' οὗ ἐστρατοπεδεύοντο
χωρίου. βασιλεὺς δὲ πέμψας τοὺς συνόντας δύο Πέρσας,
ἐκέλευε πλησίον γενομένους μανθάνειν, οἵτινες εἶεν, παρ' αὐ-
τῶν. τῶν δὲ ἐπιδραμόντων ἄτερος μὲν ἑάλω τῶν πεμ-
φθέντων, ὁ δὲ λοιπὸς τετραυματισμένος ἐπανελθὼν, ἀπήγ-
γελλεν, ὡς εἴη στρατιὰ Περσῶν πολλὴ, ἀγνοουμένη ὑπ' αὐ-

6. ἐγνωσμένον P. 10. ἀπαθεῖν P. 22. ὁ ἕτερος P.

adducant, ex quo certi quippiam de eo exercitu exsculpant. Militis cuiusdam servulus ad hauriendum accedit, barbari propter fontem in insidiis latentes ad eum tenendum prosiliunt. Quo fuga elapso, duci quod acciderat, ut iam proditi, memorant. Tum vero barbaris multis partibus numero superiores et solo adspectu formidabiles apparuerunt. Quare etiam nequaquam adoriundos sentiebant, boni consulturi, si inde corpora integra auferrent. Itaque nihil attentantes abitum Romanorum exspectabant. Imperator caculam illum metu attonitum occurrentem et quo pacto apud fontem ipsum quidam insecuti essent referentem affirmantemque, Persas esse, ut spectro aliquo exagitatum dimisit, iubens Deo matutinos hymnos depromere, siquidem iam dilucescebat. Iis absolutis, equos conscendunt, loco excedunt, quibus malis proximi fuissent, prorsus ignorantes. Haud multum progressi tumultum clamoresque Persarum e tentoriis exaudiunt. Imperator de comitatu suo duos Persas mittit, qui propius pedem ferant, et quinam sint, ex ipsis cognoscant. Illis in hos incurrentibus, alter capitur, alter vulneratus redit ac nuntiat, multitudinem esse Persas, et quidem ma-

A.C. 1343 τῶν· οἱ μέντοι βάρβαροι παρὰ τοῦ κρατηθέντος γνόντες,
C ὡς εἴη βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς πεντήκοντα μόνους ἄγων
στρατιώτας, ἔξεπλήττοντό τε τὸ γεγενημένον καὶ θεὸν ᾤοντο
αὐτοῦ χεῖρα ὑπερέχειν καὶ ῥύεσθαι οὕτω κινδύνων χαλεπῶν.
βασιλεὺς δὲ οὐδὲν πλέον μαθεῖν δεδυνημένος, ἢ ὅτι Περσικὴ
V. 468 στρατιὰ ἡ ἐπελθοῦσα ἦν, ἦλθεν εἰς Κουμουτζηνὰ πρὸς τὸν
υἱὸν, καὶ ὁμιλήσας ὅσα ἔδει, ταχέως ἐπανέστρεφεν εἰς τὸ
στρατόπεδον. ἐπανιόντι δὲ ἠγγέλλετο, ὡς ἐκ Βυζαντίου ψι-
λοὶ τοξόται ἐν πεντηκοντόροις τέσσαρσιν ἐλθόντες, καὶ ἑτέρων
ἐκ τῆς Θρᾴκης ἐπιγενομένων πεζῶν, Ἀσώματον τὸ φρούριον
πολιορκοῖεν. ἐδόκει δὴ οὖν ἅμα τοῖς συνοῦσι πεντήκοντα
βοηθεῖν ἐπὶ τοὺς τὸ φρούριον πολιορκοῦντας. ἐκεῖνοι δὲ
D ἐπεὶ ἐπιοῦσαν εἶδον τὴν στρατιὰν, ἐπὶ γεωλόφου τινὸς ἠμύ-
νοντο ἀνελθόντες· καὶ οἱ περὶ βασιλέα δὶς καὶ τρὶς ἐπιχει-
ρήσαντες, ἐκείνου ἀπαγορεύοντος διὰ τὸ μὴ μάχεσθαι μετὰ
συνέσεως πρεπούσης στρατιώτῃ, οὐκ ἠδυνήθησαν κρατῆσαι
διὰ τὴν ἐκ τοῦ τόπου ὀχυρότητα καὶ τὸ ἀμύνεσθαι αὐτοὺς
τοῖς βέλεσι συχνοῖς. ὡς δὲ ἐτραυματίζοντο οἵ,τε ἵπποι καὶ
οἱ στρατιῶται, ἐκέλευεν ὁ βασιλεὺς ἕπεσθαι αὐτῷ, εἰ βού-
λοιντο κρατεῖν τῶν ἀντιτεταγμένων. καὶ ἐδόκουν ἀναχωρεῖν
καταλιπόντες· ἐκεῖνοι δὲ οὐ συνιδόντες τὴν ἀπάτην καὶ νο-
μίσαντες, ἀπειπόντας τὴν πρὸς αὐτοὺς μάχην ἀναχωρεῖν, τοῦ
λόφου κατελθόντες, ἐχώρουν ἐπὶ τὰς ναῦς. οἱ δὲ αὐτίκα
ἐπιδραμόντες, ἐπεὶ πρὸς τὸ πεδίον ἦσαν, ἀπέκτεινάν τε οὐκ ὀ-
λίγους καὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν εἷλον, ὀλίγων τινῶν διαφυγεῖν

guam, quod nescissent. Barbari, cum de captivo didicissent, Cantacuzenum illic quinquaginta dumtaxat militibus stipatum fuisse, obstupescentes divina eum protegente dextera tam exitiali periculo ereptum censuerunt. Imperator cum plus comperire non potuisset, quam Persas et praedones esse, Cumutzena ad filium venit, quicum quae tempus monebat collocutus, castra mox repetiit. In itinere certior fit, Byzantio levis armaturae sagittarios, Threicio adiuncto peditatu, ad Asomatum castellum expugnandum quinquaginta remorum actuariis quatuor advenisse. Statuit igitur Asomatensibus cum suis quinquaginta comitibus succurrere. Hostes, viso appropinquantium globo, in collem confugientes se tuebantur. Imperatoris cohors bis ter impetu facto, (illo vetante, quod adversus prudentiam militarem pugnarent, quoniam adversarii natura loci muniebantur et subeuntes crebris telorum iactibus repellebant,) iis potiri non valebant. Cum igitur et equi et milites vulnerarentur, edixit imperator, se sequerentur, si vellent vincere. Ergo se illis relictis abire simulant. Hostes, non intellecta fallacia, ratique eos pugnae desperantes discedere, colle degressi, naves petunt. Tum qui abi-

δεδυνημένων. βασιλεὺς δὲ εἰς τὸ στρατόπεδον πρὸς Τραϊα- A.C. 1343
νούπολιν ἐπανελθών, ἐπεὶ καὶ ἡ στρατιὰ ἐκείνη ἡ περικαθη- P. 584
a Cantacuzeno et Anna imperatrice, (quamquam insignia despotae, quibus illum donaverat, indutus incederet,) pariter abhorrebat et aeque utrisque arma inferebat urbesque et vicos occupabat. Praecipue tamen Matthaeo, imperatoris filio, crebris excursionibus et direptionibus importunus atque molestus erat. Collegerat autem equitum paulo minus quatuor millia, omnes fortissimos, ac propter animi robur et quos possidebat locos natura munitissimos insuperabilis habebatur.

72. Verumenimvero Byzantii post magnum ducem ephori seu inspectores, cernentes aegram et in sexcentas partes divulsam distractamque Romanam rem publicam, urbesque complures et magnas Moesorum ac Triballorum ditionis esse factas, adhaec Thraciam omnem a Persis in servitutem redactam, solis urbibus relictis, et illas tamen neutiquam mitiora, quam vici pertulerint, exspectare, tam aerumnoso statu indignati, ultra non ferendum existimabant. Ergo imperatrici pacis ac foederis cum Cantacuzeno iciendi auctores sunt. Sive enim, inquiebant, illum vicerimus, quibus imperemus non habebimus, funditus amissis omnibus, sive victi fuerimus, cum aliis nosmet etiam perdemus. Amplexa est consilium imperatrix, ut iustum et utile, eoque ipsam et alios praesertim

A C. 1343 λους ἔπειθεν. ὁ μέγας δὲ δοὺξ, ἐπεὶ ταῦτα ἀγνοεῖν οὐκ ἦν, σπουδῇ πολλῇ ἐχώρει πρὸς Βυζάντιον, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀμελήσας. ἐπεὶ δὲ ἦν ἐντὸς, οὐ πρὸς βασιλίδα ἦκεν, ὥσπερ εἴωθε, προσαγορεύσων, ἀλλ' ἐν Ὁδηγητρίας τῆς θεομήτορος γενόμενος τῷ τεμένει καὶ προσκυνήσας, ἔπειτα εἰς τὸν ἐν Μαγγάνοις ἦκε πύργον, ὃν περιόντος μὲν Ἀνδρονίκου τοῦ C βασιλέως εἶχε, τοῦ Βυζαντίου περιβόλου ὄντα ἕνα, ἐν δὲ τοῖς τοῦ ἐμφυλίου πολέμου χρόνοις ἐπισκευάσας καὶ ὀχυρώτατον ἀπεργασάμενος, ὡς μάλιστα ἐνῆν, ὅπλα τε ἐνθέμενος καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια, ὥστε δυνήσεσθαι καὶ πρὸς πολιορκίαν καὶ τειχομαχίας ἀντισχήσειν, κατεῖχε φρουρὰν εἰσαγαγών. τότε δὲ εἰς ἐκεῖνον ἐλθὼν, διήγαγε τὴν νύκτα. εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ τοῦ πατριάρχου πρὸς αὐτὸν ἐλθόντος, πρῶτα μὲν ὠιεδιζε τὴν εὐκολίαν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν μεταβολήν. οἴεσθαι γὰρ, ἔφασκε, τὰς ἀμφοτέρων συντακείσας ψυχὰς ἑκατέρων τοῖς σώματα κινεῖν, καὶ ταὐτὰ (καὶ ἴσα ἀμφοτέρους καὶ βουλεύεσθαι καὶ αἱρεῖσθαι· νυνὶ δὲ τοὐναντίον ἅπαν πεφηνέναι. ἀκηκοέναι γὰρ πεπεῖσθαι καὶ αὐτὸν τοῖς περὶ τῆς πρὸς Καν- D τακουζηνὸν εἰρήνης διαλεγομένοις, ἅπερ οὐκ ἐχρῆν ποιεῖν· εἰδέναι γὰρ σαφέστατα αὐτὸν, ὡς, εἰ μὴ ἐκεῖνος τοῦ πρὸς Καντακουζηνὸν πολέμου ἤρχετο πολλὰ πραγματευσάμενος καὶ πᾶσαν μηχανὴν κεκινηκὼς, πάλαι ἂν ἐπεκάθητο Παλαμᾶς τοῖς πατριαρχικοῖς θρόνοις, αὐτοῦ ἐκβεβλημένου. νυνὶ δὲ πρὸς τῷ τῆς ἐκκλησίας ἄρχειν, καὶ τῶν πολιτικῶν πρα-

6. *Μαγκάνοις* P.

magnus logotheta Gabalas impulit. At magnus dux, quoniam ista eum latere non poterant, posthabitis aliis omnibus, Byzantium festinavit. Ubi non prius more solito imperatricem salutatum accessit, sed in Hodegetriae Deiparae templo fusis precibus, in propugnaculum seu castellum in Manganis, (planities est extra Byzantium,) quod superstite etiam Andronico imperatore habebat, durante autem bello hoc instaurarat et magnis operibus communiverat, armaque et alia obsidioni sustinendae idonea cum praesidio ibi collocarat, in hoc, inquam, castellum concessit et illic noctem exegit. Postridie se visenti patriarchae levitatem et inconstantiam erga se vitio dat. Credidisse coalitas amborum animas utriusque corpus regere, eademque ambas et moliri et sequi: nunc contra prorsus evenisse. Sibi enim nuntiatum, ipsum quoque assensum iis, quae de pace cum Cantacuzeno suscipienda disputata fuerint. Id quod non debuerit, cum indubitato sciat, nisi ipse bellum adversus Cantacuzenum, multis idcirco negotiis implicitus et omnibus machinis tentatis, introduxisset, iampridem, eo ejecto, Palamam in eius throno patriarchico collocandum fuisse. Nunc praeterquam quod

γμάτων οὐδὲν ἧττόν ἐστι κύριος, περίβλεπτος ἐν πᾶσι Ῥωμαί- A.C. 1343
οις γεγενημένος καὶ πατὴρ καὶ κηδεμὼν βασιλέως προσαγορευόμενος· ἃ ἐχρῆν σκοπεῖν, καὶ μὴ, προσδοκωμένης ἄλλων ὠφελείας, τὴν οἰκείαν προΐεσθαι σωτηρίαν. πρὶν μὲν γὰρ τὸν πόλεμον κεκινῆσθαι μέχρι καθαιρέσεως ἔστησεν ἂν τὴν ὀργὴν ὁ Καντακουζηνός· νυνὶ δὲ μετὰ τὸ τοσαῦτα ἐκεῖνον P. 596
ἐφύβριστα καὶ δεινὰ ὑπομεμενηκέναι, ὧν, ἔφασκεν, οὐδὲν ἧττον αἴτιος ἦσθα καὶ αὐτὸς, μὴ φιλάνθρωπόν τινα καὶ ἀνεκτὴν οἷον τῶν τοσούτων κακῶν ἔσεσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ θανάτου τε ἐφύβριστον σαυτοῦ καὶ τοῦ γένους ἐξώλειαν παντός. οὕτω γὰρ ἀκηκόαμεν ἐκ πολλῶν τῶν ἐκεῖθεν ἀφιγμένων, ὡς μεγάλην καθ' ἡμῶν τῶν πεπολεμηκότων ἔχει τὴν ἀπέχθειαν. δι' ἃ αὐτός τε ἔγνωκα μέχρι παντὸς ἐκείνῳ πολεμεῖν, καὶ σοὶ τὰ ἴσα συμβουλεύω, καὶ μὴ τὰ πόρρω καὶ μηδὲν ὀνήσοντα πολυπραγμονεῖν, ἀλλ' ἡμῶν αὐτῶν πρόνοιαν ποιεῖσθαι, ὅπως σωθησόμεθα. τοῦτο δὲ κατ' οὐδένα τρόπον B
ἕτερον περιέσται, ἢ ἀεὶ σπουδάζουσι τὸν πρὸς ἐκεῖνον εἶναι πόλεμον. τὴν γὰρ λεγομένην εἰρήνην μηδὲν ἕτερον οἷον εἶναι, ἢ φανερὰν ἡμῶν τε αὐτῶν καὶ παίδων καὶ οἰκείων διαφθοράν." τοιαῦτα μὲν ἔλεγε πρὸς πατριάρχην, καὶ ἔπειθεν, οὐδ' αὐτὸν πρὸς τὴν εἰρήνην πάνυ ὥρμημένον, ἀλλὰ λέγουσι τοῖς ἄλλοις ἀναγκαίως συνεπόμενον. ἔπειτα ἐχρῆτο καὶ πρὸς βασιλίδα πρεσβευτῇ, ἐμήνυέ τε βασιλίδι δι' αὐτοῦ, ὡς ἀπορίη, ὅτου ἕνεκα αὐτὸς μὲν ὑπὲρ αὐτῆς καὶ παίδων

ecclesiae praesideat, etiam rei publicae esse dominum, spectatum inter Romanos omnes, patremque ac tutorem imperatoris appellatum, quae perpendere, nec, dum aliorum quaeritur utilitas, salutem propriam in postremis numerare oportuerit. Nam ante bellum, inquit, usque ad exauctorationem tuam Cantacuzenus iram extendisset. Iam, quia tam multa contumeliosa et gravia te quoque allaborante passus est, cave existimes, tantarum iniuriarum humanam aliquam ac tolerabilem, quin potius tuam ipsius ignominiosam necem et generis totius exilium poenam fore. Sic enim multi inde ad nos venientes narrant, eum in nos, a quibus est bello lacessitus, immani odio flagrare. Quamobrem mihi sententia est, illum oppugnare perpetuo, et te idem facere cupio moneoque, ne longe positis nihilque profuturis curiose te immisceas, sed quomodo nosmet ipsi servemur, provideas, quod quidem aliter non licebit, nisi bellum istuc continuum esse studuerimus. Nam pax ista quae dicitur, mihi crede, nihil est aliud, quam et nostra et filiorum propinquorumque nostrorum certissima perditio. Hoc sermone patriarcham, nec ipsum pacem valde suspirantem, sed aliorum placitis necessario suffragantem cepit. Deinde imperatricem quoque per legatum appellans, vehementer se mirari dixit, quid hoc esset

A.C 1343 ἕλοιτο πάντα κίνδυνον καὶ πόνον, αὐτοῖς δὲ μὴ τὴν ἴσην ἔ-
δοξε σπουδὴν ἐπιδείκνυσθαι περὶ ἑαυτῶν. αὐτὸς γὰρ εὐθὺς
μετὰ τὴν βασιλέως τελευτὴν, ἰδὼν τὸν Καντακουζηνὸν ἄδικα
C καὶ βίαια διανοούμενον καὶ οὐ μόνον βασιλείας, ἀλλὰ καὶ
V 478 ζωῆς αὐτῆς ἀποστερεῖν βουλόμενον αὐτὴν καὶ παῖδας, καί-
τοι πολλὰ πρότερον ὑπ' ἐκείνου εὐεργετηθεὶς καὶ δίκαιος ὢν
ὑπὲρ ἐκείνου πάντα κίνδυνον αἱρεῖσθαι, ἀμειβόμενος τῆς εὐ-
ποιίας, ὃ δὲ μᾶλλον εἵλετο ὑπὲρ αὐτῶν διακινδυνεύειν, ἢ
τιμὰς τὰς πρώτας καρποῦσθαι παρ' αὐτῷ, τῶν ἀτόπων ἔρ-
γων βδελυττόμενος τὴν κοινωνίαν· πόλεμόν τε ἤρατο πρὸς
ἐκεῖνον φανερῶς, τῶν ἄλλων πάντων ἀποκνούντων καὶ τὴν
δύναμιν πεφρικότων, καὶ ἐς τοσαύτην συνήλασεν ἀπορίαν,
D ὥστε πρότερόν τε Τριβαλῶν πρὸς ἐπικουρίαν δεηθῆναι, καὶ
τὰ τελευταῖα νῦν Περσῶν. αὐτὸς δὲ σπουδῇ πολλῇ καὶ ἀγ-
χινοίᾳ εἰς τοὐναντίον αὐτῷ ἅπαντα περιτρέψαι, καὶ πολε-
μίους αὐτῷ ἀντὶ συμμάχων πάντας ἀποδεῖξαι, καὶ νῦν εἰς
τοσοῦτον ἀπορίας ἀγαγεῖν, ὥστε ἐπαγγείλασθαι τὴν βασιλείαν
ἀποθέμενον βίον ἰδιώτου ζῆν. ὅτε δὲ πολλὰ καμὼν καὶ
ἀγωνισάμενος καὶ κινδύνους τοσούτους ὑπομείνας ἤγαγεν εἰς
τέλος ἀγαθὸν τὴν ἐπιχείρησιν, τότ' αὐτοὶ ὑπ' ἀβουλίας ἅπαν-
τα ἀνέτρεψαν. πυθόμενον γὰρ αὐτὸν, ὡς βουλεύσαιντο εἰ-
ρήνην τίθεσθαι πρὸς ἐκεῖνον καὶ σπονδὰς ἐπὶ τῷ βασιλέα
εἶναι, πάντα καταλιπόντα ἐνθάδε ἥκειν, καὶ οἶκοι γενόμενον
τὸ μέλλον ἀποσκοπεῖν. δεδιέναι γὰρ πρὸς αὐτὴν ἐλθεῖν, μή,

13. εἰς pro πρὸς M.

quod, cum ipse pro illa et liberis eius nullum periculum molestiamque detrectasset, non ipsis visum sit, pro se et patriarcha tutandis vicissim eniti. Se quippe statim, ut observarit, Cantacuzenum imperatore mortuo iniqua et violenta coquere consilia, velleque ipsam cum filiis non imperio tantum deiicere, sed vita quoque exuere, tametsi multis antea beneficiis ab eo affectum atque ad gratiam quovis discrimine eius causa subeundo referendam obligatum, maluisse pro ipsis periculose facere, quam primos apud illum honores adipisci, exsecratum scilicet improborum communionem factorum, aliisque omnibus metu ac horrore eius potentiae deterritis, palam ei bellum indixisse eoque angustiarum compulisse, ut prius Triballorum, nunc tandem Persarum auxilia implorarit. Se autem diligentia et sollertia sua factum infectum illi et pro sociis hostes reddidisse, iamque ad eas difficultates hominem adegisse, ut imperio se abiturum privatamque vitam victurum promiserit. Quando autem ipse post tot labores tantasque contentiones et tanta discrimina conatus suos bono fine concluserit, tum ipsos incogitantia sua omnia evertisse. Nam ubi cognorit illos de pace et foedere cum eo ineundo deliberare, ut imperator sit nihilominus, abiectis

ἃ αὐτοῦ ἀπόντος λόγοις ἐψηφίσαντο, ἔργοις παρόντος τελε- A.C. 1343
σθῇ, καὶ ἀπόληται αὐτὸς τὴν ἐναντίαν γνώμην ἔχων. εἰ μὲν P. 597
οὖν, ἔφασκε, τῶν τοιούτων ὡς ἀλυσιτελεστάτων ἀπόσχησθε
καὶ αὐτοὶ, καὶ τὸν πόλεμον, ὥσπερ ἐξαρχῆς, ἔλοισθε πρὸς
Καντακουζηνὸν (τοῦτο γὰρ ἡμῖν λυσιτελέστατόν ἐστι,) καὶ αὐ-
τὸν ἕτοιμον εἶναι, πίστεις παρ' αὐτῆς δεξάμενον, ὡς οὐδὲν
αὐτῷ ἀπαντήσει δυσχερὲς, πράττειν μετὰ τῶν ἄλλων ὅσα
ἂν οἴωνται συμφέρειν. εἰ δ' ἄρα ἄλλως ἔγνωκεν αὐτὴ καὶ
τὴν εἰρήνην αἱροῖτο μᾶλλον, ἢ πολλῶν ἡμῖν ἔσται καὶ με-
γάλων αἰτία συμφορῶν, σκεψάμενον καὶ αὐτὸν πράττειν
ὅ,τι ἂν δοκῇ λυσιτελεῖν. πάντως δὲ δύνασθαι καὶ αὐτὸν B
μᾶλλον τῶν ἄλλων εὖ διαθέσθαι τὰ καθ' ἑαυτόν. τοιαῦτα
μὲν καὶ πρὸς βασιλίδα διὰ τοῦ πατριάρχου ἐπρεσβεύετο.
παραγενομένου δὲ καὶ Γαβαλᾶ τοῦ μεγάλου λογοθέτου πρὸς
αὐτὸν, τὰ μέγιστα ἔφασκεν ἐξηπατῆσθαι περὶ αὐτοῦ, νομίζων
πολὺ τοὺς ἄλλους παρελαύνειν συνέσει τε καὶ τῇ περὶ τὸ
πράγμασι μεγάλοις χρῆσθαι ἐμπειρίᾳ. τὸ γὰρ αὐτὸν ὑπὸ
Καντακουζηνοῦ τοσαῦτα εὐεργετηθέντα, ἔπειτα τὸν κατ' ἐκεί-
νου πόλεμον συσκευασάμενον καὶ τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ πολλῶν
αὐτῷ καὶ μεγάλων αἰτιώτατον συμφορῶν καὶ ὕβρεων γεγε-
νημένον, ἔπειτα νῦν οἴεσθαι, εἰ γένοιτο εἰρήνη πρὸς αὐτὸν, C
ἥμερον πειράσεσθαι καὶ προσηνοῦς, ἀλλὰ μὴ αὐτὸν καὶ γέ-
νος καινῷ τινι τρόπῳ καὶ ἀξίως τῆς πρὸς ἐκεῖνον ὕβρεως
διαφθερεῖν, οὐ σωφρονοῦντος ἄν τις τιθείη, οὐδὲ ὀρθῶς τὰ

omnibus huc advolasse et domi iam futuras miserias secum commentari. Timuisse autem ad eam accedere, ne, quae absente se verbis decreverint, praesente re compleant, et quia dissentiat, ideo pereat. Quare si isthaec, ut plurimum detrimentosa, omiserint, bellumque ut a principio contra Cantacuzenum persequi voluerint (hoc enim utilissimum fore,) et se paratum esse, fide ab illa data, nihil adversi passurum, cum aliis moliri quaecumque conducere iudicarint. Si aliter animata sit, pacemque multarum ipsis et insignium calamitatum futuram seminarium bello praetulerit, re discussa, se quoque utilitatibus suis minime defuturum: omnino enim se quoque, et facilius, quam alios, posse rebus suis bene consulere. Haec ille per patriarcham ad imperatricem. Postea cum et magnus logotheta Gabalas eum viseret, mirifice in eo se deceptum dixit, arbitratus intelligendi acumine rerumque magnarum usu ipsum alios antecellere. Nam quod nunc opinetur, cum Cantacuzeno tantis meritis obstrictus, bellum eidem et insidias molitus sit eique plurima et gravissima, si quisquam alius, incommoda creaverit, nunc facta pace mansuetum atque clementem experturum, et non potius seque suamque familiam inaudito quodam modo et ut factis illi contumeliis dignum est, periturum, parum sapere, neque bene ra-

A.C. 1343 πράγματα λογιζομένου. πολὺ γὰρ μᾶλλον αὐτοῖς τὸν πόλεμον λυσιτελεῖν, ἢ τὴν εἰρήνην. πολεμοῦσι μὲν γὰρ ἔξέσται διασώζεσθαι μέχρι παντὸς καὶ ἄρχειν τῶν πραγμάτων. ἂν δ' ἐλάσσω γίνωνται τῶν ὄντων, οὐ χρὴ διὰ τοῦτο τὴν οἰκείαν αὐτοὺς καταπροΐεσθαι σωτηρίαν. βέλτιον γὰρ ὀλίγων ἄρχειν, ἢ ἐκείνων αὐξανομένων ὑπ' ἄλλοις εἶναι, αὐτοὺς δὲ ἀποθνήσκειν ἀκλεῶς. εἰρήνην δὲ πρὸς ἐκεῖνον ποιουμένους, οὐκ ἔσθ' D ὅ,τι τῶν κινδύνων ἐξαιρήσεται. συνεβούλευέ τε αὐτῷ προσθέμενον αὖθις τὸν πόλεμον ἀνακινεῖν καὶ τοὺς ὅρκους ἀνανεοῦν τοὺς πρὸς ἀλλήλους, λαμβάνειν τε τὴν αὐτοῦ θυγατέρα πρὸς γάμον καὶ κοινῇ τόν τε πόλεμον ἀναδέχεσθαι καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἰθύνειν. ἐπὶ τούτοις ἔπειθε, καὶ ἐψηφίσαντο κοινῇ τὸν πόλεμον, ὤμνυόν τε τοὺς ὅρκους, ὥστε Γαβαλᾶν μὲν πρὸς τὸν πόλεμον τῷ μεγάλῳ συναίρεσθαι δουκὶ, καὶ μηδέποτε περὶ εἰρήνης μήτ' αὐτὸν βουλεύσεσθαι, V. 479 μήθ' ἑτέρῳ λέγοντι πείσεσθαι· ἐκεῖνον δὲ αὐτῷ ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα, καὶ κατὰ μηδεμίαν πρόφασιν τὸν γάμον κωλυθῆναι, ἀλλὰ κἂν ὑπὸ τῆς ἱερᾶς νόσου τὰ μέλη διαλωβηθῇ, κἂν ἐπιληψία ἢ μελαγχολία ἢ ὁποιαδήποτε νόσος ἐπιγένηται αὐτῷ, μηδὲν εἶναι τῶν τοιούτων κώλυμα τῷ γάμῳ. P. 598 ογ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ κατὰ Γαβαλᾶν διῴκει ᾗ μάλιστα ἐβούλετο, συστήσας τῷ πατριάρχῃ, ἔπεμπε πρὸς βασιλίδα. οἱ δὲ ἐλθόντες πρῶτα μὲν ἀπήγγελλον τοὺς ἐκείνου λόγους B βασιλίδι, ἔπειτα συνεβούλευον, ὡς δικαία εἴη ἡ ἀξίωσις καὶ

tiocinari: longe enim amplius bellum ipsis quam pacem, commodaturum. Nam si bellum gerant, salvos semper et imperaturos fore. Quodsi ob id imperii imminutionem patiantur, non ideo salutem negligendam, quandoquidem satius sit imperare paucis, quam eo amplificato subesse aliis et ingloria morte defungi. Etenim si pacem cum illo paciscantur, non esse quod illos a periculo tutos praestet et incolumes. Hortabatur itaque Gabalam, se denuo secum coniungeret, bellum resuscitaret et mutuum sacramentum renovaret; filiam eius uxorem duceret; pariter ad bellum incumberent et Romanum imperium administrarent. His verbis illum irretivit et concorditer bellum decreverunt. Iurabant autem, Gabalas quidem, ad bellum magno duci opem laturum et de pace nec se aliquo modo cogitaturum, nec aliis de ea disserentibus assensurum; Apocauchus vero, filiam ei uxorem daturum, nulloque praetextu nuptias impeditum iri, quamvis sacer morbus membra depasceretur aut epilepsia aut insania aut qualecumque demum invaletudinis genus se invaderet.

73. Ut cum Gabala quoque res ei ad voluntatem successit, eum patriarchae commendat ambosque ad imperatricem mittit. Qui primum verba Apocauchi referunt, mox rem iustam ab eodem peti

ὁ πόλεμος μᾶλλον αἱρετέος. Καντακουζηνῷ δὲ οὐδένα ἕ- A.C. 1343
τερον δυνήσεσθαι ἀντιστήσεσθαι, ἢ τὸν μέγαν δοῦκα, ὡς ἐκ τῶν πραγμάτων γέγονε καταφανές. ὅθεν δίκαιον ἐκεῖνον εὐνοοῦντα ἑαυτῇ καὶ συναιρόμενον ἔχειν πρὸς τὸν πόλεμον. τοῦτο δ' οὐκ ἂν γένοιτο ἑτέρως, εἰ μὴ ὁ πόλεμος αὖθις ἐπιψηφισθείη. ἀσυμβάτως γὰρ ἐκεῖνον πρὸς Καντακουζηνὸν ἔχειν διαβεβαιοῦσθαι. εἰ μὲν οὖν πείθοιτο καὶ αὐτὴ, εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δὲ μὴ, σκεπτέον μὴ ἀθρόον ἔνδον Βυζαντίου ὁ Καντακουζηνὸς ἀναφανῇ ὑπὸ τοῦ μεγάλου δουκὸς προσκεκλημένος. τοῦτο γὰρ ἂν εἴη μόνον ἀντίῤῥοπον τῶν πρὸς ἐκεῖνον ὕβρεων καὶ τῶν ἄλλων κακῶν, ὧν κατὰ τὸν τοῦ πολέμου C
χρόνον πρὸς ἐκεῖνον ἐνεδείξατο. ἡ βασιλὶς δὲ καὶ πρότερον μὲν ἐκ πολλῶν τῶν ἀνδρῶν στοχαζομένη τὴν κακοβουλίαν καὶ τὴν μεγάλου δουκὸς κακοτεχνίαν καὶ τὸ περὶ μηδενὸς ἐκείνῳ μέλειν, ἢ ὅπως αὐτὸς ἄρχῃ τῶν πραγμάτων, τότε δὲ καὶ μάλιστα τὴν ἀτοπίαν ἐκ τῶν λόγων συνιδοῦσα, μὴ ἔχουσα δὲ οἵστισιν ἑτέροις χρήσαιτο, (οἱ γὰρ ἄλλοι τῶν εὐγενῶν καὶ καθ' αἷμα προσηκόντων βασιλεῖ δεσμωτηρίοις πάντες ἢ ἐν ταῖς οἰκίαις ἦσαν κατακεκλεισμένοι, οἷς αὐτὴ οὐκ ἐθάῤῥει εὐνοήσειν, εἰ ἀπολυθεῖεν τῶν δεσμῶν,) συνετίθετο καὶ αὖθις D
καὶ ἄκουσα πρὸς τὸν πόλεμον. μάλιστα δὲ ἀκούσασα Καντακουζηνὸν ἠναγκάσθαι παρὰ μεγάλου δουκὸς ἀποθέσθαι τὴν βασιλείαν καὶ ἰδιώτου σχῆμα ἀναλαβεῖν, ῥῆμα ἐθέλγετο καὶ

1. γὰρ pro δὲ M. 9. τοῦ add. M.

et bellum paci anteponendum docent. Cantacuzeno etenim extra magnum ducem, quod experientia constiterit, neminem posse resistere. Proinde aequum videri, ut illum sibi amicum et belli adiutorem habeat. At istuc aliter non futurum, quam si arma de integro decernantur. Confirmasse enim illum, sibi cum Cantacuzeno pacem nunquam intercessuram. Quapropter si ipsa etiam obsequatur, bene habiturum. Sin autem, videndum, ne Cantacuzenus cum totis copiis suis intra Byzantium accersitu magni ducis appareat. Hac enim via tantummodo contumelias et incommoda, quibus eum per belli tempus vexaverit, pensaturum. Ceterum imperatrix, quae iam ante multis indiciis hominum istorum perversitatem et malas artes magni ducis conjectasset, nihilque aliud illum curare, quam ut solus in re publica dominaretur, ex his autem verbis eius insolentiam clarissime perspiceret, cum non haberet, quibuscum sensa sua communicaret, (alii enim nobiles et consanguinei Cantacuzeni imperatoris carceribus omnes aut domibus suis inclusi tenebantur, quos e vinculis emissos benevolos sibi fore non confidebat,) rursus bello, quamvis invita, subscripsit. Potissimum autem, quod Cantacuzenum a magno duce imperio se abdicare et privati habitum resumere coactum audierat, sensim annuebat et in fraudem maxime

A.C. 1343 πρὸς τὸ ἐξαπατᾶσθαι μάλιστα ἐνήγετο. ἐπιψηφίζεται δὴ καὶ αὖθις ὁ πρὸς βασιλέα πόλεμος καὶ ὁ μέγας δοὺξ ἥπτετο πάλιν τῶν πραγμάτων, οὐ μὴν, ὥσπερ πρότερον, μοναρχικῶς, ἀλλὰ μετριώτερόν πως. ἐδεδίει γὰρ ἤδη τοῖς συνάρχουσι προσκρούειν, ὁρῶν αὐτοῖς τὰ πράγματα ὑπενδιδόντα καὶ Καντακουζηνὸν αὔξανόμενον τὸν βασιλέα, μὴ τραχύτερον χρώμενος τῇ ἀρχῇ ἐπαχθὴς εἴη, καὶ βουληθεῖεν ὑπὸ βασιλέως μᾶλλον ἄρχεσθαι, ἢ αὐτοῦ. ἐκεῖνος δὲ ἐπεὶ ἐώρα οὐκ ὀλίγον
P. 599 τῆς πρὶν ἀφῃρημένος ἐξουσίας καὶ περὶ τῶν μελλόντων δεδιὼς, μὴ παντάπασι καταγνωσθεὶς ἀπόληται, ἢ εἰρήνης πρὸς βασιλέα γενομένης, ἢ ἑτέρων ἀντ' αὐτοῦ ἀρχόντων, ἐσκέψατο βασιλίδα καὶ πατριάρχην πείθειν καὶ τοὺς ἄλλους πρεσβείαν
V. 480 ποιεῖσθαι πρὸς βασιλέα περὶ τοῦ ἀποθέσθαι τὴν βασιλείαν, ὥσπερ δῆθεν πρὸς αὐτὸν ὑπέσχετο, ὡς ἐν τῷ μεταξὺ τῆς πρεσβείας χρόνῳ, ὥσπερ τινὸς ἐκεχειρίας οὔσης, τισὶ τῶν ὑπὲρ βασιλέως δεδεμένων περὶ συμβάσεων διαλεχθῇ, ὡς ἦν
B μὲν μετὰ τὴν πρεσβείαν πάλιν αὐτῷ τὰ πράγματα ἐγχειρισθῇ καὶ ὁ πρὸς βασιλέα πόλεμος, (ἤδει γὰρ οὐδὲν ὑγιὲς εἰπὼν,) μηδὲν κινοίη τῶν δεδογμένων, ἀλλ' ἔχοιτο τοῦ πολέμου, ὥσπερ ἐξαρχῆς· ἢν δὲ προπηλακίζηται καὶ ἀφαιρῆται τὴν ἀρχὴν, τὰ βασιλέως πράττοι. τοιαύτῃ μὲν δὴ γνώμῃ ἐβεβαίου τὰ εἰρημένα, καὶ ἔπειθε βασιλίδα καὶ τοὺς ἄλλους πρεσβείαν ποιεῖσθαι πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ ἥροῦντο πρέσβεις ἐκ βασιλίδος μὲν καὶ τῆς συγκλήτου Γεώργιός τε ὁ Πεπαγωμένος καὶ ὁ Συναδηνὸς, ὃς καὶ πρότερον πρὸς Διδυ-

illiciebatur. Ergo rursus bellum sumitur, et magnus dux iterum gubernacula capessit: non tamen monarchae instar, ut antea, sed aliquanto moderatius. Timebat enim iam collegas offendere, videns illis paulatim res submitti et Cantacuzenum crescere, ne, si asperius imperaret, in odium caderet, et illi imperatori, quam sibi, subesse praeoptarent. Porro cum de pristina auctoritate non parum se amisisse cerneret, et se in posterum aut pace conciliata, aut aliis suo loco imperantibus damnatum, funditus periturum formidaret, imperatrici, patriarchae et aliis persuadere constituit, uti legationem ad imperatorem super imperio deponendo (quod videlicet ipsi promisisset) mitterent: quo interea temporis, tamquam in induciis, cum quibusdam pro imperatore vinctis ageret de conditionibus, ut, si post legationem rursus summa rerum ei et una bellum committeretur, (norat enim nihil se sanum dixisse,) nihil moveretur eorum, quae constituta essent, sed bello, ut ab initio, daret operam: sin autem ludibrium fieret et administratione imperii spoliaretur, imperatori studeret. Tali consilio dicta confirmabat et imperatricem ac proceres ad legationem inflectebat. Delecti legati ab iisdem Ge-

μότειχον εἰς βασιλέα ἦκε παρὰ τοῦ μεγάλου δουκὸς πεμφθείς, A.C 1343
παρὰ δὲ τῆς ἐκκλησίας καὶ πατριάρχου ὁ τῆς Φιλίππου μη-
τροπολίτης καὶ ὁ σακελλίου Καβάσιλας. ἔγραφόν τε καὶ τὰ
πρεσβευόμενα ἐν γράμμασιν ἰδίᾳ μὲν οἱ συνάρχοντες μετὰ C
τοῦ μεγάλου δουκὸς, ἰδίᾳ δὲ ὁ πατριάρχης, καὶ ὑπεσημή-
ναντο οἰκείαις ὑπογραφαῖς τὰ γράμματα, ἵν' ᾖ πιστά. ἦσαν
δὲ τὰ μὲν τῶν ἀρχόντων οὕτως ἔχοντα· ὡς „ἐπεὶ καλῶς ποιῶν
αὐτὸς, ὡς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦντος καὶ ἀθεμίτοις κατέγνως
σεαυτοῦ καὶ τῆς γεγενημένης διὰ σὲ φθορᾶς ἐν τοῖς Ῥωμαί-
οις ἐννοῶν τὸ μέγεθος, ᾔτησας τὴν βασιλείαν ἀποθέσθαι
καὶ εἰς ἰδιώτου σχῆμα μεταβάλλειν, ὥσπερ ἡμῖν ἐγνώρισε
σαφῶς ὁ περιπόθητος καὶ γνησιώτατος τῷ κρατίστῳ καὶ ἁ-
γίῳ βασιλεῖ ἡμῶν ὁ μέγας δοὺξ, δίκαιά τε ὁμοῦ καὶ συμφέ-
ροντα καὶ σαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις βεβουλεῦσθαι κρίναντες, D
ἐπηνέσαμέν τε τῆς εὐβουλίας καὶ τὴν πρεσβείαν πεποιήμεθα
ταύτην, ἵν' ὅπερ ᾔτησας αὐτὸς, τὸ πέρας λάβῃ. ἵνα δὲ μη-
δεμίαν ἔχῃς ὑποψίαν, ὡς τι μετὰ τὴν ἰδιωτείαν ἀπαντήσει
δυσχερὲς ἢ δυνάμενον λυπεῖν, τὰ γράμματα ταῦτα ἀπεστάλ-
καμεν, καὶ ταῖς ἡμετέραις ὑπογραφαῖς ἐπίβεβαιωθέντα ἀ-
σφαλείας ἕνεκα καὶ τοῦ θαῤῥεῖν αὐτοῖς, ὡς ἀκίνητα μενεῖ." 20
ἔπειτα καὶ συντάξεις ἐκ τῶν δημοσίων ἔγραφον, οἷς χρήσε-
ται αὐτὸς καὶ παῖδες καὶ οἰκεῖοι. τοιαῦτα μὲν τὰ τῶν ἀρ-
χόντων περιεῖχε γράμματα. τοῦ πατριάρχου δὲ ἦσαν οὕτως.

6. ἰδίαις M. mg.

orgius Pepagomenus et Synadenus, qui antea item Didymotichum a magno duce ad Cantacuzenum missus fuerat: ab ecclesia autem et patriarcha metropolitanus Philippopolis et sacellii curator Cabasilas, scripseruntque separatim quae vellent collegae et magnus dux, separatim patriarcha, et ad eas epistolas in extremo fidei causa sua nomina subscripserunt. Archontum quidem concepta erat in haec verba: Posteaquam temet ipsum damnavisti, et recte quidem, quod ita impossibilia et nefanda aggressus sis, pestisque tua opera Romanis comparatae magnitudinem reputans, petisti imperium deponere et privati habitum resumere, ut nobis magnus dux optimo et sacratissimo imperatori nostro carissimus et fidelissimus indicavit, rem iustam et cum tibimet ipsi, tum aliis fructuosam te propositam habere existimantes, de tam bono consilio te commendavimus et hanc legationem misimus, ut quod ipse petivisti, id fiat. Ne autem post privati conditionem repetitam molestum aut triste aliquid tibi eventurum suspicere, hasce litteras mittimus; quibus, quo rata essent et tu securum te fore confidere posses, nomina nostra subscripsimus. Deinde et pensiones notarunt, quas ipse cum filiis et propinquis de publicis vectigalibus caperet. Atque ista archontum litteris continebantur. Patriarchae epistola hoc exemplo conscripta

A.C. 1343 „εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ μὴ θέλων τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὥστε ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. ὅτι μὲν γὰρ κακῶς σεαυτῷ ὁμοίως καὶ τοῖς ἄλλοις ἐβουλεύσω τὸν ἐμφύλιον πόλεμον κεκινηκὼς, ἀ-
P. 600 θετήσας μὲν ὅρκους τοὺς πρὸς βασιλέα καὶ τὴν φιλίαν ἐκείνην τὴν θαυμαστὴν, ὑφ' ἧς παρ' ὅλον τὸν ἐκείνου βίον πολλῶν ἀπέ-5 λαυσας καὶ μεγάλων ἀγαθῶν, καὶ τοῖς παισὶν ἐπιβουλεύσας περὶ τῆς ἀρχῆς, τοῖς Ῥωμαίοις δὲ πολλῶν καὶ μεγάλων αἴτιος κατέστης συμφορῶν, ὧν διὰ μέγεθος οὐδ' οἱ ἐν ἐσχατιαῖς οἰκοῦντες γῆς ἀνήκοοί εἰσιν, οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖς. ἐπειδὴ δὲ τῶν τετολμημένων εἰς συναίσθησιν ἐλθὼν καὶ τῶν ἀτόπων ἐπιχειρήσεων,10
σεαυτοῦ κατεγνωκὼς μετεμελήθης καὶ ὑποστρέφεις καλῶς, ὅθεν
B ἐξῆλθες κακῶς, τὴν βασιλείαν αἰτῶν ἀποσκευάσασθαι καὶ εἰς ἰδιώτου σχῆμα μεταβαλεῖν, ὥσπερ ἀκριβῶς ἐξεγένετο μαθεῖν παρὰ τοῦ περιποθήτου καὶ γνησιωτάτου τῷ κρατίστῳ καὶ ἁγίῳ μου αὐτοκράτορι τοῦ μεγάλου δουκὸς, αὐτός τε ἡδονῆς ἐπλήσθην,15 ὅσης ἐπὶ τοῖς τοιούτοις εἰκὸς, καὶ ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία τὰς ἀγκάλας αὐτῆς διανοίξασα, δέχεταί σε μετὰ πάσης πνευματικῆς ἀγάπης καὶ ἡδονῆς, καὶ ὅσον οὔπω ἥξειν καὶ σὲ προσδοκῶμεν εἰς ἡμᾶς, ἵν' ὁμοῦ τε ἡ τοῦ ἐπιτιμίου λύσις γένηται, ᾧ καθυπεβλήθης, καὶ ἀλλήλοις συνησθῶμεν κατὰ τὸ ἀρχαῖον20
V. 481 ἔθος ὁμιλήσαντες." τοιαῦτα μὲν ἔγραφε καὶ ὁ πατριάρχης. οἱ πρέσβεις δὲ ἐπεὶ Παμφίλου ἄχρι ἦλθον, πέμψαντες ἐδήλουν βασιλεῖ, ὡς ἥκοιεν μὲν ἐπὶ πρεσβείᾳ, προσταχθεῖεν δὲ
C παρὰ τῶν πεπομφότων, μὴ βασιλέα προσαγορεύειν ἐν ταῖς

1. τὸν om. P. 22. Παμφύλου P.

erat: Benedictus Deus, qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat. Quam male de te aliisque merueris bello in hac una eademque gente excitato, violando iuramentum imperatori mortuo datum, et amicitia illa prorsus singulari, (unde, quoad ille vixit, multis magnisque bonis auctus es,) ac filiis eius per insidias imperium conando eripere: quamque Romanos multis et diris calamitatibus involveris, quarum gravitatem etiam ultimi terrarum fines audiverunt, non te fugit. At ubi facinorum tuorum conscientia perstrictus, damnatisque ausibus a ratione alienis, ad poenitentiam te dedisti, et unde male exivisti, eodem bene reverteris, imperio te abdicare cupiens ac de cetero vitam privatam exigere, quemadmodum perspicue cognovi a magno duce, qui optimo et sacratissimo imperatori nostro amabilissimus ac fidelissimus est, et ipse expletus sum tanto gaudio, quanto me in negotio huiuscemodi expleri decuit, et Dei ecclesia obviis ulnis cum omni caritate et iucunditate spirituali te complectitur; tuumque adventum ad nos in dies exspectamus, quo et inflicta poena leveris, et vicissitudine sermonum pro veteri consuetudine nos oblectemus. Haec patriarcha. Legati Pamphilo imperatorem Cantacuzenum super adventu

διαλέξεσιν αὐτῶν. εἰ μὲν οὖν τὸ τοιοῦτον ἀνεκτὸν αὐτῷ, δῆ- A.C. 1343
λον ποιεῖν, ἵν' ἐλθόντες ἀπαγγέλλωσι τὰ τῆς πρεσβείας. εἰ δὲ μέλλοι διὰ τὴν ὑπεροψίαν ἀπελαύνειν πρὸς ὀργὴν, μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἀφικνεῖσθαι πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἀναστρέφειν ἐκ Παμφίλου. ὁ βασιλεὺς δὲ ποιούμενος περὶ πλείστου τὸ ἐκ Βυζαντίου τισὶν ἀξιολόγοις συντυχεῖν καὶ διαλεχθῆναι περὶ τῶν κατ' αὐτὸν ἁπάντων, ὅτι τε ὑπὸ συκοφαντῶν διαβληθείη καὶ οὐδεμίαν πρόφασιν αὐτὸς παράσχοι τῷ πολέμῳ, ἀλλ' ἐκ πρώτης ἡμέρας ἄχρι νῦν ἀναγκαίως ὑπὲρ σωτηρίας τοιούτου τε ἀμύνεται καὶ τῶν συνόντων, ἅμα δὲ καὶ ἐλπίσας D
εἰρήνης ἕνεκα ἥκειν, ἐκέλευεν ἀφικέσθαι πρὸς αὐτὸν, ὡς οὐδένα λόγον τῆς προσηγορίας ποιησόμενος. τοῦ γὰρ κοινῇ λυσιτελοῦντος ἕνεκα οὐ τοιαῦτα μόνον ἕτοιμος εἶναι ὑπομένειν, ἀλλὰ καὶ λοιδορίας καὶ εἴτι χαλεπώτερον ἕτερον δοκεῖ. εἰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν τοιούτων ὄφελός τι γένοιτο Ῥωμαίοις, καὶ πολλὴν αὐτοῖς εἰδήσειν χάριν ὑπὲρ τούτων. εἰ δ' ἄρα καὶ τὰ δεύτερα νικῴη καὶ ἀσύμβατοι ἀναχωρῶσιν, οὐδ' οὕτως αὐτῷ τινα ἀδοξίαν ἀπὸ τῆς προσηγορίας ἀπολείψειν. ἦκον μὲν οὖν οἱ πρέσβεις ἐπὶ τούτοις καὶ ἀπήγγελλον τὰ κατὰ τὴν πρεσβείαν· ἅμα δὲ καὶ τὰ γράμματα παρεῖχον, παρετήρουν τε τὸ μὴ βασιλέα ἐν ταῖς διαλέξεσι προσαγορεύειν.

οδ'. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ τῶν τε λόγων ἤκουε καὶ τὰ γράμ- P. 601
ματα ἀνέγνω, πρὸς τοὺς ἐγγεγραμμένους λήρους διαχυθείς, B

1. κατὰ pro καὶ τὰ M. mg.

suo certiorem faciunt, addunque, sibi mandatum, ne ipsum in congressu imperatorem appellent. Hoc si pati queat, faciat ut sciant, quo illum adeuntes munere suo perfungantur. Sin eos superbe et iracunde repulsurus sit, neutiquam accessuros et Pamphilo domum reversuros. Imperator etiam atque etiam desiderans cum viris honoratis e Byzantio de rebus suis omnibus colloqui et eos docere, se a criminatoribus traduci, nec ullam bello ansam dedisse, sed a primo die usque nunc pro sua suorumque salute propugnationem suscipere necesse habuisse; ac simul sperans, eos pacificationis ergo venire, neglecto imperatoris nomine adeundi sui copiam facit. Nam si id e re publica futurum sit, non talia dumtaxat, sed et convicia, et si quid odiosius conviciis, aequo animo ab ipsis perpessurum. Immo si id Romanis commodet, etiam gratias non vulgares acturum. Sin deteriora vincant et infecta pace discedant, nec sic aliquod sibi dedecus ex simplicitate appellationis relicturos. Hac conditione legati veniunt, legationem exponunt, litteras reddunt caventque, ne imperatorem vocent.

74. Auditis legatorum verbis perlectisque litteris, ad nugas illic positas in risum solutus imperator, tum quidem eos ad corpus cibo ac somno in diversorio reficiendum dimittit. Die altero con-

A.C. 1343 νῦν μὲν ἀπέλυε τοὺς πρέσβεις ἀναπαύλης τινὸς τυχεῖν ἐφ' ᾗς ἐξενίζοντο οἰκίας. εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἐκκλησίαν ἐκ τῶν παρόντων ποιησάμενος, μετεκαλεῖτο καὶ τοὺς πρέσβεις, καὶ πρὶν ἀπολογίαν τινὰ περὶ ὧν ἐπρέσβευον ποιήσασθαι, τὰ κατ' αὐτὸν εἰς μέσον προὐτίθει ἐρευνᾶν. καὶ πάντα ἐξητά-5
C ζετο μετὰ τὴν βασιλέως τελευτήν, ἐφ' οἷς ἀπεδείκνυεν αὑτὸν ἐπὶ τῶν πρέσβεων ὀρθῶς καὶ δικαίως καὶ τοῖς τε βασιλέως
V. 482 παισὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι Ῥωμαίοις μάλιστα λυσιτελῶς πεπολιτευμένον. ἐκέλευέ τε καὶ τοὺς πρέσβεις ἀδεῶς λέγειν, εἴ τι ἔχοιεν κατηγορεῖν, ὡς λόγον ὑπὲρ πάντων ποιησόμενος.10 καὶ ἐπ' ἐνίοις ἀντιλεγόντων καὶ ἐγκαλούντων, ἃ ἐνόμιζον ἀδικεῖν, ὑπὲρ πάντων ἐποιεῖτο λόγον. τοῦτο μὲν οὖν εἰς ἐκτην ἐφεξῆς ἡμέραν ἐτελεῖτο, καὶ διὰ πολλῶν τῶν ἀποδείξεων τὰ ἔσχατα ἠδικημένος ἀπεδείκνυτο ὁ βασιλεύς, δοὺξ δὲ ὁ μέγας καὶ οἱ ἄλλοι οἱ τὸν πόλεμον κεκινηκότες οὐ συκοφαν-15
D τται μόνον καὶ ἀγνώμονες δεινῶς περὶ αὐτὸν καὶ μοχθηρίας ὑπερβολὴν ἐλλελοιπότες οὐδεμίαν, ἀλλὰ καὶ τῶν φόνων καὶ τῶν ἀνδραποδισμῶν καὶ τῶν μεγάλων συμφορῶν, αἳ Ῥωμαίους κατέσχον ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ πολέμου, μάλιστα αἰτιώτατοι γεγενημένοι. μετὰ δὲ τὴν ἕκτην πρὸς τὴν ἀπολογίαν κα-20 θίστατο τὴν περὶ τῆς πρεσβείας, καὶ εἶπε τοιάδε. „οὐδὲν οὕτω καὶ πόλιν δημοκρατουμένην καὶ βασιλείαν μάλιστ' ἂν ῥᾳδίως καταλύειν δύναιτο, ὡς ἀνδρῶν ἀπουσία συνετῶν καὶ τὰ δέοντα βουλευομένων. εἰ μὲν γὰρ τοιούτων ἢ πολιτῶν ἢ πό-

cilio e praesentibus suis coacto, legatos etiam advocat, ac priusquam eis respondet, causam suam ad quaestionem de ea exercendam in medium proponit. Inquiritur in acta eius omnia post Andronici imperatoris obitum et legatis ostenditur, probe, iuste et cum summa tum filiorum imperatoris, tum Romanorum omnium utilitate rei publicae praefuisse. Iubet item eos intrepide proferre, si quid haberent, reprehendere, ut rationem omnium redditurus. Illis quaedam horum ut iniusta accusantibus, ad singula respondet. In ista actione sex deinceps dies contriti sunt, pluribusque argumentis et probationibus demonstratum, iniurias imperatorem accepisse longe indignissimas, et magnum ducem aliosque belli satores non sycophantas solum et in eum vehementer ingratos et quantum dici non potest sceleratos, sed caedium quoque et servitutis et aerumnarum ingentium, quae belli tempore Romanos obruerunt, primam causam exstitisse. Post diem sextum legatis responsum dare instituens, ita orsus est. Nulla res et urbem populari utentem potestate, et regnum seu monarchiam imprimis tam facile evertit, quam a prudentibus et opportune consulentibus solitudo. Etenim si talibus aut civibus civitas, aut praefectis regnum abundaverit,

λις, ἢ ἀρχόντων ἡ βασιλεία εὐποροίη, κἂν τύχῃ τινὶ σφα- A.C. 1343
λῶσι, ῥᾳδίως δύναιντ' ἂν ἐπανασώζειν τὴν προτέραν τύχην.
ἂν δ' ἅπαξ ἀποστερηθῶσι τῶν τοιούτων, οὐδὲν ἔσται κώλυ- P. 602
μα, μὴ εἰς ἔσχατον κακοπραγίας τάχιστα ἀφῖχθαι. ὃ νῦν
ἐγὼ τὴν Ῥωμαίων μάλιστα ὀδύρομαι ἡγεμονίαν, ὅτι πολλῶν
καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν πρότερον εὐποροῦσαν νῦν εἰς τοῦτο
περιέστησεν ὁ πάντα καταλύων χρόνος, ὥστε ἡγεμόνας τῶν πρα-
γμάτων ἔχειν μηδὲν ἄμεινον τῶν πολλῶν διακειμένους. τὸ
γὰρ ὑπὲρ τηλικούτων πρεσβείαν ποιουμένους καὶ πρὸς ἐμὲ
τὸν πολὺν ἤδη χρόνον ἄρξαντα αὐτῶν, καὶ οὗ, εἰ μὴ ἐπίφθο- B
νον εἰπεῖν, καὶ βλέμματος ἀπολαύειν προσηνοῦς ἐν μεγίστης
ἦγον εὐτυχίας μέρει, ἔπειτα μηδὲν μήτε ἐρευνήσαντας, μήτε
σκεψαμένους οὕτως ἀπερισκέπτως καὶ θρασέως τὰ ἐπελθόντα
γράφειν, οὐκ ἐκείνων μάλιστ' ἄν τις κατηγορήσειε προσή-
κοντα εἰργασμένων ἑαυτοῖς, ἢ ὅσῳ τὴν περιφανῆ πρότερον καὶ
εὐτυχῆ Ῥωμαίων θρηνήσειεν ἡγεμονίαν ὑπὸ τοιούτοις, φεῦ,
ἀνδραπόδοις ἀγομένην. περὶ μὲν οὖν ἐκείνων ὀλίγος ἐμοὶ λόγος
γένοιτ' ἄν, τοιαῦτα καὶ φαυλότερα πράττειν οὗσιν ἀξίοις.
Ἀποκαύκου δὲ τοῦ παρακοιμωμένου οὐ τὴν μοχθηρίαν μό- C
νον καὶ φιλοψευδὲς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἰταμότητα καὶ τὴν ἀναι-
σχυντίαν ἔπεισι θαυμάζειν, ὅτι, καίτοι μέλλων ἐπὶ τοσούτων
ἐλέγχεσθαι σαφέστατα ψευδόμενος, ὅμως ἐπὶ τῷ μὴ δοκεῖν
εἰκῇ καὶ μάτην τὸν πόλεμον κεκινηκέναι, μηδ' ἀνήνυτα πονεῖν,
εἵλετο τῆς ἐπ' ὀλίγον εὐδοξίας τὴν διὰ βίου αἰσχύνην ἀνταλ-

20. καὶ φιλοψευδὲς add. M.

quamvis casu quodam offenderint, parvo negotio ad pristinam felicitatem revocari poterunt. Sin autem tales viros semel amiserint, nihil profecto celerem et extremam eorum miseriam remorabitur. Quocirca Romanum imperium ego maximopere lugeo, quod multis antea viris admirabilibus abundans, modo omnia conficiens et consumens vetustas eo redegit, ut summam eius teneant, quos e medio imperitae plebeculae prodiisse dicas. Nam super talibus legationem mittere et ad me mittere, qui ipsis diu iam imperavi, et cuius (absit verbo invidia) vel placidiore adspectu dignati, in coelo sibi esse videbantur: deinde nihil neque anquirentes, neque circumspicientes, adeo inconsulto et confidenter quidquid in buccam venit scribere, non tam illis, quod se dignum est facientibus, quispiam reprehenderit, quam illustre prius et beatum Romanorum imperium nunc ab huiusmodi, pro Deum immortalem, mancipiis gubernatum defleverit. Sed de illis nihil dicam amplius, quos talis conditio et peior etiam decet: Apocauchi praefecti cubiculi non improbitatem modo mentiendique libidinem, sed temeritatem quoque et impudentiam admiror: qui quamvis non paucis et apertissimis exemplis

A.C. 1343 λάττεσθαι. δέον μέντοι μηδὲ τὸ ἐκείνου πάνυ θαυμαστὸν
ἡγεῖσθαι. ᾧ γὰρ ὁ βίος ὅλος πανουργία καὶ ἐπιορκία καὶ
ἀπάτη, καὶ ῥᾷον ἂν ἀναπνεύσειε χωρὶς ἀέρος, ἢ τούτων, οὐ-
δὲν θαυμαστὸν, εἰ θεὸν ψευδόμενος διηνεκῶς, εἵλετο καὶ πρὸς
ἀνθρώπους τῷ ψεύδει χρῆσθαι. ἐμοὶ δ' ἔξαρχῆς τε ῥηρημέ-
νῳ τὴν ἀλήθειαν καὶ εἰς τόδε χρόνου περὶ πλείστου ποιου-
μένῳ καὶ πάσης ἄλλης ἀνθρωπίνης εὐημερίας προτιμῶντι
τἀληθὲς εἰρήσεται, συμμαρτυρήσει δὲ καὶ Συναδηνὸς οὗτος,
ὃς ἐμοὶ τοὺς λόγους σύνοιδεν, ἀξιόρχεως ὢν πρὸς πίστιν.
D παρ' ἐκείνου γὰρ ἀφῖκτο· τὸ γὰρ Ἐμπυθίου φρούριον πολι-
ορκῶν πρεσβείαν τε πρός με διὰ τούτου ἐποιεῖτο, καὶ βού-
λεσθαι ἔλεγε συντυχεῖν περί τινων διαλεξόμενος, κακουρ-
γος καὶ ταῦτα καὶ ἀξίως ἑαυτοῦ ὑποκρινόμενος, ὡς ἐδέ-
V. 483 κνυτο σαφῶς ἀπὸ τῶν πραττομένων. συνθεμένου δὲ ἐμοῦ,
(ᾠήθην γὰρ αὐτὸν περὶ εἰρήνης ἐθέλειν διαλέγεσθαι, ἧς ἐγὼ
μάλιστα ἐπιθυμῶ, καὶ τῶν περὶ ἐκείνης λόγων, κἂν ὦσι πρὸς
ἀπάτην συνεσκευασμένοι, ὀλίγα πολυπραγμονῶν ἐξέχομαι,) μὴ
δύνασθαι αὐτὸς ἔλεγε βασιλικῶς ἐσκευασμένῳ συντυγχάνειν·
ἀδυνατώτερον δὲ εἶναι πάλιν, τὴν βασιλικὴν σκευὴν ἀποτίθεσθαι
P. 603 ἐμέ. πρὸς ἃ ἐπίνοιάν τινα ἐδεῖτο ἐξευρίσκειν. ἐγὼ δ', ὅπερ ἔφην,
τῆς εἰρήνης τῆς ἐπιθυμίας ἕνεκα, ἀλλὰ τὴν ἀπορίαν, εἶπον,
ῥᾷστα ἰασαίμην ἂν ἐγώ· ὡπλισμένοι γὰρ συμμίξομεν ἀλλή-

m endaciorum convinci possit, tamen ne frustra ac sine causa bellum commovisse, neque inaniter laborare videatur, fluxam gloriam dedecore in omnem vitam duraturo redimere voluit. Verum neque hoc illius facinus tam valde mirandum censeo. Cuius enim vita omnis nihil est, nisi vafrities, periurium, impostura, quique facilius sine aspiratione aeris, quam sine his spiritum duxerit, haud mirum si, Deo mentiens assidue, apud homines quoque vanitatem usurpare statuerit. Ego vero a puero veritatis amans et usque hodie tanti eam faciens, ut nullam ei humanam prosperitatem anteponam, quod verum est, eloquar. Testimonium mihi dicet etiam Synadenus hic, meorum verborum conscius et testis fide dignus, qui ab illo ad me venit. Nam dum castellum Empythium obsideret, legatum hunc ad me misit et affirmavit, se colloquendi gratia me conventum cupere: nequiter et istuc atque ut suis moribus dignum erat simulans, quod facto clare patuit. Annuente autem me, (cogitabam enim de pace mecum acturum, cuius me cupidissimum et sermonum de ea licet ad fraudem compositorum parum curiosum scrutatorem fuisse confiteor,) atque in laetitiam effuso, ipse me alloqui in veste imperiali posse negavit: mihi autem fore multo difficilius ornatum hunc deponere: ideoque rationem aliquam novam inveniri desiderabat, qua congrederemur. Tum ego cupiditate pacis inflammatus, ut dicebam, Atqui hanc difficultatem, in-

λοις, ἀγνοούμενοι εἰ βασιλικὰς, ἢ ἰδιωτικὰς ἔνδον ἔχομεν A.C. 1343
ἐσθῆτας. εἰ οὖν τοῦτο συνθήκη τοῦ τὴν βασιλείαν ἐστὶν
ἀποθέμενον ἰδιωτικῶς ζῆν, ὥσπερ ἐκεῖνος καταψεύδεται, κρί-
νατε ὑμεῖς. εἰ δ' ἑτέρως, ἢ ὥσπερ αὐτὸς εἰρήκειν, ἔχει, ὃ
Συναδηνὸς παρὼν ἐξελεγχέτω. ἀλλ' οὐκ ἂν δύναιτο. πρὸς
μὲν οὖν τοὺς ὀνομαζομένους ἄρχοντας, οἷ δικαιότερον ἂν
μᾶλλον ἀνδράποδα καὶ δοῦλοι καλοῖντο, καὶ τὴν παρακοιμω-
μένου ψευδολογίαν ἀρκέσει καὶ τὰ εἰρημένα, τήν τε ἄνοιαν B
ἐκείνων καὶ φαυλότητα καὶ τὴν ἐκείνου μοχθηρίαν ἀπελέγ-
ξειν. πρὸς δὲ τὴν πρὸς πατριάρχην ἀπολογίαν ἤδη τρέψο-
μαι. ἂν δ' ὑπὸ τῶν λόγων ἀπελέγχηται ψευδόμενος καὶ
ἐπιορκῶν αὐτὸς, καὶ τῶν αἱμάτων καὶ τῶν φόνων αἴτιος καὶ
τῶν μυρίων κακῶν, ἃ τοὺς ταλαιπώρους Ῥωμαίους τοσοῦτον
ἤδη κατέχει χρόνον, ὧν αὐτὸς ἐν τοῖς γράμμασιν αἴτιον ἐμὲ
γεγενῆσθαι λέγει ἐπιθυμήσαντα τῆς βασιλείας, μὴ ἐμοὶ τὸν
ἔλεγχον προσλογίζεσθαι καὶ τὴν αἰσχύνην τὴν ἀπὸ τῶν λό-
γων, ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ πρὸς τούτους καταστήσαντι. λέγει τοί-
νυν, ὡς ἐγὼ τοὺς πρὸς βασιλέα ὅρκους παραβὰς καὶ τὴν
θαυμαστὴν ἐκείνην φιλίαν ἀθετήσας, ὑφ' ἧς παρὰ πάντα C
τὸν ἐκείνου βίον πολλῶν ἀπέλαυσα καὶ μεγάλων ἀγαθῶν,
ἐπεβούλευσα τοῖς παισὶ καὶ βασιλίδι τῇ γαμετῇ μετὰ τὴν
τελευτήν. εἰ μὲν οὖν ἀκολασίαν κατηγόρει, ἢ ἀσυνεσίαν,
ἢ δειλίαν, ἤ τι τῶν ὅσα πρόσκαιρον ἔχει τὴν μέμψιν καὶ
ἡ ὕβρις εἰς τὸ σῶμα διαβαίνει, ἠνεγκα ἂν σιγῇ τὴν κατη-

23. πρὸς καιρὸν P.

quam, non difficile sustulero: armati enim conveniemus, ut imperatorione, an privato vestitu intus tecti simus, ignoretur. Utrum igitur hoc pactum sit aliquod, imperio deposito, privatorum more vivendi, ut ille mentitur, vos iudicatote. Si aliter est, ac dico, Synadenus hic praesens me refellat, quod non poterit. Ad eos igitur, qui archontes vocantur, (melius mancipia et servi nominarentur,) et ad mendaciloquum praefectum cubiculi, ad illorum, inquam, stoliditatem et inscitiam et huius perversitatem coarguendam, satis dictum est. Sequitur, ut patriarchae respondeam: quem si mendacem ac periurum caediumque et effusi sanguinis et mille malorum, quae infelices Romanos tamdiu opprimunt, (quorum me propter imperii cupidinem causam fuisse in litteris autumat,) reum probavero, ne ob eam probationem ignominiamque ad se ex verbis meis redundantem mihi, sed illi, a quo huc deductus est, irascatur. Ait igitur, me iuramento Andronico imperatori concepto, deficientem et memorabilem illam amicitiam, ex qua, quoad ille superstes fuit, complura et singularia bona sim adeptus, dissuentem, post obitum uxori et liberis eius insidias paravisse. Si me intemperantiae, stuporis, timiditatis, aut alicuius eorum, quae tempora-

A.C. 1343 γορίαν αἰδοῖ τῇ πρὸς αὐτόν. εἰ δ' ἐπιορκίας διῴκει, ἢ οὐδὲν ἀσεβείας διενήνοχεν, (ἐπιορκία γάρ, φησιν, ἄρνησις θεοῦ,) τί λοιπὸν, ἢ μετὰ παῤῥησίας ἀπολύεσθαι τὰ ἐγκλήματα καὶ αὐτὸν ἀποδεικνύναι τοσοῦτον τῇ ἐπιορκίᾳ ἐνεχόμενον, ὅσον ἐμαυτὸν μάλιστα ἀφεστηκότα. πρὸς μὲν οὖν βασιλέα
D τὸν μακάριον ἐκεῖνον τὸν πάντ' ἐμοὶ φίλτατον καὶ κεφαλῆς τιμιώτερον αὐτῆς, οὗ καὶ ζῶντος μάλιστα περιειχόμην, καὶ πάντα πόνον ὑπὲρ ἐκείνου τρυφὴν ἡγούμην, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἀνεπίληστον τὴν μνήμην περιφέρω, οὔτ' ὀμωμοκέναι φαίην ἄν, οὔτ' ἐπιωρκηκέναι· οὐδὲ γὰρ ὅρκων ἐδεήθη ποτὲ τοῦ μηδὲν φαῦλον ὑποπτεύειν ἕνεκα περὶ ἐμοῦ. αἱ γὰρ καθημέραν πράξεις μυρίων ὅρκων ἦσαν ἰσχυρότεραι, τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἐμοῦ πίστιν καὶ φιλίαν καθαρὰν ἀποδεικνῦσαι. τοὺς γὰρ ὅρκους οὐ παρ' ὧν δυσχερὲς ὑποπτεύσαι
P. 604 οὐδέν, ἀλλ' οἷς μάλιστα ἀπιστοῦμεν, εἰώθαμεν ποιεῖσθαι πρὸς αναγκάζειν. οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἐγκλημάτων ἀπολύεσθαι δικαιῶ, ἂν τοῖς ἐκείνου φαίνωμαι παισὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἐπιβεβουλευκώς· ὁμοίως γὰρ ἄν τις ἐνέχοιτο τοῖς ἐγκλήμασι τῆς ἀδικίας, ἄν τ' ὀμωμοκὼς, ἄν τε χωρὶς ὅρκων ἀδικοίη. τοῦτο μὲν οὖν μετὰ τῶν ὅρκων τὴν ἀπόδειξιν ἐξετάσομεν· νυνὶ δ' αὐτὸ τοῦτο ψεύδεσθαι καὶ συκοφαντεῖν τὸν πατριάρχην φαίην ἄν, φάσκοντα ἠθετηκέναι τοὺς
V. 484 πρὸς βασιλέα ὅρκους. εἰ δὲ τοὺς πρὸς βασιλίδα λέγει καὶ

riam habent reprehensionem et quorum contumelia ad corpus transit, accusaret, ego accusationem reverentia illius tulissem tacitus. Quia vero periurii insimulat, quae nihil ab impietate differt, (periurium enim, inquit, est negatio Dei,) quid restat, nisi ut obiecta crimina refellam libere, ipsumque tantum esse periurio implicitum, quantum me ab eo seiunctum demonstrem. Quod igitur attinet ad beatae memoriae imperatorem illum, omnium mihi carissimum et ipsa anima mea pretiosiorem, (quem et viventem complectebar, et quemvis pro eo laborem delicias reputabam, cuiusque defuncti indelebilem memoriam circumfero,) neque iurasse me illi dixerim, neque peierasse: siquidem ne quid de me sinistrum suspicaretur, iuramentis meis nunquam indiguit, cum quotidianae actiones meae ad fidem et germanum amorem meum erga illum prodendum mille iuramentis antecellerent. Etenim non eos, a quibus grave nil timemus, sed quibus maxime diffidimus ad iurandum cogere consuevimus. Non tamen propterea criminibus me absolvi volo, si interim illius filiis post eius e vita discessum insidiatus videar. Peraeque enim iniustitiae culpa tenetur, si quis iniuratus, ut si iuratus iniuste egerit. Sed hoc quale sit, post refutationem obiecti iuramenti considerabimus: nunc hoc ipsum patriarcham calumniose mentiri aio, quod me datum imperatori iuramentum habuisse irri-

βασιλέα τὸν υἱὸν, πρῶτον μὲν οὐδ' αὐτοῖς πρότερον ὀμώμοκα· οὐδὲ γὰρ ἐκάλει χρεία τις· τὸν ἴσον δὲ λόγον καὶ περὶ αὐτῶν, ὥσπερ καὶ περὶ βασιλέως, φημὶ δίκαιον εἶναι σώζεσθαι, τὸ καὶ χωρὶς ὅρκων τινὰ μηδὲ αὐτοῖς ἔξεῖναι ἐπιβουλεύειν, μηδὲ παραιρεῖσθαι τὴν ἀρχὴν, εἰ μὴ φανερῶς αἱροῖτο ἀδικεῖν. εἰ δὲ τοὺς ὕστερον ἐπ' αὐτοῦ γεγενημένους λέγει, ἐγὼ μὲν οὐδένα περὶ ἐκείνων ποιεῖσθαι λόγον ἐβουλόμην αἰδοῖ τῇ πρὸς αὐτόν. εἰ δ' ἐκεῖνος ἀναγκάζει τῶν τοιούτων τὴν ἐξέτασιν, εἰ μᾶλλον ἐκεῖνος ἀπὸ τῶν τοιούτων φαίνοιτο ἐπιορκῶν, στέργειν δίκαιον. ἐγὼ γὰρ μετὰ τὴν βασιλέως τελευτὴν ὀλίγῳ ὕστερον, ὁρῶν αὐτὸν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἄρχειν ἐπιχειροῦντα καὶ ὑποκνιζόμενον εἰς φιλοτιμίαν καὶ δόξαν ἀρχικὴν, τό,τε ἐνδιδόναι πρὸς τὴν ἔφεσιν ὡς ἀλυσιτελὲς ὁρῶν, (ὑπώπτευον γὰρ ἐκ τούτου πολλὰς ἀναφυήσεσθαι διχοστασίας καὶ στάσεως ἀφορμὰς,) τό,τε κωλύειν φανερῶς τὴν ἐπιχείρησιν φθονερὸν καὶ μοναρχικὸν δοκοῦν, καὶ τοιούτοις ἀμφιβόλοις λογισμοῖς ἐπιπολὺ παλαίσας, τέλος ἔδοξα μᾶλλον, εἰ καὶ μὴ τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἐμαυτῷ λυσιτελεῖν, ἀποσχέσθαι τῶν πραγμάτων τῆς ἀρχῆς καὶ διάγειν ἐμαυτὸν, καὶ μὴ τοῖς Ῥωμαίοις αἴτιος κακῶν ὀφθῆναι ἀνηκέστων. καὶ αὐτῷ χρησάμενος πρεσβευτῇ πρὸς βασιλίδα, ἀπειπάμην τὴν ἀρχήν. ἡ δὲ τῷ ἀδοκήτῳ τὴν ἀκοὴν κατα-

A. C. 1343

A

B

C

D

tum asserit. Si iuramenta intelligit, quae imperatrici et imperatori filio iuraverim, primum quidem nec ipsis iuravi, cum id nulla necessitas requireret, et ad me defendendum eandem orationem valere oportere dico, qua de imperatore usus sum: quod nempe etiam sine iuramento nec illis quispiam insidiari queat, neque imperio eos movere, nisi manifestum scelus designare voluerit. Sin de iuramentis loquitur, quae ipsi postea (patriarchae inquam) dederim, equidem hominem reveritus, nullum super iis verbum edere cogitaveram. Quia vero ipse ea in examen cogit deducere, si magis inde ipsum peierasse docuero, in bonam partem accipiat. Ego namque recenti imperatoris obitu, cum viderem eum ad rem publicam tractandam se ingerere et ambitione atque imperandi gloria prurire, nec ignorarem, quam nihil prodesset huiusmodi appetitioni indulgere, (multam enim inde discordiarum ac seditionum materiam exorituram praesentiebam,) palam autem eius conatum infringere invidiosum ac tyrannicae cuiusdam affectationis videri, istiusmodi incertis ac dubiis cogitationibus diu luctatus, tandem si non rei publicae, at certe mihimet prospiciendum et vitam meam a publicorum negotiorum strepitu remotam, otio honesto tranquillitatique mandare decrevi, ne Romanis teterrimorum incommodorum caput et origo exstitisse putarer. Quare eodem usus legato ad Augustam, imperii procuratione me abdicavi. Quae auditione improvisa obstupefacta, abdicationemque meam communem interpretata

A.C. 1343 πλαγείσα, καὶ τῆς κατεχούσης συμφορᾶς οὐκ ἀποδέουσαν νομίσασα τὴν ἐμοῦ ἐκ τῶν πραγμάτων ἀναχώρησιν, παντοία ἦν δεομένη, ὀνειδίζουσα, παρακαλοῦσα, πάντα κινοῦσα κάλων, ὥστε πείθειν τῶν πραγμάτων αὖθις ἔχεσθαι. καὶ τῶν τοιούτων πάντων αὐτὸς ἦν παρ' ἀμφοτέρων πρεσβευτής. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐκείνης λόγων ἐπικλασθεὶς καὶ πρὸς τὴν ὀρφανίαν τῶν παίδων βασιλέως ἀπιδὼν καὶ χηρείαν τὴν
P. 605 ἐκείνης, καὶ ὡς μάλιστα πολλῆς δέονται τῆς προστασίας, ἣν ἐμὲ δίκαιον ἐπιδείκνυσθαι, ἀξίας βασιλεῖ τῆς φιλίας χάριτας τὴν εἰς τοὺς παῖδας ἀποδιδόντα κηδεμονίαν, κἂν εἰ μέλλοιμι κινδύνοις περιπίπτειν, ἐπειθόμην μὲν, οὐ μὴν οὕτως ἀπερισκέπτως, ὥσθ' ὕστερόν τινα καταγινώσκειν ἔχειν ἀβουλίαν· ἀλλὰ καὶ πατριάρχου συμπαρόντος, πολλὰ πρότερον διαλέχθην βασιλίδι περὶ τοῦ μὴ δεῖν προσέχειν συκοφάνταις, οἳ πολλοὶ φυήσονται διαβολὰς καὶ συκοφαντίας κατ' ἐμοῦ συρ-
ῥάπτοντες· οὐ γὰρ ἐάσει γε ὁ φθόνος ἠρεμεῖν. ἀλλ' εἴ μέν τι τοιοῦτον κατηγοροῖεν, ὁποῖον ἂν καὶ αὐτὴν ἐκ τῶν λεγομένων τὸ ψεῦδος συνιδεῖν, ἀποπέμπεσθαι πρὸς ὀργὴν καὶ μισεῖν τοὺς συκοφάντας. ἂν δ' ἐφάπτηται τῆς ψυχῆς καὶ
Β ἀμφιβολίαν ἐμποιῇ, μὴ ἄρα ἀληθῆ τὰ κατηγορημένα εἴη, μὴ καταψηφίζεσθαι αὐτίκα, μηδὲ πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι χωρεῖν, ἀλλὰ καλεῖν ἐπὶ τὴν δίκην καὶ καιρὸν παρέχειν πρὸς ἀπολογίαν. κἂν μὲν ἀδικῶν καὶ ἐπιορκῶν ἐλέγχωμαι, διδόναι δίκας, ἂν δ' ἀπολύωμαι τὰ ἐγκλήματα, τοὺς κατηγόρους τοῦθ'

miseriam, in omnia se vertens, nunc rogare, nunc exprobrare et, ut brevis sim, omnem rudentem movere, quo me ad imperii moderamen revocaret. Atque istarum rerum omnium ipse erat internuntius. Postremo multis sermonibus eius expugnatus filiorumque orbitate et illius viduitate considerata, quibus utrisque curator et patronus magnopere esset necessarius, quem me illis praestare aequum foret, si vellem sollicitudinem et curam istam erga filios amicitiae gratias imperatori mortuo persolvere: quamquam cernerem, quibus me periculis obiectarem, manus dedi, etsi non ita improvide, ut quisquam postea inconsiderantiae me arguere posset. Quin et audiente patriarcha verbis pluribus imperatricem monui, ne calumniatoribus, qui non pauci essent emersuri et mendacia contra me consuturi, (quia videlicet invidia non eos sineret quiescere,) aures daret, sed si quid eiusmodi in me accusarent, quod et illa dictu falsum intelligeret, cum stomacho accusationem reiiceret, ac sycophantas odisset. Sin autem penetraret eius animum et dubitationem haberet, an verum esset, quod deferretur, ne illico damnaret, neu ad ultionem progrederetur, sed iudicio arcesseret tempusque ad defensionem praescriberet. Ac si quidem improbus ac periurus invenirer, poenas darem: sin criminationes dissolverem,

ὅπερ εἰσὶν ἡγεῖσθαι, συκοφάντας. ἡ βασιλὶς μὲν οὖν πρὸς A. C. 1343
τοὺς λόγους οὐκ ἐπείθετο, οὐδὲ δικῶν ἔφασκε καὶ ἐλέγχων
πρὸς ἐμὲ δεήσεσθαι, ἀλλ' ἀνυπεύθυνον παρείχετο τὴν ἀρχήν.
ἐμοῦ δὲ οὐκ ἀνιέντος, ἀλλὰ βιαζομένου τὴν περὶ τῆς δίκης
ἐπαγγελίαν, ἐπείθετο ἀναγκασθεῖσα, καὶ ὅρκους ἀλλήλοις πα-
ρειχόμεθα ἐπὶ τοῦ πατριάρχου, τὴν μὲν μηδεμίαν κατ' ἐμοῦ C
ἀπόφασιν ἐξενεγκεῖν ποτε, πεισθεῖσαν συκοφάνταις, ἀλλ' ἐπὶ V. 485
τὴν δίκην καλεῖν καὶ ἐλέγχους ποιεῖσθαι τῶν ἀδικημάτων·
ἐμὲ δὲ μηδέποτε περὶ αὐτὴν ἀγνωμονήσειν, μηδ' ἐπιβου-
λεύσειν αὐτῇ καὶ τοῖς παισὶ πρὸς τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ πᾶν ὅ-
τιοῦν ὑπέρ τε αὐτῶν καὶ τῆς κοινῆ Ῥωμαίων ὠφελείας πράτ-
τειν. ἐγὼ δὲ καὶ τούτων οὕτω κατεσκευασμένων, ἔτι τὴν γυ-
ναικείαν δεδιὼς ἀσθένειαν, μὴ οὐχ οἵατε ἦ οὕτω μεγαλο-
φροσύνην καὶ λογισμῶν ἐπιδείκνυσθαι περιουσίαν, ἀλλ' ἀπα-
τηλοῖς καὶ περιέργοις λόγοις καὶ συκοφαντίαις παραχθεῖσα
πρὸς τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον ὁρμηθῇ ἡ βασιλὶς, τὸν πατρι-
άρχην μόνον παραλαβὼν καὶ πολλῶν ὑπομνήσας εὐεργετη- D
μάτων ὑπηργμένων παρ' ἐμοῦ, ἔπειτα ἐδεόμην τῶν ὑπὲρ ἐ-
μοῦ δικαίων ἔχεσθαι καὶ βασιλίδι παραινεῖν, ἐπεὶ συνεῖναι
τὸν πάντα χρόνον μέλλει Βυζαντίῳ ἐνδιατρίβων, μὴ πείθε-
σθαι τοῖς συκοφάνταις, μηδὲ πρὸ δίκης ἐμοῦ καταψηφίζε-
σθαι, ὡς τῆς ἐκ τούτου ὠφελείας οὐκ εἰς μόνον ἐμὲ διαβαι-
νούσης, ἀλλ' εἰς ἅπαντας κοινῇ Ῥωμαίους· ὧν δίκαιον αὖ-

ad deliberandum praefinitis: dein Pheris praefectum designat et Cralem per oratores foederis iuramentorumque admonet: se ea servare docet: ipse ne violet, rogat, sed a Pheraeorum iam sibi deditorum oppugnatione desinat, et bello attenuatis, pro eo ac possit, opituletur: Pheraeos spe bona implet, dum se brevi ad eos venturum, et quatenus indigeant, iis consulturum spondet. Atque cum hac sponsione et illos legatos dimittit. Momitzili autem milites abeuntibus occurrentes partem eorum ceperunt ac rebus ablatis, postea nudos dimiserunt: pars altera, omnibus relictis impedimentis, cum vix effugisset, ad imperatorem reversa est. Qui maiorem in modum irascens, quod urbis periculum videbat, quomodo iniuriam maximam a Momitzilo persequeretur, quaerebat. Byzantini legati ad Augustam reversi archontibus legationem renuntiarunt, atque etiam litteras patriarchae reddiderunt. Qui se felici, quem sperabant, successu frustratos doluerunt. Chrysobergem porro advocatum interrogarunt, si quos nuntios ferret. Respondit ille, de communi eorum

A.C. 1343 καὶ μὴ λῃρεῖν ἀδύνατα ἀξιοῦντα. τοῦ δὲ μηδενί τῳ ἑτέρῳ ἐξειπεῖν ἂν διισχυριζομένου, ἠπείλουν μαστιγοῦν καὶ ἔκφορα τὰ ἀπόῤῥητα ποιεῖν προσαναγκάσειν. ὡς δὲ οὐδὲν ἐνεδίδου πρὸς τὰς ἀπειλάς, καὶ τὰς πληγὰς ἐπῆγον. ὁ δ' οὐδὲν ἧττον ἔφασκεν ἀποκρύψειν, ἂν καὶ δεινότερα τολμῶσιν· εἰδότα γὰρ οἷα πρὸς Βρουλᾶν τῆς εἰρήνης ἕνεκα πρότερον τετόλμηται ἐλθόντα, οὕτως ἥκειν παρεσκευασμένον, ὡς πᾶσαν οἴσοντα κάκωσιν καὶ παροινίαν. ὁ μὲν οὖν οὕτως ἀπτόητος ὡρᾶτο καὶ πρὸς καρτερίαν παρεσκευασμένος τῶν δεινῶν. οἱ δ' ἐπεὶ ἐώρων ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦντες, πολλὰ εἰς αὐτὸν καὶ τὸν πέμψαντα ὑβρίσαντες, ἔπειτα ἐξήλαυνον τῆς πόλεως αὐθημερὸν μηδένα περὶ τῆς πρεσβείας λόγον ποιησάμενοι. ὁ δὲ πρὸς βασιλέα τὰ γεγενημένα ἀπήγγελλεν ἐλθών· κἀκεῖνος ἤδη τὴν εἰρήνην ἀπογνοὺς, ἐστράτευσεν ἐπὶ Γαρέλλαν. Κοντοστέφανος δὲ ὁ ταύτης ἄρχων προσεχώρησεν ἑκὼν τῷ βασιλεῖ καὶ παρέδωκε τὴν πόλιν· ἐν ᾗ καὶ Καταβοληνὸς Ἰωάννης πρὸς βασιλέα ἤχθη, τῶν οἰκετῶν τῆς βασιλίδος ὤν. ὃν ἔπεμπεν εἰς Βυζάντιον αὐτίκα, μηδενὸς, ὧν εἶχεν, ἀποστερηθέντα, ἠξίου τε αὖθις καταλύεσθαι τὸν πόλεμον καὶ μὴ διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν φιλονεικίαν τὰ ἀνήκεστα δεινὰ Ῥωμαίους ὑπομένειν. πατριάρχης δὲ καὶ οἱ λοιποὶ οὐδὲν ἧττον, ἢ πρότερον, ἤροῦντο πολεμεῖν.

legatione non plus habere se, quod nuntiaret, quam in litteris positum esset: separatim habere, quae imperatrici dicat, quae iussus sit soli, nemine alio praesente, dicere. Illi instant, ut sibi ea arcana detegat: et ne inepte conetur, quod obtineri non possit. Eo asseverante, nulli alteri enuntiaturum, flagellis secreta illa expressuros interminantur. Cum ad minas staret imperterritus, plagas incutiunt. Is nihilo minus, quamvis acerbiora auderent, se arcana celaturum affirmabat, scientemque probe quae in Brulam de pace legatum antea designassent, ad qualemcumque eorum vexationem petulantiamque sufferendam promptum et alacrem venire. Chrysoberges adeo intrepidus et ad horribilia quaeque excipienda paratus erat. Archontes ut in aëre se piscari viderunt, ipsum et a quo veniebat multis probris conciderunt: homineque eodem die civitate pulso, de eo legato apud imperatricem ne mutiverunt quidem. Ille ad imperatorem reversus, quid sibi accidisset, narravit. Qui, pacis spe proiecta, Garellam cum copiis abiit, cuius praefectus Contostephanus non illibenter ei se cum oppido tradidit: in quo et Ioannes Cantabolenus, unus e domesticis Augustae ministris, adductus est. Quem subito, nulla re spoliatum, Byzantium mittens, rursum rogat bellum sedari, et ne per mutuam eorum contentionem Romani damnis mactentur irreparabilibus. Ceterum patriarcha et reliqui bellum, ut semper, malebant.

οϛ'. Βασιλεὺς δὲ καὶ τὴν μεγάλην εἶλε Καρύαν φρού- A.C. 1343
ριόν τι ὁμολογίᾳ. ἔνθα διατρίβοντι καὶ πρωτοκυνηγὸς ὁ V. 494
Βατάτζης προσεχώρησε μετὰ τῶν συγγενῶν ὄντων οὐκ ὀλί- P. 617
γων· καὶ τό τε Πολύβοτον, πόλιν Θρᾳκικὴν ὑπὸ τῶν συγ-
γενῶν κατεχομένην, προσῆγε βασιλεῖ, καὶ Τηρίστασιν τὸ φρού-
ριον, ὃ πρότερον αὐτὸς ἔτι βασιλέως Ἀνδρονίκου περιόντος
οἰκείοις ἀναλώμασιν ἐτείχισεν. ἔφασκέ τε, ὡς ἐν μὲν ταῖς
ἀρχαῖς τοῦ πολέμου μάλιστα, νομίσας περὶ βασιλέα ἠγνω-
μονηκέναι καὶ τοῖς ἐκείνου παισὶν ἀδίκως ἐπιβουλεύειν καὶ
συναρπαιρεῖσθαι τὴν ἀρχήν, ἀποστῆναί τε αὐτοῦ διὰ τὴν νομι-
ζομένην ἀδικίαν καὶ πολεμεῖν ἁπάσῃ δυνάμει. τοῦ χρόνου
δὲ τριβομένου καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀπολλυμένων ἀκλεῶς ὑπὸ
τοῦ πολέμου, ὁρῶν ὡς βασιλεῖ μὲν τά τε Ῥωμαίοις κοινῇ
συνοίσοντα καὶ τοῖς βασιλέως σπουδάζεται παισὶ, παρακοι- B
ούμενῳ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἄγουσι τῶν Ῥωμαίων τὴν
ἡγεμονίαν, οὐδέν ἐστι προὔργου, ἢ πάντας διαφθείραντας
ἐκείνους ἄρχειν, βασιλέως δὲ τοῦ παιδὸς ὀλίγα ἢ οὐδὲν
φροντίζοντας, καὶ τῆς τῶν ἄλλων σωτηρίας, συνιδών τε ἐκ
τῶν γινομένων ὡς ἐκεῖνοι ἀδικοῖεν καὶ διαφθείροιεν φαυλό-
τητι τρόπων τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων, ἀποστῆναί τε ἐκείνων
καὶ προσχωρῆσαι βασιλεῖ, καίτοι γε μεγάλας ἀφορμὰς ἔχων
τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐνοίας. τῷ τε γὰρ υἱῷ συνῴκισε τὴν πα-
τριάρχου θυγατέρα, καὶ τὴν αὐτοῦ τῷ μεγάλου δουκὸς υἱῷ
ἐξέδωκε πρὸς γάμον. ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχων συγγενείας πρὸς C

76 Imperator castellum quoddam, magnam Caryam, deditione acquirit. Illic versanti et venatorum princeps Batatzes cum cognatis non paucis se permisit, et Polybotum, urbem Thraciam a necessariis suis occupatam, in eiusdem fidem adduxit, et Teristasin oppidulum, quod ipse prius imperator, vivo Andronico, suo sumptu muris circumdederat. Hic Batatzes fatebatur, se in primordio belli huius, cum putaret, eum in imperatorem demortuum esse ingratissimum et eius filiis scelerate insidiari iisque imperium eripere, se ab eo defecisse et contra quantum valuisset pugnavisse. Tempore autem labente et Romanis nulla cum laude bello intereuntibus, cum observaret, ipsi communes Romanorum et liberorum imperatoris rationes cordi ac studio esse, praefecto autem cubiculi et aliis, in quorum manu esset imperium, nihil esse tam optatum, quam ut occisis omnibus ipsi regnarent, imperatoris vero pueri et ceterorum salutem eos parvi aut nihili pendere: cum item ex factis notaret, esse homines improbos et vitiositate sua imperium Romanum perdere, ab illis ad ipsum transiisse, quamvis causas ipsis studendi non leves haberet. Nam et filio suo patriarchae filiam desponderat et suam magni ducis filio coniunxerat. Sed quamvis

A.C. 1343 αὐτοὺς καὶ οἰκειότητος, βδελύξασθαί τε τοὺς τρόπους καὶ τὴν παρὰ βασιλεῖ διατριβὴν ἑλέσθαι μᾶλλον. βασιλεὺς δὲ ἀσμένως τε ἐδέξατο καὶ τῶν τε λόγων καὶ τῆς κρίσεως χάριν ὡμολόγει· καὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας καὶ τοῦ προσκεχωρηκέναι ἀμειβόμενος, αὐτῷ μὲν τὴν μεγάλου στρατοπεδάρχου παρείχετο ἀξίαν, τοῖς ἄλλοις δὲ τῶν συγγενῶν ἑκάστῳ ἀναλόγως καὶ τιμὰς παρείχετο καὶ προσόδους ἐτησίους. εἶτα σὺν ἐκείνῳ εἰς Τηρίστασιν ἐλθὼν, ἐκείνην τε παρελάμβανεν ἐκείνου παραδιδόντος, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν πολίχνια καὶ τὰ φρούρια προσεχώρουν. Καλλιούπολις δὲ καὶ Ἑξαμίλιον ἀντεῖχον καὶ πᾶσαν δεῖν ᾤοντο μᾶλλον ὑπομένειν πολιορκίαν, ἢ προσχωρεῖν τῷ βασιλεῖ. ἔτι δὲ αὐτῷ περὶ Χε-
D ῤῥόνησον διατρίβοντι Σουλιμὰν, τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν σατραπῶν εἷς, εἰς Χερῤῥόνησον μετὰ στρατιᾶς περαιωθείς, συνεγένετο τῷ βασιλεῖ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς, καὶ ἵππους τε παρέσχετο καὶ ὅπλα δῶρα καὶ στρατιὰν οὐκ ὀλίγην συμμαχεῖν. φιλοφρονηθεὶς δὲ ὑπὸ βασιλέως καὶ αὐτὸς, ἀνέστρεφεν εἰς τὴν Ἀσίαν. βασιλεὺς δὲ τὰ μήπω προσχωρήσαντα πολίχνια ἐπῄει καὶ κατεδουλοῦτο, καὶ πρὸς Μυριόφυτον ἐλθὼν ηὐλίσατο τὴν νύκτα ἐν οἰκίᾳ μεγάλῃ διωρόφῳ. εἴθιστο δὲ διά τε τὴν βραχύτητα τῆς ἡμέρας· χειμὼν γὰρ ἦν· καὶ τὸ ἀνά-
P. 618 κην ἔχειν ἄχρι νυκτὸς ἔφιππον εἶναι, (οὐ γὰρ ἦν ὅποι τῶν ἵππων ἀποβάντας ἄριστον αἱρεῖσθαι, τῆς Θρᾴκης ἁπάσης ὑπὸ
V. 495 τοῦ πολέμου ἀοικήτου γενομένης πλὴν τῶν πόλεων,) ἀρχομέ-

15. συνεγίνετο P.

affinitate et necessitudine cum iis ita copulatus esset, tamen mores eorum detestatum, facere ab imperatore malle. Imperator virum libenter accipit, et tum de oratione hac, tum de iudicio gratias agit: eumque pro isto erga se animo, et quod ad suas partes accessisset, remuneratus, magnum stratopedarcham creat: cognatis aliis cuique pro portione honores et annuas mercedes attribuit. Post cum illo Teristasin veniens castellum, eo tradente, occupat. Finitima quoque castella et oppidula se dedunt. Calliopolis et Hexamilium, qualemcumque potius obsidionem sustinendam, quam deditionem ei faciendam, arbitrantia, resistunt. Adhuc in Chersoneso manebat, cum Sulimanus, unus ex Asiae satrapis, qui in eam peninsulam cum exercitu traiecerat, Aegospotami in colloquium veniens, equos, arma et non exiguam militum manum ad auxilium ei donavit. A quo vicissim comiter acceptus, in Asiam rediit. Imperator reliqua oppida in potestatem adduxit et Myriophyti in amplis aedibus, duas contignationes habentibus, pernoctavit. Consueverat autem propter brevitatem diei, (ut hibernis mensibus,) et quod necesse erat usque ad noctem equo insidere, (non enim inveniebant, ubi descenden-

ης εὐθὺς ἡμέρας ἀριστᾷν καὶ οὕτω διημερεύειν. οἱ περὶ A. C. 1343
αὐτὸν δὲ κατὰ τὸ ἔθος ἀναγκάζοντες ποιεῖν, οὐκ ἠθέλησε, δεῖσθαι μὲν τροφῆς εἰπὼν, ἀναχωρεῖν δὲ ἐπείγεσθαι οὕτως αὐτομάτως· αὐτίκα τε ἐπέβησαν τῶν ἵππων, κελεύσαντος ἐκείνου, καὶ πρὸς ἑτέραν πολίχνην οὐ πολὺ διέχουσαν Μυριοφύτου, Χώραν προσαγορευομένην, ἦλθον, ἔτι μήπω προσχωρήσασαν. πέμψας τε ὁ βασιλεὺς προσηγόρευε τοὺς πολίτας καὶ παρῄνει προσχωρεῖν. οἱ δ' ἀντὶ προσηγορίας κακῶς ἤκειν ἔφασαν αὐτόν. αὐτοὺς δὲ ἀμυνεῖσθαι προθυμότατα, οἷς ἐπίῃ, ἀπὸ τῶν τειχῶν. τοῦ πρεσβευομένου δὲ κατηγοροῦν- B
τος, ὅτι ἀνοήτως καὶ θρασέως ἀποκρίνοιντο βασιλεῖ προσαγορεύοντι, ἕτερον ἔφασαν ἐκεῖνοι βασιλέα ἔχειν, αὐτὸν δὲ ἐν οὐδένων ἄγειν μοίρᾳ, καὶ ὕβρεις αὐτίκα κατέχεον αὐτοῦ πολλάς. ἔτι δὲ περὶ τὰς ὕβρεις ἐκείνων ὄντων, σεισμὸς ἐγίνετο ἐξαίσιος οἷος, καὶ τά τε τείχη κατέπιπτε τῆς πόλεως καὶ τῶν οἰκιῶν ὑπὲρ τὰς δύο μοίρας, καὶ κατεχώσθησαν ὑπό τε τῶν τειχῶν καὶ τῶν οἰκιῶν ὑπὲρ τριακοσίους. ὅσοι δὲ διέφυγον τὸν κίνδυνον, βασιλεῖ προσέδραμον ἐξελθόντες, καὶ ἐδέοντο μὴ σφᾶς καὶ τέκνα περιιδεῖν ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀνδραποδισθέντας ἄν. τῆς C
αὐτῆς δὲ ὥρας ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ ἐκείνου καὶ ἡ οἰκία, εἰς ἣν ηὐλίσατο ὁ βασιλεὺς τὴν νύκτα, κατέπεσεν ἐκ θεμελίων, καὶ ἡ περὶ βασιλέα τοῦ θεοῦ πρόνοια ἐγίνετο καταφανὴς, οὕτως ἐκ προδήλου κινδύνου ῥυσαμένου. εἰ γὰρ, ὥσπερ οἱ περὶ αὐ-

tes pranderent, tota Thracia in solitudinem praeter urbes bello redacta,) mox ipso diluculo prandere et sic diem traducere. Comitibus itaque ad observandam consuetudinem impellentibus, non paruit, cibo se quidem indigere affirmans, a semetipso autem ad discessum urgeri: statimque iussi equos conscenderunt et ad oppidulum aliud, Choram dictum, Myriophyto non procul remotum, quod nondum se dediderat, venerunt. Imperator per caduceatorem cives salutat eosque ad deditionem hortatur. Illi pro eo, ut resalutarent, malo fato ipsum advenisse aiunt: si eos oppugnet, a muris impigerrime se defensuros. Caduceatori eos reprehendenti, quod imprudenter atque confidenter imperatori salutanti responderent, alium se habere imperatorem inquiunt, Cantacuzenum nullo loco ducere: moxque contumelias in illum ingeminant. Quas cum adhuc funderent, terra tremit horribiliter: quo tremore moenia oppidi procubuerunt, domorumque amplius duae partes et sepulti ruina aedium ac moenium plures trecentis. Qui salvi restabant, extra oppidum accurrere obtestarique, ne se cum liberis in servitutem a barbaris abripiendos deserat. Eadem hora, eodem terrae motu aedes, in quibus pernoctarat, a fundamentis corruerunt, divinaque providentia circa imperatorem eluxit, quae certo periculo ipsum liberavit. Si enim comites hortantes audiens,

A.C. 1343 τὸν παρῆνουν, ἀριστᾶν ἐπείθετο ἐκεῖ, οὐδὲν ἂν ἐκάλυε μὴ αὐτόν τε καὶ τῶν συνόντων οὐκ ὀλίγους ὑπὸ τῆς οἰκίας καταχωσθῆναι· οὕτως ἦν βραχὺς ὁ μεταξὺ χρόνος παρελῆλυθώς. τῆς δὲ περὶ αὐτὸν στρατιᾶς ὡρμημένης τὴν πολίχνην, ὡς πολεμίαν, διαρπάζειν, καὶ τῶν Περσῶν τοὺς ὑπολειπομένους ἀνδραποδίζειν ἐπιχειρούντων, ἐκώλυσεν ὁ βασιλεὺς
D ἐλθὼν καὶ περιέσωσε τὴν πολίχνην. καὶ διπλᾶς ἀπεδίδου τὰς εὐχαριστίας τῷ θεῷ, τοῦ τε ἀπὸ τῆς καταπεσούσης οἰκίας αὐτὸν καὶ τοὺς συνόντας περισωθῆναι, καὶ τοῦ τὴν Χώραν οὕτως ἑτοίμην προκειμένην ἐπὶ τὴν διαρπαγὴν περισῶσαι δυνηθῆναι. ἔπειτα αὐτοῖς τῶν εἰς ἐκεῖνον ὕβρεων συγγνώμην παρασχόμενος καὶ ἄρχοντας ἐπιστήσας, οἳ τὰ τείχη ἀναστήσουσιν, ἀπῆρεν ἐκεῖθεν πρὸς τὰς ἄλλας πόλεις. οἱ δὲ ἐπιτεταγμένοι πρὸς τὸν τειχισμὸν κατὰ τὸ βασιλέως πρόσταγμα πολλὴν εἰσενεγκάμενοι σπουδήν, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τῶν προτέρων ἀνέστησαν βελτίω καὶ ἐρρωμενέστερα. ἐπεὶ δὲ οὐδενὸς ἐνέδει πρὸς ἀπαρτισμὸν αὐτοῖς, ἐπιβουλεύσαντες οἱ
P. 619 κατὰ τὴν πολίχνην, ἐξήλασαν τοὺς βασιλέως αὖθις καὶ βασιλίδι προσεχώρησαν· καὶ πρὸς πολλῶν δυσχερῶν ἐλθόντες πεῖραν, ἄχρις οὗ καὶ Βυζαντίου βασιλεὺς ἐκράτησε, διέμειναν πολιορκούμενοι καὶ κακῶς πάσχοντες ὑπὸ τῶν περιοικίδων πόλεων.

A.C. 1344 οζ'. Βασιλὶς δὲ ἡ Ἄννα καὶ ὁ πατριάρχης, ηὐξημένον
B ὁρῶντες ἤδη Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα καὶ πόλεις τε ὑ-
V. 496 ποποιησάμενον πολλὰς καὶ στρατιὰν οὐκ ὀλίγην ἔχοντα,

9. αὐτῶν P.

illic cibo corpus refecisset, cum non paucis de suis procul dubio obtritus periisset: adeo breve tempus intercesserat. Iam vero cum miles oppidum Choram, ut hostile, vellet diripere, et Persae quod reliquum erat civium captivum ducere aggrederentur, imperator superveniens vetuit oppidumque intactum servavit et duplicatas Deo gratias egit, tum quod a lapsu domus ipsum cum suis asseruisset, tum quod Choram ita direptioni expositam ab ea servare potuisset. Posthaec conviciis ignovit, et aedilibus designatis, qui muros reaedificarent, ad alias urbes inde progressus est. Porro fabri cementarii, pro mandato imperatoris impigre laborantes, brevi spatio meliores ac validiores prioribus exstruxerunt: quibus extrema iam manu imposita, incolae, comparatis insidiis, imperatoris factionem rursum expulerunt et ad partes Augustae defecerunt, atque in multas difficultates et infortunia adducti, donec imperator Byzantium occupavit, obsidionem vicinarumque urbium iniurias perpessi sunt.

77. Ceterum Anna imperatrix et patriarcha Cantacuzeni opes plurium oppidorum copiarumque accessione crevisse animadvertentes,

μίσαντες ἀπορίᾳ τοῦ κωλύσοντος αὐτὸν ηὐξῆσθαι, τὸν μέγαν A.C. 1344
δοῦκα στρατηγὸν αὖθις ἐψηφίσαντο, καὶ ἐπέτρεψαν τὸν πρὸς ἐκεῖνον πόλεμον. ὁ δ' εὐθὺς τὴν στρατιὰν ὅση ἦν παραλαβών, ἦλθεν εἰς Ἡράκλειαν. πυθόμενος δὲ περὶ βασιλέως, ὡς Χαριουπόλει ἐνδιατρίβει ὀλίγῳ πρότερον προσχωρησάσῃ, Λογγῖνόν τινα τοῦ δεσμωτηρίου ἐξαγαγών, ὃς τῆς εἰς βασι- C
λέα ἕνεκα ἐδέδετο εὐνοίας, καὶ μετεωρίσας πολλαῖς ἐπαγγελίαις, εἰ δυνηθείη βασιλέα ἀνελεῖν, ἔπειτα προφάσεως ἕνεκα εὐπροσώπου καὶ γράμματα παρέσχετο πρὸς βασιλέα. ἐδήλου δὲ τὰ γράμματα τοιαῦτα, ὡς πρότερον μὲν αὐτῷ Διδυμοτείχῳ ἐνδιατρίβοντι ἐπιστρατεύσας, συντεθείη συγγενέσθαι. τοῦ καιροῦ δὲ κωλύσαντος τὴν συντυχίαν, ἐκεῖνον μὲν οἴκαδε ἐπανελθεῖν, αὐτὸν δὲ καιροῦ λαβόμενον ταῖς ὑπὸ βασιλέα τελούσαις πόλεσιν ἐπιστρατεῦσαι, ἃ οὐκ ἐχρῆν ποιεῖν. ὑφ' ὧν ἀναγκασθέντα καὶ αὐτὸν, καίτοι βουλόμενον οἴκοι διατρίβειν, εἰς Ἡράκλειαν ἐλθεῖν μετὰ τῆς στρατιᾶς. εἰ μὲν D
οὖν αὐτῷ πειθόμενος εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανέλθοι, κάλλιστ' ἂν ἔχοι· παύσαιτο γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς τὴν στρατιὰν ἀνονήτοις πόνοις κατατείνων· εἰ δ' ἑτέρως ἔγνωκε, πλέον μὲν οὐδὲν ὀφελεῖν, αὐτὸν δὲ εἰδέναι ὅτῳ ἔγνωκεν ἀντικαθίστασθαι. τὸν αὐτὸν γὰρ εἶναι, ὃν πάλαι οἶδε. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ τὰ γράμματα ἀνέγνω, τὸν ἄρχοντα Ἀπρίων, ὃς παρ' αὐτῷ ἦν, τῆς πόλεως προσχωρησάσης, ἔπεμπε πρὸς αὐτὸν, τοιαῦτα ἀντεπιστείλας· „ἀνέγνων σου τὰ γράμματα, παρακοιμώμενε, καὶ

cum ideo factum arbitrarentur, quia defuisset, qui eius incrementa impediret, magnum ducem exercitui de integro praeficiunt, eique belli rationes committunt. Is nil cunctatus cum totis copiis Heracleam contendit. Audiens autem, imperatorem esse Chariopoli, quae se nuper illi tradidisset, Longino quodam e carcere, quo, ut Cantacuzeno amicus, coniectus fuerat, educto multisque promissis erecto, si posset illi vitam adimere, honesti praetextus gratia litteras quoque eidem ad eundem perferendas dedit: earum haec erat sententia. Se alias, cum in illum Didymotichi degentem moveret, collocutionem cum eo pepegisse, quam quia tempus negaret, domum revertisse. Ipsum interea, opportunitate arrepta, urbes imperatori Ioanni subiectas armis per nefas invasisse. Unde quamquam ceteroqui manere domi voluerit, cum agmine militari Heracleam proficisci debuisse. Quamobrem si sibi obsecutus domum redeat, rectissime facturum, et se quoque cessaturum milites suos inutilibus delassare laboribus. Si aliter censeat, nihil se dicturum amplius: ipsum satis scire, cui se statuat opponere: eundem enim esse, quem pridem expertus fuerit. Imperator, lecta epistola, praefectum Apriorum, qui forte, urbe iam dedita, aderat, ad illum mittit cum

A.C. 1344 P. 620 τὴν μὲν ἐγκειμένην μεγαλαυχίαν καὶ τὸν τῦφον θαυμάζειν μάλιστα ἐπῆλθε· πάνυ γὰρ ἀνάρμοστα τῇ ἡλικίᾳ πράττεις. δέον γὰρ διὰ τὸ γῆρας τοῦ τολμήματος καὶ τῆς εἰς τὰς μάχας εὐψυχίας ὑφιέναι, σὺ δ' ἐν ἥβῃ μὲν ἦσθα δειλότερος λαγὼ, νυνὶ δ' ἐν βαθεῖ γήρᾳ συῶν οὐδαμῶς ἀμβλυτέρανὃ ἔχεις τὴν ὁρμήν. εἰ μὴ τοῦτο φαίης, ὡς νέος στρατιώτης ὢν, ὥσπερ εἰκὸς, ἐκτήσω καὶ νέον τῦφον. τῆς ἀληθείας δέ σε καὶ πάνυ ἐπαινῶ. ἀεὶ γὰρ εἰωθὼς παρὰ τὸν βίον καταψεύδεσθαι καὶ αὐτοψεῦδος ὢν, νῦν με μάλιστα εἰδέναι σε εἰπὼν, πάνυ μάλιστα ἐφθέγξω τἀληθές. οἶδα γάρ σαφῶς, ἐξ οἵας τύχης ἀνειλόμην, καὶ ὡς ἠξίωσα μειζόνων, ἢ προσῆκε. βασιλέως δὲ διὰ τὴν προσοῦσαν μοχθηρίαν καὶ τῶν τρόπων τὴν φαυλότητα δεσμωτηρίῳ κατακλείσαντος πρὸς ὀργὴν, αὐτὸς ἐξήγαγον παραιτησάμενος καὶ πρὸς τὴν προτέραν τύχην ἐπανήγαγον. καὶ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ὕστερον βουλομένου τοῦ βασιλέως τῆς πονηρίας κολάζεσθαι ἀξίως, αὐτὸς παρῃτούμην διαλύων τὴν ὀργὴν καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἠξίουν ἀγαθῶν. καὶ πολλάκις καὶ βασιλέως περιόντος, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν προσκεκρουκότος, ὧν οὐδὲ σὲ οἶομαι ἐπιλελῆσθαι, οὐδένα τῶν προσκρούσεων λόγον ἐποιούμην, οἷόν τινι ζώῳ τῶν ἀχθοφόρων, πρὸς μὲν τὸ ἀχθοφορεῖν κεχρημένος μόνον, τῶν δ' ἄλλων εἴ τι πρόσεστι δυστροπίας ἀμελῶν. ὅτι δὲ εἰς τοσοῦτον ἔμελλες ἀτο-

5. οὐδενὸς τῶν ἐν ἡλικίᾳ δοκεῖς P. pro συῶν οὐδαμῶς.

litteris huiusmodi: Legi quae scripsisti, praefecte cubiculi, et elocutionem ex iis ostentationem atque arrogantiam tuam magnopere admiratus sum: valde enim aetatem tuam dedecoras. Nam, ut senex, de audacia pugnandi et spiritibus debebas remittere. Tu vero iuvenis timidior lepore, nunc aevi maturus velut aper furentes ac violentos habes impetus. Nisi hoc dicas, te iuvenem militem etiam iuvenili, ut conveniebat, fastu et confidentia fuisse. Macte virtute ob veritatem. Etenim cum tota vita mentiri consueveris et sis concretus ex mendacio, nunc, cum dixisti me nosse qui tu sis, veritatem tam clare elocutus es, ut nihil supra. Scio enim optime, ex quali te conditione extulerim, et quod maiora multo, quam decuit, in te merita contulerim. Cum vero imperator ob nequitiam tuam et mores vitiosos in carcerem te iratus conclusisset, ego te venia impetrata exemi et in pristina fortuna collocavi: nec semel postea, sed frequenter, cum ille debita sceleribus tuis supplicia irrogare vellet, ego illa, eius ira mitigata, a capite tuo averti teque compluribus nec vulgaribus ornamentis auxi. Et cum me toties offenderes, imperatore vivo atque mortuo, (quod nec te oblitum puto,) omnes offensiones flocci pendi, et sicut animali dossuario ad onera tantum portanda te usus, in reliquis, si quid perversitatis adhibe-

πίας ἐκπεσεῖσθαι, τοῦτο μόνον σαφῶς οὐκ ἤδειν. ᾤμην γάρ A.C. 1344
σε οὐδὲ σαρκῶν φείσεσθαι, καιροῦ καλοῦντος, ὑπὲρ ἐμοῦ,
τὸ πλῆθος μεμνημένον καὶ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν. σὺ
δ' ἀντὶ τούτων ἐχρήσω τοῖς ἐναντιωτάτοις, καὶ μοχθηροὺς
ἀνθρώπους καὶ τὰς γνώμας διεστραμμένους ἀπατηλοῖς καὶ
περιέργοις λόγοις ὑπελθὼν καὶ ταῖς τῶν μεγίστων ἐπαγγε- V. 497
λίαις ἐξαπατήσας, τουτονὶ τὸν πόλεμον οὐδὲν ἧττον κοινῇ
κατὰ Ῥωμαίων, ἢ κατ' ἐμοῦ κεκίνηκας· οὓς ἀξιώτατα ἡμεί-
ψω τῆς τε ἐκείνων ἀβελτηρίας καὶ τῆς σοὶ προσούσης πρὸς
τοὺς φίλους ἀπιστίας ζόφον πάντων καταψηφισάμενος, ὥσ- D
περ ἦσαν ἄξιοι. σὲ μὲν οὖν, ὥσπερ ἔφης, πάντων μάλιστα
ἐγὼ γινώσκω· σὺ δ' ἐμὲ πάνυ μοι δοκεῖς ἠγνοηκέναι. εἰ
γὰρ ὅστις ἦδεις ἐγώ, οὐκ ἂν οὕτως ἠγνωμόνεις· ἐπεὶ δὲ
μετὰ τῶν ἄλλων καὶ οἰκαδε παραινεῖς ἐπανελθεῖν, δοκῶ
μοι διὰ τὴν ἀρχαίαν φιλίαν σοὶ πεισθήσεσθαι καὶ μὴ πρὶν
παύσεσθαι πρὶν ἐντὸς γενέσθαι τῆς οἰκίας. Ῥωμαίων δὲ ὄντι
βασιλεῖ κελεύσματι θεοῦ οὐδεμία μᾶλλον ἑτέρα, ἢ ἡ Ῥω-
μαίων ἡγεμονία οἰκία πρεπωδεστέρα, ἣν εἰσελθεῖν πᾶσαν
ἐπιδείξομαι σπουδήν, ἢ αὐτὸς τῶν φίλων ὧν παραινεῖς.
πολλὰ δὲ μεταμεληθείς, ὅτι σε ὄντα γέροντα παρεσκεύακα P. 621
τοσοῦτον πόνον ὑπομεῖναι καὶ πρὸς Ἡράκλειαν ἐλθεῖν, ἔ-
γνων δεῖν σε τῶν πόνων ἀναπαύειν, καὶ εἰς τετάρτην ἡμέ-
ραν αὐτὸς ἀφίξομαι πρὸς σέ, καὶ εἴ σοι βέλτιον δοκεῖ δια-

res, non curavi. Te autem adeo insigniter improbum futurum, hoc solum explorare non scivi. Existimabam enim, si occasio data foret, recordantem beneficiorum tam multorum magnorumque, ne corpori quidem tuo mea causa parsurum. At tu omnimodis contrariam institisti viam, et hominibus pravis ac perniciosis sermonibus fraudulentis et callide meditatis obrependo et pollicitationibus eos maximis circumducendo, hoc bellum non minus in commune Romanorum, quam in meum unius exitium induxisti: quos, ut eorum vecordia et tua in amicos infidelitate dignissimum fuit, tenebris nimirum, quas merebantur, damnatis omnibus remuneratus es. Te igitur novi, ut ais, et ita quidem novi, ut nemo melius. Tu contra parum me videris nosse. Si enim scires, qui ego sim, non adeo te mihi iniquum praeberes. Et quoniam inter alia etiam hortaris, ut domum revertar, propter veterem amicitiam tibi obtemperare certum est nec prius quiescere, quam intra domum sim. Qui autem divino iusso Romanorum est imperator, cum nulla domus magis, quam Romanorum imperium, decet: quam ut ingrediar, sicut amicus tu bene mones, toto pectore contendam: captusque multa poenitudine, quod te effractum senio tam laboriose feci Heracleam petere, levandum te laboribus censeo, et die abhinc quarto ipse ad te veniam. Tum, si tibi placuerit post longiusculam quietem me-

A. C. 1344 γωνίσασθαι πολλῆς ἀναπαύλης ἀπολαύσαντι, οὐδὲ ταύτην σοι τὴν χάριν ἀποκνήσω καταθεῖναι." τοιαῦτα μὲν ἀντέγραφε καὶ βασιλεύς· μετὰ δὲ τετάρτην ἐξ ἐκείνης ἦλθεν εἰς Ἡράκλειαν καὶ περιέμεινε πρὸ τῶν πυλῶν ἑστὼς ἐφ' ἱκανόν· ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς ἀντεπεξῄει, τὸ λοιπὸν ὁδεύσας τῆς ἡμέρας, ηὐλίσατο τὴν νύκτα παρὰ ποταμὸν προσαγορευόμενον Ἅλμυρὸν, μεταξὺ Σηλυβρίας καὶ Ἡρακλείας. εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἐστρατοπέδευσαν παρὰ τὸ Δαφνίδιον λεγόμενον, ἔνθα
B βασιλεὺς μὲν ἔμεινε παρὰ τὸ στρατόπεδον ἅμα ὀλίγοις τῶν Ῥωμαίων· ἡ λοιπὴ δὲ στρατιὰ μετὰ τῆς Περσικῆς τὰ περὶ τὸ Βυζάντιον κατέδραμον πάντα ἄχρι Προποντίδος καὶ ἐκάκωσαν ἐς τὰ μάλιστα. ἀπέκτειναν τε γὰρ οἱ βάρβαροι πλείστους καὶ ἠνδραποδίσαντο, φεύγοντές τε πρὸς τὴν θάλασσαν καὶ πλείους ἐμπίπτοντες ἐν τοῖς λέμβοις, ἢ ὅσους φέρειν ἦσαν δυνατοὶ, ἄλλως τε καὶ ὑπὸ τοῦ θορύβου ἀτακτοῦντες, ἀπεπνίγοντο ἀνατρεπόμενοι. καὶ παντοῖος ἦν ὁ ὄλεθρος κατὰ τὴν ἔφοδον ἐκείνην· βοσκημάτων τε γὰρ ἤλασαν πλῆθος οὐκ ὀλίγον καὶ ἀνθρώπους αἰχμαλώτους τὸ βαρβαρικὸν,
C καὶ τὰς πλείστας τῶν κωμῶν ἐνέπρησαν. αἰτία δὲ μάλιστα τῆς τοσαύτης φθορᾶς ἐγένετο ὁ μέγας δούξ. πολλὰ γὰρ μεγαλαυχήσας καὶ φυσήσας ὅτε ἐξήλαυνε Βυζαντίου, καὶ θαῤῥεῖν κελεύσας, ὡς οὐδεὶς ἀντιστήσεται τῶν πολεμίων, ἀλλὰ πάντας ἄρδην ἐπιφανεὶς διαφθερεῖ, ἐπεὶ ἐναντίως, ἢ αὐτὸς ἐπηγγέλλετο, ἀπέβαινε, καὶ τειχήρης κατὰ τὴν Ἡράκλειαν

7. Σηλυμβρίας P.

cum confligere, neque hanc tibi gratiam tardabo praestare. Haec rescripsit, et quarta luce Heracleae ante portas constitit ibique die hostem exspectavit. Nemine ad pugnam prodeunte, reliquum diei in itinere ponens, nocte ad fluvium Halmyrum, Selybriam inter et Heracleam, consedit. Postridie in loco Daphnidium appellato tetendit, ubi ipse cum paucis Romanis se castris continuit: reliquus exercitus ex Persis auxiliaribus loca omnia Byzantio finitima usque ad Propontidem cum extremis cladibus incursavit. Occiderunt enim et captivos rapuerunt illi barbari mortales quam plurimos: pecoris quoque vim ingentem abegerunt: et vicos magno numero exusserunt. Qui ad mare fugiebant, cum in lembos insilirent plures, quam ferri poterant, ad haec etiam prae tumultu ac trepidatione ordinem nullum tenerent, illis eversis summergebantur: licebatque ea incursione adspicere variam saevissimae calamitatis imaginem. Huius tantae perditionis culpa penes magnum ducem fuit. Cum enim Byzantio egrediens superbia tumidus Thrasonica verba iactaret iuberetque considere, nullum hostium se oppositurum, sed suo tantum conspectu omnes se ad unum perditurum,

ἐγένετο, καίτοι δυνάμενος τὴν προσήκουσαν περὶ τὴν χώ- A. C. 1344
ραν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τὴν ἔφοδον ἀπαγγέλλων, ὃ δ' οὐδὲν
ἐποίει τῶν δεόντων, ὥσπερ δεδοικὼς μὴ τῶν πολεμίων ἥτ-
των γεγονέναι ὑποπτεύοιτο· καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἄνοιαν D
πολλοῖς αἴτιος ἐγένετο μεγάλων συμφορῶν. ἐκεῖνος δὲ τὴν
μὲν εἰς Βυζάντιον αὐτοῦ ἐπάνοδον νομίζων ἀναγκαίαν εἶναι,
ὑποπτεύων δὲ τὴν ἤπειρον, ὡς μεστὴν κινδύνων διὰ τὸ ἐπι-
κρατεῖν τοὺς πολεμίους, διὰ τῆς θαλάσσης ἀνέστρεφε τριή-
ρει, τὴν στρατιὰν ἐκεῖ καταλιπών. καὶ αἰσχίστη ἔδοξεν ἡ
ἀναχώρησις καὶ ἀποδέουσα πολλῷ τῶν ἀπειλῶν. βασιλεὺς
δὲ ὀκτὼ ἡμέρας περὶ τὸ Βυζάντιον διατρίψας καὶ κακώσας
ἐς τὰ μάλιστα, ἀνέστρεφεν εἰς Θράκην, καὶ πᾶσαι πόλεις
αὐτίκα προσεχώρουν, τὴν ἐκ Βυζαντίου βοήθειαν ἀπογινώ- V. 498
σκουσαι, πλὴν Αἴνου καὶ Ἑξαμιλίου καὶ Καλλίου πόλεως.
τοὺς ἐν ἁπάσαις δὲ ἄρχοντας συναγαγών, οἳ παρὰ βασιλίδος P. 622
ἦσαν ἐπιτετραμμένοι τὰς ἀρχάς, καὶ πολλὴν περὶ αὐτοὺς
ἐπιείκειαν καὶ ἡμερότητα ἐπιδειξάμενος, κελεύσας τε μηδενὸς
ἀποστερηθῆναι τῶν ἑνόντων, ἐνίοις δὲ καὶ ἀναλώματα καὶ
ἵππους παρασχόμενος ὅσοι μὴ εὐπόρουν, εἰς Βυζάντιον ἀπέ-
πεμπε, περὶ τῆς εἰρήνης αὖθις οὐ βασιλίδος μόνον, ἀλλὰ
καὶ πατριάρχου καὶ τῶν ἄλλων δεόμενος ἀρχόντων, τἀναντι-
ώτατα τοῖς ἐκεῖσε ἄρχουσι διὰ σπουδῆς πολλῆς τιθέμενος ποι-
εῖν. ἐκείνων γὰρ οὐ μόνον τοὺς φανερῶς τἀκείνου ἠρημέ-
νους, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἦθος ὑποφαίνοι πρὸς τὰ πραττόμενα

21. τῶν om. P.

postquam secus evenit, quam promiserat, et Heracleae muris se texit, (quamvis posset convenienter regioni providere et hostilem adventum denuntiare,) nihilque ex officio suo fecit, (utpote timens, ne hostibus inferior videretur,) et per eam amentiam plurimos reddidit miserrimos. Cum iudicaret autem, reversionem suam Byzantium esse necessariam, et continentem ut infestissimam propter hostes metueret, copiis ibi relictis, per mare triremi rediit: visaque reditio turpissima et minarum illarum terroribus longe dissimilis. Imperator octo diebus prope Byzantium consumptis et detrimentis immanibus illatis, in Thraciam regressus, continuo omnes urbes, auxiliis e Byzantio desperatis, praeter Aenum et Hexamilium et Calliopolim se subiicientes accepit. Convocatis porro omnium praefectis ab Augusta institutis, multaque lenitate ac mansuetudine exceptis, mandatoque ne quam rerum suarum iacturam paterentur, quibusdam item tenuioribus viatico et equis suppeditatis, Byzantium eos dimisit, etiam tum pacem rogans non imperatricem solum, sed et patriarcham et archontas alios, ex diametro diversa ab illis facere maximopere enitens. Nam cum illi non modo eos, qui aperte Cantacuzeno faverent, sed si quis vel affectum tantummodo ob illa,

A.C. 1344 ἀγανακτοῦντος, πικρῶς καὶ ἀπανθρώπως κολαζόντων, οὗτος τοῖς συλλαμβανομένοις ἐκ τῶν προσκειμένων βασιλίδι παρείχετο καὶ δῶρα, καὶ πρὸς ὕβρεις αἰσχρὰς καὶ ἀνελευθέρους
B οὐ μόνον ἐκείνων τετραμμένων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἐκκαλουμένων, οὗτος πᾶσαν αὐστηρίαν ἐπεδείκνυτο, εἴ τις πατριάρχῃ ἢ μεγάλῳ δουκὶ ἢ ἑτέρῳ τῶν ἀρχόντων ὕβριν ἐπενέγκοι. βασιλίδα γὰρ ἀεὶ καὶ βασιλέα τὸν υἱὸν διὰ πάσης ἦγον εὐφημίας, αὐτοῦ κελεύοντος, ὥσπερ ἂν εἰ μὴ πρὸς ἐκείνους ἐπολέμουν, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνους ἦσαν τεταγμένοι.

C οη'. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ τὰς κατὰ τὴν κάτω Θρᾴκην πό- 10
λεις πλὴν ὀλίγων ὑπεποιήσατο ἁπάσας, ἐπὶ τὴν Ἀδριανοῦ ἐχώρει, καὶ Βιζύην καὶ τὰς μέχρι Πόντου καὶ ἑκάκον κατατρέχων καὶ ληϊζόμενος μὴ προσχωρούσας. προσπέμπων
D δὲ καὶ κρύφα διελέγετο τοῖς οὖσι φίλοις, ἐν τῇ Ἀδριανοῦ δὲ πρότερόν τε ἦσαν οὐκ ὀλίγοι, καὶ τότε ἐπεγένοντο ὁρῶντες 15
ἤδη τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν πρὸς ἐκεῖνον ἀποκλίνασαν, οἳ καὶ πέμψαντες ἐκάλουν, ὡς δυνάμενοι, εἰ μόνον ὀφθείη, μιᾶς τῶν πυλῶν κρατήσαντες εἰσάγειν εἰς τὴν πόλιν. βασιλεὺς δὲ αὐτοὺς τῆς προθυμίας ἐπαινέσας καὶ τῆς εὐνοίας τῆς περὶ αὐτὸν, ἐκέλευε μὴ πρότερον ἐπιχειρεῖν, πρὶν ἐκεῖνον 20
ἴδωσι τοῖς τείχεσιν ἐφεστηκότα. ἐδεδίει γὰρ, μὴ κατάφωροι γεγενημένοι, σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὴν πρᾶξιν ἀπολέσωσιν.

10. κάτω om. M.

quae fiebant, dolentis subostendisset, indignantes atrociter illum et inhumaniter punirent: hic captis qui ab imperatrice starent etiam dona largiebatur. Cumque illi ad foeda et illiberalia convitia et ipsi converterentur, et alios omnes incitarent: hunc, si quis aut in patriarcham aut in magnum ducem aut alium de archontibus contumeliosius quippiam dixisset, severissimum experiebatur. Imperatricem quoque et eius filium imperatorem, ipso iubente, semper honorificentissime appellabant, veluti si non contra illos, sed pro illis in eorum exercitu militarent.

78. Imperator, Thraciae urbibus praeter paucas sub ditionem redactis, versus Adrianopolim et Bizyam quaeque ad Pontum pertinent profectus, quotquot se dedere nollent praedabundus incursabat. Praemissis vero occulte internuntiis, cum amicis negotium suum agebat, quorum et antea Adrianopoli non pauci erant, et tum, quod imperium Romanum ad illum inclinare animadvertebant, plures exstiterunt. Quinimmo accersebant eum, ut qui possent, si modo appareret, una portarum occupata et aperta, illum in civitatem introducere. Imperator, praedicata eorum propensa voluntate actisque gratiis, hortatur, ne quid prius inceptent, quam ipsum ad moenia conspiciant. Formidabat namque, ne deprehensi seque negotiumque perderent: et simul de die convenit, quo et ipse ades-

ἅμα δὲ καὶ ἡμέραν συνετίθετο, ἐν ᾗ αὐτόν τε παρεῖναι ἔδει, καὶ A.C. 1344
τοὺς πράττοντας τὴν ἄλωσιν πρὸς τὸ ἔργον εἶναι παρεσκευα-
σμένους. ἐκεῖνοι δὲ πρὶν βασιλέα ἥκειν, κατὰ συστήματα πε- P. 623
ριιόντες, ἐπεί τισιν αὐτῶν συνέβη Βράνῳ περιτυχεῖν, ὃς τὴν
φυλακὴν τῆς πόλεως εὐθὺς ἔξαρχῆς διὰ τῶν ἀρίστων τὴν φθο-
ρὰν παρὰ βασιλίδος ἐπιστεύθη. ἐκεῖνος γὰρ τῆς στάσεως ἦρξε
τὸν δῆμον τοῖς ἀρίστοις ἐπαγαγών. τοῦτον οὖν ἰδόντες παρι-
όντα καὶ κατασχεῖν μὴ δυνηθέντες τὴν ὁρμὴν, (ἄκρατον γὰρ
ἐκείνῳ τὴν ὀργὴν ἐφύλαττον διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς γεγενημένην
ὕβριν καὶ φθορὰν,) ἀμελήσαντες τῶν βασιλέως παραινέσεων
ἐπέθεντο, ἤδη δὲ τῆς προδοσίας φανερᾶς γεγενημένης, καὶ οἱ
λοιποὶ προσεβοήθουν δείσαντες τὸν κίνδυνον. πολλοὶ δὲ ὄντες B
ἅμα καὶ τοῦ δήμου ἐνδιδόντος, (ἐπιέζοντο γὰρ ὑπὸ τοῦ πολέμου V. 499
κραταιῶς,) περιεγένοντο τῶν πολεμίων, καὶ τοὺς μὲν συνε-
λάμβανον αὐτῶν, οἱ δὲ ἦσαν ἀφανεῖς ἄσμενοι τὸν κίνδυνον
διαφυγόντες. Ἀπόκαυκος δὲ Μανουὴλ ὁ τοῦ μεγάλου δου-
κὸς υἱὸς, τῆς πόλεως ἔχων τὴν ἀρχὴν, ὡς ἑώρα τοὺς τὰ βα-
σιλέως πράττοντας περιγενομένους ἐκλιπὼν τὴν πόλιν, ἦλθεν
εἰς Βουκέλου φρούριόν τι οὐ μακρὰν ἐκείνης ᾠκισμένον. ὁ
Βράνος δὲ συλληφθεὶς τά τε κλεῖθρα παρείχετο τῆς πόλεως,
καὶ ἐδεῖτο μὴ ἀποθανεῖν. οἱ δὲ, ὡς ἤδη καθαρῶς τῆς πό-
λεως ἦσαν ἐγκρατεῖς, ἐτράποντο ἐφ' ἁρπαγὴν, καὶ τήν τε C
Βράνου καὶ τὰς ἄλλων διήρπαζον οἰκίας. ἔπειτα καὶ πρὸς
πότους καὶ φιλοτησίας διὰ τὴν νίκην ἑαυτοὺς ἐξέδωκαν. οἱ

ret, et qui de urbe capienda secum agebant, ad opus aggrediendum parati essent. Verumenimvero, antequam imperator adveniret, illi turmatim obambulantes, postquam eorum quidam in Branum forte inciderunt, cui urbis custodia statim ab initio propter optimates trucidatos ab imperatrice credita fuerat, is enim seditionis princeps plebem in eos concitaverat. Cum igitur accedentem adspicerent, et impetum cohibere non possent, (etenim ob iniurias et caedes factitatas cane et angue peius illum oderant,) neglecta hortatione imperatoris in hominem invadunt. Proditione iam manifesta, reliqui item timore periculi iungunt operas. Cum frequentes essent, et plebs conniveret, quod bello premebatur, hostibus praevalentes, alios comprehendunt, alii fuga clandestina libentes se periculo subduxerant. Manuel Apocauchus, magni ducis filius, urbis praefectus, ut imperatoris fautores victoriam consecutos vidit, urbe relicta, in castellum non procul situm, nomine Bucellum, confugit. Branus captivus claves urbis porrigere, ac supplicare, ne occideretur. Illi civitatis iam sine controversia compotes ad direptionem converti, et cum Brani, tum aliorum domos expilare. Deinde ob adeptam victoriam compotare et poculis inter se invitare. Victi ebrios et

A.C. 1344 νενικημένοι δὲ μεθύοντας καὶ παραφερομένους αὐτοὺς ὁρῶντες, ἀναθαρσήσαντες καὶ ἐπιθέμενοι ἀόπλοις καὶ μεθύουσιν, ἐκράτησάν τε ῥᾷστα καὶ ἀπέκτειναν αὐτῶν πολλούς· ἐνίους δὲ ἐξήλασαν τῆς πόλεως, τοὺς δὲ λοιποὺς ἤγαγον εἰς δεσμωτήρια ὑπὸ κλοιοῖς· καὶ ἡ πόλις αὖθις ὑπὸ Βράνῳ ἦν καὶ τοῖς πράττουσι τὰ βασιλίδος. καὶ Ἀπόκαυκον τὸν σφῶν ἄρχοντα πέμψαντες ἤγαγον ἐκ Βουκέλου. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο τὰ γεγενημένα, οὐ μετρίως ἤχθετο, οὐ μόνον τῆς
D πόλεως ἀποτυχών, ἀλλὰ καὶ τῶν φίλων ἀπολλυμένων ἐκ τῆς ἀβουλίας. Ἀπόκαυκος δὲ Μανουὴλ ὁ τοῦ μεγάλου δουκὸς υἱὸς πρὸς βασιλέα κρύφα πέμψας, πρῶτον μὲν ἔφασκε καὶ αὐτὸν ἀκούοντα παρά τε τῶν ἄλλων καὶ τοῦ πατρός, αὐτοῦ πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορούντων, πείθεσθαι καὶ αὐτὸν καὶ νομίζειν ἐκείνους ἀληθεύειν· χρόνῳ δὲ πρότερον πολλῷ ἀκριβῶς τῶν γινομένων τὰς αἰτίας ἐξετάζοντα, τοῦτον μὲν ἀδίκως πολεμούμενον εὑρίσκειν, ἐκείνους δὲ τὰ ἔσχατα ἀδικοῦντας οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ σύμπαντας Ῥωμαίους οὕτως ἐξανδραποδιζομένους καὶ ἀπολλυμένους ἄρδην διὰ τὴν ἐκείνων φιλαρχίαν καὶ ἀγνωμοσύνην. ὅθεν καὶ ἀγαναχτεῖν οὐκ ἀνεκτῶς πρὸς τῶν πραττομένων τὴν ἀτοπίαν.
P. 624 ἐλπίζοντα δέ τινα ταχέως λύσιν τῶν κακῶν γενήσεσθαι, φέρειν τὴν μετ' ἐκείνων διατριβήν. νυνὶ δὲ ἐκείνων μὲν ὁρῶντα τὴν ἀπόνοιαν, καὶ ὡς οὐδὲ τῶν κακῶν ἤδη περιστάντων τὰ δέοντα περί τε σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἄλλων ἔγνωσαν βουλεύ-

21. ἐλπίζων P.

gressu vacillantes cum intuerentur, redeunte virtute in praecordia, armis eos adorti facillime vincunt: multos orco demittunt: quosdam urbe pellunt: reliquos in carcerem collariis iniectis contrudunt: rursumque Brano et Augustae studiosis urbem obtinentibus. Apocauchus praefectus Bucello reducitur. Haec ut accepit imperator, non solum propter frustrationem civitatis, sed etiam propter amicos ipsorummet stultitia perditos summopere doluit. Ad quem Manuel Apocauchus misit, qui ei suis verbis diceret, se quoque tum patrem ipsum, tum alios multum et graviter illum accusantes audientem credidisse ac vera illos loqui putavisse. Ceterum iampridem causis rerum accurate discussis, invenisse ipsum nulla sua culpa bello lacessi, illos autem longe iniquissimos ob amorem dominandi et improbitatem suam non ipsum modo, sed Romanos omnes in servitutem et extremum exitium conari praecipitare. Ex quo tam nefario eorum conatu sibi stomachum moveri vehementissime. Quia vero confidisset, cito malis finem futurum, in eorum sodalitio perseverasse. Nunc quia eorum vecordiam perspiciat, qui neque malis iam supra caput adstantibus sibi aliisque consulendum statuerint,

εσθαι, ἀλλ' ἀπωθοῦνται τὴν εἰρήνην, μάλιστα ὑπ' αὐτοῦ πα- A. C. 1344
ραλαλούμενοι τοῦ τοσαῦτα καὶ πρότερον καὶ μέχρι νῦν ἀδι-
κουμένου, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν τοσούτων καὶ τηλικούτων δει-
νῶν γεγενημένων παρεχομένου ἀμνηστίαν, τήν τε ἐκείνων
ἐξελυξάμενον ἀγνωμοσύνην καὶ τὴν αὐτοῦ θαυμάσαντα με- B
γαλοψυχίαν καὶ καρτερίαν καὶ τὸ οὕτω τῆς κοινῆς ὠφελείας
ἕνεκα τὰ καθ' ἑαυτὸν προΐεσθαι ἑτοίμως, μὴ ἐκείνοις ἐπι-
πλέον δύνασθαι συνεῖναι, ἀλλὰ τὰ αὐτοῦ ῥᾳδίως ἔχεσθαι μᾶλλον,
καὶ ἐξ αὐτῆς τὰ αὐτοῦ πράττειν, καὶ προκινδυνεύειν αὐτοῦ
μάλιστα βούλεσθαι καὶ τοῦ δικαίου. τοιαῦτα μὲν Ἀπόκαυ-
κος ὁ τοῦ μεγάλου δουκὸς υἱὸς πρὸς βασιλέα κρύφα διελέ-
γετο. βασιλεὺς δὲ ὁμοίως ἐπῄνει τε τῆς αἱρέσεως τοῦ ἀγα-
θοῦ, καὶ χάριτας τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ὡμολόγει, καὶ ἀ-
φορμὰς παρείχετο τοῦ πράττειν ὅ,τι δύναιτο ὑπὲρ αὐτοῦ
προθύμως. μετ' οὐ πολλὰς δὲ ἡμέρας ἀποστάντα πρὸς αὐ-
τὸν, ἐπεὶ μὴ καὶ τὴν πόλιν ἠδύνατο προσάγειν, τοὺς συναι-
ρομένους οὐκ ἔχων πρὸς τὸ ἔργον, (πρότερον γὰρ ὀλίγῳ ἅπαν-
τες οἱ βασιλέως φίλοι ὑπ' ἀνοίας διεφθάρησαν,) ἀσμένως τε C
ἐδέξατο ὁ βασιλεὺς, καὶ τιμῆς ἠξίωσε καὶ εὐμενείας πλείστης.
μετὰ τοῦτο δὲ ἐπεὶ ἡ Ἀδριανοῦ ἀνεπιχείρητος ἐδόκει, Βιζύῃ
ἐπεστράτευσεν ὁ βασιλεὺς καὶ ἐπόρθει τὴν χώραν· πρεσβεί-
αν δὲ ἔπεμπε πρὸς τὴν πόλιν, παραινῶν αὐτῷ παραδιδόναι
καὶ μὴ κενῆς ἐλπίδος ἕνεκα τοσαύτην ζημίαν ὑπομένειν, δια- V. 500
φθειρομένων τῶν ἀγρῶν· μετὰ γὰρ τῶν κακῶν τὴν ἐπιφο-
ρὰν παραδώσουσιν ἀνάγκῃ πιεσθέντες. Βιζύϊοι δὲ οὔτε

sed pacem repudient, ab eo potissimum invitati, qui tam multas et graves iniurias hucusque sibi impositas perpetua oblivione deleturum promittat, et eorum scelus exsecratum et eius excelsum animum ac tolerantiam admiratum, et quod boni communis gratia res suas adeo non invito proiiciat, non posse de cetero imperatrici favere, sed eius partes amplexum potius ab hac ipsa hora illi opera inserviturum proque illo et iustitia nullum discrimen recusaturum. Haec ille clanculum. Cui imperator et de mutato consilio laudem impertivit, et de animo erga se tam egregio gratias egit, et quod posset pro se impigre faciendi occasionem praestitit. Diebus aliquot intermissis, cum ad eum transiret, simul autem urbem tradere nequiret, quod administris huius operis careret, (nuper siquidem omnes imperatoris amici per insipientiam interierant,) libenter illum accepit summoque honore et gratia dignatus est. Deinde quoniam Adrianopolis invadenda non videbatur, Bizyam movit agrumque vastavit. Legatione porro ad cives missa, hortatus est eos, uti sese dederent, neve propter inanem spem tanta agris detrimenta inferri sustinerent: eo enim compulsum iri, ut etiam post

A C. 1344 ἐπηγγέλλοντο σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν παραδιδόναι, οὔτε πρὸς τὴν εἰωθυῖαν ἀναισχυντίαν ἐτράποντο καὶ τὰς ὕβρεις,
D ἀλλ' εὐφήμως καὶ σωφρόνως ἀπείπαντο τὴν πρεσβείαν. νομίσας δὲ ὁ βασιλεὺς ἀρχὴν προσχωρήσεως εἶναι τὴν εὐγνωμοσύνην, (συνεώρα γὰρ ὑπενδιδόντας πρὸς τὰς συνεχεῖς ἐφόδους καὶ τὴν κάκωσιν,) ἔγνω δεῖν τὴν στρατιὰν ἀπάγειν τὴν ταχίστην, ἵνα μήτε ἡ χώρα διαφθείροιτο μέλλουσα γίνεσθαι μετ' ὀλίγον ὑπ' αὐτὸν, αὐτοί τε τυχόντες ἀδείας τὰ δέοντα βουλεύσαιντο περὶ σφῶν, καὶ ἀνέστρεφεν εἰς Ἄπρων.

P. 625 οθ'. Ἔνθα διατρίβοντι Ἀμζᾶς τις ὄνομα προσελθὼν,
B ἐμήνυεν, ὡς ἅμα τινὶ ἑτέρῳ Σκαράνῳ προσαγορευομένῳ ὀλίγῳ πρότερον ἐκ Βυζαντίου προσέλθοιεν φυγάδες. αὐτὸν μὲν οὖν ἀδόλως προσελθεῖν καὶ ἀπανούργως, Σκαράνον δὲ οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ πολλαῖς ὑποσχέσεσι καὶ δωρεαῖς παρὰ μεγάλου δουκὸς πεισθέντα, εἰ αὐτὸν ἀνέλοι. νομίσαντα δὲ Σκαράνον ξυλλήψεσθαι αὐτῷ διὰ τοῦ γένους τὴν πρὸς τὰς σφαγὰς καὶ τοὺς φόνους ἑτοιμότητα, (ἐκ Περσῶν γὰρ Ἀμζᾶς τὸ γένος ἦν,) ἐκκαλύψαι τὸ ἀπόρρητον. τὸν δὲ ἡγησάμενον δεινὸν τὴν κατὰ βασιλέως συγκρύπτειν ἐπιβουλὴν, τόν τε ἄνθρωπον μηνύειν καὶ τὴν γνώμην. Σκαράνος μὲν οὖν αὐτίκα συνελαμβάνετο, κελεύσαντος βασιλέως· ἀγόμενον δὲ οἱ περὶ βασιλέα ὥρμηντο ἀνελεῖν, βασιλεὺς δὲ ἠπείλησεν, ἀπι-

9. Ἄπρον M.

vastationem se dederent. Bizyenses neque se urbem dedituros spondere, neque ad solennem impudentiam et contumelias confugere, sed legationem honeste modesteque reiicere. Ratus autem imperator, agnitionem beneficii principium deditionis fore, (observabat enim propter assiduitatem incursionum vexationumque paulatim eos de pertinacia remittere ac cedere,) exercitum quam celerrime removendum censuit, ut neque regio vastaretur paulo post in suam ditionem ventura, et ipsi securitatem adepti salubria sibi meditarentur, et Apros revertit.

79. Apris degentem Amzas quidam adiens, se cum quodam Scarano appellato paulo ante Byzantio profugisse nuntiat. Ac se quidem citra dolum et calliditatem advenire, Scaranum non item, sed multis pollicitationibus ac muneribus a magno duce illectum, si ipsum imperatorem occidisset. Eundem Scaranum sperantem ipsum sibi ad caedem intrepide obeundam propter generis communionem (erat enim Amzas quoque Persa) adiutorem fore, arcanum aperuisse. Se, quod insidias contra imperatorem intentatas habere tacitas periculosum iudicaret, hominem et machinationem eius indicare voluisse. Scaranus imperatoris iussu extemplo comprehenditur: qui cum duceretur, qui adstabant, ad eum trucidandum prosiliunt. Tum imperator interfectorem hostis sui loco habiturum mi-

στίας εἰς αὐτὸν τὸν φονεύσοντα κρινεῖν· ἀπόδειξις γὰρ ἂν A.C. 1344
εἴη τοῦ ἑαυτῷ τὴν πρᾶξιν συνειδέναι τὸ τοῦτον ἀνελεῖν, ἵνα C
διαφύγῃ τοὺς ἐλέγχους. οἱ μὲν οὖν οὕτως ἀνεχώρουν δεί-
σαντες τὴν ἀπειλήν, Σκαράνος δὲ ὅμως ἐρρύετο τοῦ θανάτου.
παραστησάμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ἠρώτα εἰ εἴη ἀληθῆ, ὅσα
Ἀμζᾶς αὐτοῦ κατηγοροίη. ὁ δὲ συνωμολόγει, πολλαῖς ὑπο-
σχέσεσι καὶ δωρεαῖς ὑπὸ μεγάλου δουκὸς παραπεπεῖσθαι
πρὸς τὸ ἀνελεῖν αὐτόν, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἥκειν· ἦν γὰρ γεν-
ναῖός τε τὴν ψυχὴν καὶ πολεμικὸς καὶ τὴν ῥώμην τοὺς ἄλ-
λους ὑπερέχων. τὸν μὲν οὖν ἐκέλευεν ὁ βασιλεὺς φυλάττε-
σθαι, ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν πλείω ποιησόμενος ἐξέτασιν περὶ
αὐτοῦ· νυκτὸς δὲ ἐκέλευε τῶν οἰκετῶν τοῖς πιστοτάτοις τοῦ D
στρατοπέδου ἐξαγαγόντας ἀπολύειν· Ἀμζᾶν δὲ φιλοτίμως
ἠμείψατο ὁ βασιλεὺς τῆς μηνύσεως τῆς ἐπιβουλῆς. παρα-
σκευαζομένῳ δὲ αὖθις Βιζύῃ ἐπιστρατεύειν ἐδόκει δεῖν
πρότερον πρεσβείαν ποιεῖσθαι πρὸς αὐτούς, καὶ παρῄνει
ἑκουσίως προσχωρεῖν καὶ μὴ τὴν ἀνάγκην περιμένειν· τότε
γὰρ οὐκ αὐτοῖς, τῇ ἀνάγκῃ δὲ τὴν χάριν εἰδήσειν τῆς αὐ-
τῶν καταδουλώσεως. καὶ πρότερον γὰρ ἐπιστρατεύσας, ὅτι
σωφρόνως ἀπεκρίναντο, ταχέως ἀπεχώρησε, καιρὸν αὐτοῖς
παρέχων τοῦ τὰ δέοντα συμβουλεύσασθαι ὑπὲρ αὐτῶν· καὶ
νῦν εἰ προσχωροῖεν ἑκουσίως, οὐδεμίαν ὑποστήσεται κάκωσιν
ἡ χώρα. εἰ δ' ἀγνωμονοῖεν ἔτι, τὴν ἐπαγωγὴν αὐτῷ μὴ P 626
προσλογίζεσθαι τῶν κακῶν. Βιζύϊοι δὲ ἐπεὶ ἐδέξαντο τὴν V. 501

natur, id enim argumento fore communicati cum eo consilii, et propterea miserum occidere, ne ab eo prodatur. Illi timore minarum hominem missum faciunt: ita Scaranus mortem effugit. Productum porro in medium imperator interrogavit, verane essent, quae Amzas detulisset. Reus promissis ac donis plurimis se ad ipsum occidendum a magno duce male impulsum confitetur, et huius ergo adventasse. Erat enim animo nobili ac militari et viribus robustissimis. Mandat eum custodiri imperator, ut diligentius postridie inquisiturus. Noctu interim ministris fidelissimis dat negotium, ut illum e castris eductum dimittant: Amzam ob insidias patefactas honorifice donat. Rursus Bizyam expeditione parata, visum incolas ante per legatos appellare: per quos hortatur, uti sponte se dedant, necessitatem ne operiantur: tum enim non ipsis, sed necessitati subactionis gratiam habiturum. Nam et prius cum sibi oppugnaturo bonis verbis respondissent, mox recessisse tempusque ad salutare consilium capiendum indulsisse: et nunc si se volentes dedant, agrum eorum nihil incommodi passurum. Si adhuc insipienter detrectaverint, ne suam postmodum, quam sensuri sint, calamitatem sibi adscribant. Bizyenses, auditis oratoribus, in coctum

A.C. 1344 πρεσβείαν, ἐκκλησίαν συναθροίσαντες ἐβουλεύοντο ὅ,τι δέοι πράττειν. καὶ ἐδόκει πᾶσι ψήφῳ κοινῇ προσχωρεῖν τῷ βασιλεῖ, ἀδίκως τε πολεμουμένῳ καὶ ἀπελαυνομένῳ τῶν Ῥωμαίων τῆς ἀρχῆς καὶ δυναμένῳ βλάπτειν· καὶ Παλαιολόγον Γεώργιον τὸν ἄρχοντα αὐτῶν ἐκέλευον, εἰ μὴ βούλοιτο σὺν αὐτοῖς προσιέναι βασιλεῖ, πᾶσαν ἔχοντα τὴν ἀποσκευὴν εἰς Βυζάντιον ἀποχωρεῖν. κἀκεῖνος αὐτοῖς πολλὴν ὁμολογήσας
B τῆς εὐγνωμοσύνης χάριν, ἀπεχώρει μὴ βουλόμενος προσιέναι βασιλεῖ, συνείπετο δὲ καὶ ὁ μητροπολίτης δείσας πατριάρχην. Βιζύϊοι δὲ δύο τε τῶν ἀρίστων ἀπολεξάμενοι καὶ τοῦ δήμου καὶ τῆς ἐκκλησίας τοσούτους ἑτέρους, πρὸς βασιλέα πρέσβεις ἔπεμπον καὶ τὴν πόλιν παρεδίδουν· ἔφασαν δὲ καὶ αὐτοὶ πρότερον μὲν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐξηπατημένοι, ἀγνωμοσύνην τε αὐτοῦ κατηγορεῖν καὶ ἐπιβουλὴν καὶ προδοσίαν ἐγκαλεῖν τῶν βασιλέως παίδων. ἐπεὶ δὲ τοῦ χρόνου τριβομένου, ἐκεῖνοι συκοφαντοῦντες ἀπεδείκνυντο καὶ τὰ μέγιστα ἠδικηκότες, αὐτὸς δὲ ἀδικούμενος καὶ ἐπιβουλευόμενος καὶ οὐδὲν ἐπιεικὲς ἀκούων, ἔπειτα καὶ τὴν κοινὴν ὁρῶντες πανωλεθρίαν, ἢ ὀλίγου δεῖν Ῥωμαίους ἅπαντας διέφθειρεν,
C ἀκούοντές τε καὶ αὐτὸν ἀεὶ δεόμενον περὶ εἰρήνης, ἐκείνους δὲ αἱρουμένους τὸν τοσούτων αἴτιον πόλεμον κακῶν, δεινὰ μὲν ἡγεῖσθαι τὰ πραττόμενα καὶ προθυμεῖσθαι, εἴ τις δύναμις ἐνῆν, λύσιν τινὰ ἐξευρίσκειν τῶν κακῶν. ἐπεὶ δ' αὐτοῖς τοῦτο οὐκ ἐν ἐφικτῷ, τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας τῆς συμφο-

coeunt, quid agant, deliberant. Una est omnium et concors sententia ad imperatorem transeundum: qui praeter ius et fas armis appetitus et Romano imperio pulsus esset, quique adversariis suis nocere posset: Georgium Palaeologum praefectum, nisi sequatur, cum tota re familiari Byzantium remigrare iubent. Is imperatori se submittere nolens, humanitatem istam multa gratiarum actione prosecutus discedit, cui se metropolita patriarcham timens adiungit. Bizyenses duos de optimatibus, totidem de populo et ecclesiasticis, omnes numero sex deligunt, quos ad imperatorem mittunt, et urbem tradunt: fatenturque et ipsi, se prius a praefectis illum pro improbo et insidiatore et imperatoris filiorum proditore accusantibus delusos esse. At postquam tempore procedente illos calumniatores fuisse iniquissimos, ipsumque iniuriose et insidiose tractatum et maledictis confixum apparuisset, cumque vidissent communem pestem, qua Romani paene omnes interierint, et audissent ipsum pacem sine intermissione flagitare, illos contra bellum tot malorum causam paci praeferre, graviter tulisse paratosque ad remedium tantis aerumnis afferendum fuisse, si modo ullum invenire potuissent. Sed quoniam non ea esset ipsorum facultas, ali-

ρᾶς οἰκτείρειν, αὐτοὺς δὲ τὰ λυσιτελῆ βουλευομένους ἑαυ- A.C. 1344
τοῖς, ψήφισμα ποιήσασθαι προσχωρεῖν ἑκόντας καὶ τὴν πόλιν παραδιδόναι καὶ μὴ τῆς ἑτέρων ἀνοίας ἀποτίνειν αὐτοὺς δίκας. τοιαῦτα μὲν οἱ Βιζύϊοι ἐπρέσβευον. βασιλεὺς δὲ τῆς εὐβουλίας ἐπαινέσας, τοῖς τε πρέσβεσι δῶρα παρασχὼν, ἦλθε πρὸς τὴν πόλιν, ἑπομένους ἔχων καὶ τοὺς πρέσβεις, καὶ ὁ δῆμος ἅπας μετὰ τῶν ἀρίστων ἐξῆλθεν ὑπαν- D
τήσων. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ἐγγὺς πυλῶν, πρῶτα μὲν ἐκέλευεν Ἄνναν τὴν βασιλίδα εὐφημεῖν, καὶ μετ' ἐκείνην βασιλέα τὸν υἱὸν, τρίτους δὲ μετ' ἐκείνους αὐτόν τε καὶ Εἰρήνην βασιλίδα τὴν γυναῖκα, καὶ ἐτελεῖτο ἡ εὐφημία κατὰ τὰ κεκελευσμένα. τὸν ἴσον δὲ τρόπον κἀν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐποίει· καὶ κατὰ τὰς ἱερὰς μυσταγωγίας ὁμοίως τὴν τῶν βασιλέων μνήμην ἐκέλευε ποιεῖσθαι. εὐθὺς μὲν οὖν προσεχώρουν καὶ τὰ περὶ Βιζύην πολίχνια ὄντα οὐκ ὀλίγα, καὶ πᾶσιν ὁ βασιλεὺς ἐφίστη ἡγεμόνας καὶ διῴκει, ᾗ αὐτῷ ἐδόκει ἄριστα. Βιζύης δὲ ἄρχοντα κατέστησε τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν Ἀσάνην τὸν Μανουήλ. ἦν γάρ τινα καὶ οἰκειότητα πρὸς τὴν πόλιν ἀρχαίαν ἔχων. πρωτοστράτωρ γὰρ ὁ τούτου πενθερὸς ἐκεῖ P. 627
τὴν οἰκίαν ἔχων ἐξαρχῆς κτήσεις τε πλείστας καὶ μεγάλας εἶχεν ἐν αὐτῇ, καὶ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν οἰκείων ἐκεῖ πολλοὶ κατῴκουν, ὑφ' ὧν ἤγετο σχεδὸν ἡ πόλις. διὰ ταύτην δὴ τὴν οἰκειότητα πρὸς πρωτοστράτορα τὸν γαμβρὸν αὐτοῖς ἐπέστησεν ἄρχειν Ἀσάνην τὸν Μανουήλ. πρωτοστράτωρ γὰρ

16. ἡγεμόνα P. 20. οἰκείαν P. 23. πρὸς πρωτοστρ. om. M.

orum omnium ita afflictorum misericordia commoveri, et ut sibimet prospicerent, decrevisse in eius se potestatem ultro cum urbe tradere, ne alienae amentiae poenas luant. Haec Bizyenses. Imperator, probato tam laudabili consilio, legatos muneratur, et iis prosequentibus ad urbem fertur: cui plebs universa cum optimatibus se obviam effundit. Ubi ad portas fuit, primum quidem Annae imperatrici, deinde filio eius imperatori, postremo sibi et uxori suae Irenae faustum acclamari iussit, quod fecerunt. Eodem modo per alias urbes fieri, et inter sacrificandum similiter imperatorum mentionem celebrari voluit. Statim igitur non pauca in circuitu oppida accesserunt, quibus singulis imperator praefectos dedit, earumque statum quae optima visa est ratione formavit. Bizyae Manuelem Asanem, uxoris suae fratrem, praefectum delegit, cui vetus quaedam cum civibus illis coniunctio consuetudinis intercedebat. Protostrator quippe, eius socer, illic domicilium ab initio multasque et amplas possessiones habebat. Praeterea cognatorum et familiarium eius complures ibi incolebant, a quibus ferme civitas administrabatur. Ob hanc igitur familiaritatem con-

A.C. 1344 μετὰ τὴν ἐν Γυναικοκάστρῳ τοῦ βασιλέως ἀναχώρησιν ὑπὸ μεγάλου δουκὸς πολλὰ φενακισθείς, καὶ εἰς τοὺς πρώτους τῶν φίλων τεταγμένος, πρωτοβεστιάριός τε ὀλίγῳ ὕστερον ἀναδειχθείς, ἔπειτα εἰς τὴν οἰκίαν κατεκλείσθη καὶ ζόφον
D πρὸς Βυζάντιον βούλωνται ἀποχωρεῖν ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις· συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς κατὰ τὰς πόλεις, ὧν ἡγοῦντο. εἰ δὲ ταῦτα βούλονται καταλιπόντες μόνοι ἥκειν πρὸς Βυζάν-

enim suam militiam elegerint, libenter suis annumeraturum: sive Byzantium redire maluerint, nihil impediturum; quin et cum muneribus dimissurum. Haec ad illos imperator, triduum praestituens, quo excussis omnibus, id quod e re sua iudicassent, sequerentur. Illi imperatori, ut sui amanti ac sollicito, gratias agunt verbis amplissimis, reque deliberata, potius ab Cantacuzeno standum decernunt, et die tertio accedunt, sententiam suam renuntiant, malle nimirum pro ipso stare et eius causa periculum quodvis et laborem quemvis subire: quippe qui et Romanorum communiter et filiorum imperatoris dignitatem vtilitatemque et consiliis et actione semper quaerat. Nam nec se nescire, qui Byzantii gubernacula summa teneant, eos nihil cogitare laudabile, sed quae agunt, omnia ad publicam cladem perniciemque dirigere. Ne quando autem in suspicionem apud eum venirent, rogabant, ut liceret ipsis cum sacramento fidem obligare, nunquam ab eo defecturos, neque insidias molituros, sed omni eum benevolentia studiisque omnibus prosecuturos. Imperator de integro eis potestatem facit, Byzantium cum uxoribus et liberis, quos secum haberent in urbibus, quibus praefuerant, se conferre, si velint. Sin et hos relinquere solique

τιον, μηδὲν τῆς οὐσίας ἀφαιρήσεσθαι, οὐδὲ τῶν κτήσεων, ἀλλὰ ταῖς γυναιξὶν ἐξέσται πάντα ἔχειν. ὡς δὲ αὖθις ἰσχυρίζοντο τὰ ἴσα, ἐκέλευεν ὀμνύναι· εἰδέναι δὲ, ὡς, ἂν ἐπιορκῶσιν, οὐ χωρὶς τιμωρίας ἀπαλλάξοντες. οὐ γὰρ βιαζόμενοι, ἀλλ' ἑκόντες εἵλοντο αὐτῷ δουλεύειν. οἱ μὲν οὖν ἐποίουν κατὰ τὰ κεκελευσμένα. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ τὰς πίστεις εἶχε καὶ ἀπήλλακτο τῶν περὶ αὐτοὺς ὑπονοιῶν, Ἱέρακι μὲν αὖθις τῆς Τζερνομιάνου παρείχετο τὴν ἡγεμονίαν καὶ τῆς ἐγκαθιδρυμένης στρατιᾶς, μαχίμῳ τε ὄντι καὶ αὐτῷ καὶ πρὸς ἐμπειρίαν καὶ τόλμαν λειπομένῳ οὐδενός. Παρασπόνδυλον δὲ τῆς Ἀδριανοῦ καὶ αὐτὸν αὖθις ἄρχοντα καθίστη. ταῦτα μὲν οὖν ὧδέ πη εἶχε, καὶ τὰς κατὰ Θράκην πάσας πόλεις σχεδὸν ὑπήγαγεν ἑαυτῷ ὁ βασιλεύς.

A. C. 1345

P. 649

πς'. Ἀμοὺρ δὲ ὁ σατράπης Ἰωνίας αὖθις μὲν ἐβούλετο πρὸς βασιλέα κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἐλθεῖν, εἶχε δὲ ἀδυνάτως. τό, τε γὰρ αὐτοῦ κατὰ τὴν Σμύρνην νεώριον ἐνέπρησαν οἱ Λατῖνοι καὶ τὰς ναῦς, καὶ τὸ πρὸς τῷ λιμένι φρούριον κατασχόντες, τριήρεις τε ἔχοντες ἐκεῖ παραπλεούσας, ἐκώλυον στόλον ἐξαρτύειν καὶ ταῖς ναυσὶ πρὸς Θράκην περαιοῦν τὴν στρατιάν. ἔκ τε τῆς ἠπείρου δίοδος αὐτῷ οὐκ ἦν πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον, Σαρχάνη τοῦ Λυδίας σατράπου περί τινων ὅρων γῆς ἐκπεπολεμωμένου πρὸς αὐτὸν καὶ μέλλοντος κωλύειν, εἰ διὰ τῆς αὐτοῦ πρὸς Ἑλλήσποντον ἔρχεσθαι ἐπι-

B

V. 519

C

Byzantium abire optarent, nihil rei familiaris, nihil possessionum ablaturum: sed uxoribus omnia permissurum. Illis idem quod ante asseverantibus, iurare iussit: scirent tamen, si peierassent, non impune laturos: quando non cuiusquam coactu, sed sponte sua se illi subiecissent. Iuratum. Imperator ut accepto fidei pignore suspicionem deposuit: Hieraci Tzernominiani praefecturam reddidit cum collocato ibidem praesidio, viro bellicoso et usu atque strenuitate nemini secundo. Paraspondylo Adrianopolis praefecturam confirmavit. Haec fere hunc in modum gesta sunt, et Thracias urbes pene omnes imperator in ditionem suam adduxit.

86. Amurius autem Ioniae satrapa rursum se imperatori adiungere cupiens, uti promiserat, ideo nequibat, quod navale eius una cum navibus Smyrnae Latini cremaverant, castelloque ad lacum occupato, triremes habebant, quae, illic discurrentes, classem aedificari et instrui, exercitumque in Thraciam transportari impediebant. Per continentem vero transitus ad Hellespontum non dabatur, Sarchanae Lydiae satrapae de finibus quibusdam bellum ei meditanti, et prohibituro si per suam provinciam eo viam capesseret. Propter profectionem igitur ad imperatorem, quam sibi omnino suscipiendam sentiebat, per legatos Sarchanem appellandum, cedendumque loco, de quo controversabantur, existimabat, si modo usque

A.C. 1345 χειροίη. ὅθεν διὰ τὴν πρὸς βασιλέα ἄφιξιν ἀναγκαίαν αὐτῷ νομιζομένην, ἔγνω δεῖν πρεσβείαν ποιεῖσθαι πρὸς Σαρχάνην, καὶ παραχωρεῖν αὐτῷ τῆς χώρας ὑπὲρ ἧς ἦν αὐτοῖς ἡ διαφορὰ, εἰ μόνον πρὸς Ἑλλήσποντον δίοδον παρέχοιτο. Σαρχάνης δὲ ἄσμενός τε ἐδέχετο τὴν πρεσβείαν, καὶ τὴν χώραν ἔχων, φίλος τε ἦν Ἀμούρ, καὶ τὴν δίοδον ἀδεῶς παρείχετο, ἅμα δὲ καὶ τὸν υἱὸν συστρατευσόμενον αὐτῷ πρὸς βασιλέα μετὰ στρατιᾶς. καὶ πρὸς Ἑλλήσποντον ἐλθόντες, D ἐπεραιοῦντο πρὸς τὴν Θράκην ἱππέας δισμυρίους ἔχοντες· αὐτίκα τε εἰς Διδυμότειχον ἀφίκοντο πρὸς βασιλέα, φέροντες καὶ δῶρα. Ἀμούρ δὲ ἐδεῖτο βασιλέως μὴ μέλλειν, ἀλλὰ χωρεῖν κατὰ τοῦ Μομιτζίλου. ἐμήνιε γὰρ ὁ βάρβαρος ἐς τὰ μάλιστα ἐκείνῳ τῶν κατὰ βασιλέως ἕνεκα τετολμημένων. ἐπεὶ δὲ ἀπαράσκευος ἦν ἡ Ῥωμαίων στρατιὰ, κατὰ Μυσίας τὸ βαρβαρικὸν ἐχώρει, ἐπανήξειν τάχιστα εἰπόντες, ἄχρις οὗ παρασκευάσοιτο ἡ στρατιά· βασιλέως δὲ κωλύειν πειρωμένου καὶ φάσκοντος σπονδὰς καὶ συμμαχίαν ἔχειν πρὸς Ἀλέξανδρον, οὐκ ἐπείθοντο, πολέμιοι αὐτοὶ Μυσοῖς εἰπόντες εἶναι. καὶ καταδραμόντες, ἀνδραπόδων τε καὶ βοσκημάτων ἐπανῆκον λείαν ἔχοντες πολλήν. μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τῆς Ῥωμαίων παρεσκευασμένης στρατιᾶς, ἐχώρουν κατὰ Με- P. 650 μιτζίλου. ἐκεῖνος δὲ ἤδη δύναμιν μεγάλην ἔχων καὶ ἰδίαν ἡγεμονίαν ἑαυτῷ περιποιούμενος, Ξάνθειάν τε εἶλεν ἐπιθέμενος, καὶ τῶν κατὰ Μερόπην φρουρίων ἦρχε πάντων καὶ μέχρι Μόρρας προεχώρησε. πυθόμενος δὲ ὡς παρασκευ-

9. τὴν om. P.

ad Hellespontum transire se pateretur. Sarchanes legatos comiter excipit, accessioneque illa soli Amurio reconciliatus, transitum impune concedit: simul ei filium una imperatori militaturum commendat. Sic per Hellespontum cum vicenis equitum millibus in Thraciam appulsi, Didymotichum ad imperatorem adeunt, ei dona offerunt: quem Amurius rogat, uti Momitzilum citra procrastinationem invadat: oderat enim illum acerbe barbarus, ob ea, quae in imperatorem audacissime commiserat. Quia vero Romanus exercitus nondum paratus erat, Persae in Moesiam irrumpunt, promittentes excessuros, quamprimum se copiae imperatoris instruxissent: quem conantem prohibere, foedusque et societatem cum Alexandro opponentem, audire noluerunt, cum dicerent, se Moesorum esse hostes: et agros percursantes, cum opima hominum pecorumque praeda reverterunt. Post Romanis iam instructis Momitzilum petunt. Qui copias non spernendas habens, et principatum sibi constituens, Xanthiam adortus ceperat, et oppidula Meropes tenebat omnia, atque ad Morrhae fines usque pervaserat. Audiens autem impera-

ἀζοιτο ἐπ' αὐτὸν ὁ βασιλεὺς μετὰ τῆς Περσικῆς ἥκειν A. C. 1345
στρατιᾶς, πρεσβείας πέμπων, παράγειν ἐπειρᾶτο, ἃ καὶ πρότερον ἐξαπατῶν, ὡς αὐτῷ πολλὰ μεταμέλοι τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγνωμοσύνης, ὅτι τοσαῦτα εὖ παθὼν, κακὸς ὀφθείη καὶ ἀμνήμων τῶν καλῶν, καὶ ὡς εἰ συγγνώμην αὐτῷ παράσχοιτο, μηδέποτε ὕστερον ἀγνωμονήσων, ἀλλὰ δουλεύσων ἀκριβῶς. ἐπεὶ δὲ ἐκ τούτων αὐτῷ ἠνύετο οὐδὲν, ἀλλ' ἐπινιθάνετο σαφῶς ἐπιοῦσαν τὴν στρατιὰν, πᾶσαν ὅση δύναμις B
ἦν περὶ αὐτὸν ἀθροίσας, καὶ αὐτὸς ἐχώρει ὡς μαχούμενος πᾶσιν ὁμοῦ καὶ Ῥωμαίοις καὶ βαρβάροις· εἰς τοσαύτην γὰρ αὐτὸν παραπληξίαν ἡ ἄνοια ἐξήγαγε καὶ ἡ θρασύτης. γενομένου δὲ ἐν Περιθεωρίῳ, καὶ ἡ Περσικὴ στρατιὰ ἐφαίνετο ἐπιοῦσα· ἐπεὶ δὲ πρότερόν τε ἐπέκειτο τοῖς ἐν Περιθεωρίῳ, καὶ τότε ἠνάγκαζεν εἰσδέχεσθαι, ἐκεῖνον μὲν οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλ' ἀπέκλεισαν αὐτῷ τὰς πύλας, τοὺς βαρβάρους ἐπιδεικνύντες καὶ κελεύοντες εἰς χεῖρας αὐτοῖς ἰέναι, ὡς τοῖς νικῶσιν ἆθλον τὴν πόλιν ἐσομένην τῆς ἀνδραγαθίας. ἵνα δὲ μὴ δοκοῖεν παντάπασιν αὐτοῦ ἀφίστασθαι, (ἐδεδοίκεσαν γὰρ, μὴ τὸν κίνδυνον διαδιδράσκων, πικρῶς κολάζῃ τῆς προδοσίας· ἦν γὰρ ἀπαραίτητος πρὸς ὀργὰς, καὶ ὠμῶς καὶ ἀπανθρώ- C
πως ἀποκτείνων τοὺς προσκρούοντας, καὶ ἐπὶ μικροῖς καὶ μείζοσιν ἐγκλήμασι θάνατον τὴν ζημίαν καταψηφιζόμενος,) τὸν ἀδελφιδοῦν Ῥάϊκον ὄνομα εἰσεδέξαντο, πεντήκοντα μόνον

23. τοὔνομα M. mg.

torem Persis adiuvantibus expeditioni contra se accingi, legatione missa, tentat eum, ut alias, ductare dolis, et a proposito avertere. Cruciari se vehementer de malevolo in ipsum animo, cum tot affectus ab eo beneficiis, inimicum se immemoremque praebuerit. Si veniam sibi det, nunquam de cetero aliquid sceleris in eum attentaturum: sed examussim ei pariturum. Postquam irritis precibus certo intellexit, exercitum adventare, contractis et ipse quantis valebat copiis, ad pugnam cum Romanis atque barbaris simul pugnandam processit: eo namque vecordiae stulta illum confidentia deduxerat. Ubi ad Peritheorium fuit, et Persicum agmen apparuit, cum et prius ad eam urbem capiendam incubuisset, et tum vi civibus instaret, ut intro reciperetur, illi portis occlusis se recepturos negarunt, barbaros ei ostentantes, et ad proelium cum iis conserendum invitantes: utpote civitatem virtutis praemium habituris, qui vicissent. Tamen, ne prorsus ipsum viderentur deserere, (metuebant quippe, ne si salvus evasisset, crudeles proditionis poenas sumeret, quod erat iracundia implacabili, seseque laedentes cum saevitia et immanitate interficiebat, et in minora perinde ut in maiora delicta capitale supplicium statuebat,) ex fratre nepotem Raicum vocabulo, quinquagenis dumtaxat militibus stipatum intro-

A.C. 1345 στρατιώτας ἔχοντα, ἵν' εἰ μὲν νικῴη, παραίτησις πρὸς ὀργὴν εἴη ὁ ἀδελφιδοὺς εἰσδεδεγμένος· εἰ δὲ ἡττώμενος διαφθείροιτο, μηδὲν εἶεν κώλυμα ἐκεῖνοι ὀλίγοι ὄντες πρὸς τὸ πράττειν, ἅττα ἂν δοκῇ συμφέρειν. Μομιτζίλος δὲ πρὸς τὸ τείχισμα τὸ πρὸ τῆς πόλεως παρέταττε τὴν στρατιάν, οἰόμενος ἀντισχήσειν καὶ τὸ τείχισμα ἔχων οὐκ ὀλίγα συναιρόμενον. Πέρσαι μὲν οὖν, ἐπεὶ προσέβαλον οἱ πρώτως φθάσαντες, ὥσαντες τὸ Μομιτζίλου στράτευμα περὶ πεντακοσίους χιλίους ὄντας, τό, τε τείχισμα καθῄρουν, καὶ διεσκεδάννυντο ἐπὶ λεηλασίαν τῆς στρατιᾶς τὸ πλεῖον, καὶ πάνταιο κατέδραμον αὐθημερὸν καὶ ἐλῄσαντο ἄχρι Μυγδονίας. βασιλεὺς δὲ κατόπιν μετὰ Ἀμοὺρ καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς ἐρχόμενος, συνεώρα τὸ μετὰ Μομιτζίλου στράτευμα οὐχ ἡττημένον, ἀλλὰ μόνης ὁδοῦ παραχωρῆσαν τοῖς βαρβάροις· ἐώρα γὰρ εὐτάκτως καὶ μετὰ κόσμου τεταγμένον· διόπερ καὶ ἐδόκει ὁ ἀγὼν ἔτι ὑπολείπεσθαι. καὶ συνέταττε τὴν στρατιὰν καὶ τὴν Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων ἐπὶ τάγμασι τρισί· καὶ τὸ μὲν δεξιὸν κέρας Ἀμοὺρ εἶχε μετὰ τῶν Περσῶν, ἵνα βάλλοιεν τοὺς πολεμίους τοξόται ὄντες καὶ προσπίπτοντες ἐπὶ τὰ γυμνά. τὸ δὲ ἀριστερὸν Ἀσάνης εἶχεν Ἰωάννης, ὁ τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ἀδελφὸς, μετὰ Ῥωμαίων καταφράκτων, κοντοῖς εἰωθότων μάχεσθαι. τὸ μέσον δὲ αὐτὸς ἐπεῖχεν ὁ βασιλεὺς, τῶν τε Ῥωμαίων τοὺς λογάδας ἔχων καὶ Περσῶν.

V. 520

P. 651

8. τετρακισχιλίους M. 17. ἐν ἐπιτάγμασι M. mg.

mittunt: ut si vinceret, nepotis susceptio fieret veniae ab irato impetratio: sin victus caderet, pauci illi nullo sibi essent obstaculo, quo minus utilitati suae servirent. Itaque Momitzilus ad propugnaculum ante urbem expugnandum aciem dirigit: sperans si illud occupasset, quia non parum adiuvaret, se posse resistere. Persae, cum primi impressionem fecissent, repulso Momitzili circiter quatuor millium exercitu, propugnaculum diruerunt, et plures ad praedandum dispersi, ipso die omnia usque Mygdoniam incursarunt. Imperator cum Amurio et reliquo agmine sequens, non esse victas, sed via solum barbaris cessisse Momitzili copias, beneque ordinatas et dispositas animadvertebat. Quocirca adhuc conflictus restare videbatur. Hinc Romanos et barbaros tripartito dividit; dextrum cornu Amurio cum Persis committit: qui quod sagittarii essent, in hostes levis armaturae irruentes, telis eos conficerent: sinistrum Ioanni Asani, uxoris fratri, cum Romanis gravis armaturae, qui contis pugnare consueverant: in medio ipse selectos Romanos atque Persas ducens curabat. Momitzilus similiter contra directa acie progrediebatur. Ubi inter se propinquarunt, utrimque concursum est infestissime. Ad extremum Momitzilus superatus, compluros amisit. Cumque ad muros urbis reliqui pellerentur, quia ob ex-

Μομιτζίλος δὲ καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἀντιτεταγμένος ἦει πρὸς A.C. 1345
τὴν μάχην. ἐπεὶ δὲ ἦσαν ἐς τὰς χεῖρας, μάχη μὲν ἀνήπτετο σφοδρὰ, καὶ ἀντέσχον τὰ στρατόπεδα ἐπιπολὺ ἀλλήλοις. ὅμως ἡττᾶτο τὸ Μομιτζίλου καὶ ἔπιπτον πολλοὶ αὐ- B
5τῶν. ὠθουμένων δὲ πρὸς τὰ τείχη τῆς πόλεως, ἐπεὶ διέξοδος καὶ ἀντεπεξαγωγὴ οὐκ ἦν τοῖς ἵπποις, ὀλίγου τοῦ χωρίου ὑπολελειμμένου μεταξὺ τῶν πολεμίων καὶ τῶν τειχῶν, οἵ τε ἐν Περιθεωρίῳ ἦσαν οὐ προσδόκιμοι εἰσδέξεσθαι, πρῶτος αὐτὸς ἀπέβαινε τοῦ ἵππου, εἶτα καὶ οἱ ἄλλοι ἅπαντες,
10καὶ προεῖντο τοῖς πολεμίοις. οἱ δ' ἐμάχοντο πεζοὶ, ἀγωνιζόμενοι ἐκθύμως, καὶ ἀντεῖχον ἐπιπλεῖστον, τοῦτο μὲν διὰ τὴν εὐψυχίαν, τοῦτο δ' ὅτι καὶ ἡ πόλις αὐτοὺς ἐκώλυε μὴ κυκλωθῆναι, καὶ ἔπιπτον πολλοὶ μαχόμενοι. μέχρι μὲν οὖν ἐκεῖνος περιῆν, οὐδὲ αὐτοὶ ὑφίεσαν τῆς τόλμης, οὐδὲ ὅπλα
15παρεδίδουν. ἐπεὶ δὲ ἔπιπτε καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν μάχην, οἱ C περιλειπόμενοι εὐθὺς παρέδοσαν τὰ ὅπλα, καὶ ἠνδραποδίσθησαν ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν, διαδρᾶναι δυνηθέντος μηδενός. καὶ ὅ φασιν ἐπὶ τῶν μεγάλων ἀτυχημάτων, ὡς οὐδὲ πυρφόρος ὑπολέλειπτο, τοῦτ' αὐτὸ συνέβη καὶ τῷ Μο-
20μιτζίλου στρατοπέδῳ. οἱ μὲν γὰρ ἔπεσον κατὰ τὴν μάχην, οἱ δ' ἑάλωσαν. οἱ δὲ ἐν Περιθεωρίῳ ἑστῶτες ἐπὶ τῶν τειχῶν, οὔτ' ἠμύνοντο ὑπὲρ τοῦ Μομιτζίλου, οὔτ' ἐπέκειντο καὶ αὐτοὶ, ἀλλὰ μόνον θεαταὶ τῶν ἀγώνων ἐπὶ τῶν τειχῶν ἐκάθηντο. βασιλεὺς δὲ ἐδάκρυσεν ἐπὶ τῇ συμφορᾷ, οὐ μό-
25νον διὰ τῶν πραγμάτων τὴν μεταβολὴν, ὅτι ὁ πρότερον D

1. εἴη P. 17. βαρβάρων M. mg. pro *Περσῶν*.

guitatem spatii inter hostes, et moenia interiecti, equitatum convertere non poterant, et Peritheorienses illos accepturi non exspectabantur, primus Momitzilus, deinde reliqui omnes ab equis descendunt, hostibus se obiectant, dimicantque alacriter, et resistunt validissime: partim ex virtute, partim quod urbis vicinitas eos circumdari, et in medium concludi non sinebat, caduntque multi admodum. Quamdiu igitur dux supererat, ipsi neque de ardore pugnandi remittebant, neque arma tradebant. Simul autem is concidit, reliqui continuo deditis armis, Romanorum Persarumque captivi fiunt, cum effugere nullus potuisset: quodque in magnis infortuniis proverbio iactatur, neque ignifer evaserit, hoc ipsum et Momitzili exercitui contigit. Alii enim in acie oppetiverunt: alii in hostium potestatem venerunt. Qui vero Peritheorii erant in moenibus, neque Momitzilum tuebantur: neque certamini desuper se immiscebant: sed tantummodo spectatores illic sedebant. Huic calamitati hostium illacrymavit imperator, non solum propter commutatam rerum sortem, quod qui paulo ante magnifice de se sen-

A C. 1345 ὀλίγῳ μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ οἰόμενος, καὶ ἀήττητός τις εἶναι δοκῶν καὶ δεινὸς περὶ στρατηγίας, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, ἄτιμος ἔκειτο συμπατούμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἀλλ' ὅτι καὶ οἱ πεσόντες, ὄντες τοσοῦτοι καὶ τοιαύτην ἐπιδεδειγμένοι ἀρετὴν καὶ ἀνδραγαθίαν, Ῥωμαῖοι ἦσαν, οὓς ὁ πολλῶν δακρύων αἴτιος ἐμφύλιος πόλεμος παρανάλωσεν. οὕτω μὲν οὖν ὁ Μομιτζίλος ἤνθησέ τε ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐπὶ μέγα ἔδοξε τύχης προελθεῖν, καὶ τάχιον ἀπήνθηκε καὶ κατερρύη. βασιλεὺς δὲ μετὰ τὴν μάχην, εἰς Ξάνθειαν ἀφῖκτο, ἔνθα ἡ οἰκία Μομιτζίλου ἦν καὶ ἡ γυνή. Ξανθιεῖς δὲ πρῶτα μέν, οὐδὲν εἰδότες περὶ Μομιτζίλου, ἐπυνθάνοντο περὶ ἐκείνου P. 652 ὅπη εἴη. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν μάχην ἐπύθοντο πεσόντα αὐτὸν καὶ σύμπαν τὸ στρατόπεδον, τῶν μὲν οἰκείων ἀπωδύροντο τὴν τελευτήν, βασιλεῖ δὲ τὴν πόλιν παρεδίδουν. καὶ ὁ βασιλεὺς πολλὴν περὶ τὴν Μομιτζίλου γυναῖκα ἐπεδείκνυτο τὴν ἐπιείκειαν. ἐκέλευε γὰρ μηδὲν τῶν ὄντων ἀφαιρεῖν αὐτῆς, ἀλλὰ πάντα ἔχουσαν, ἢ μένειν ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ἂν ἐθέλῃ γῆς, ἢ πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανέρχεσθαι· ἐκ Μυσίας γὰρ V. 521 ἦν. ἡ δὲ μᾶλλον εἵλετο τὴν ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀναχώρησιν, B καὶ πάντα ἔχουσα, ἀπῆρεν εἰς Μυσούς.

πζ'. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἀπεσκεύαστο Μομιτζίλον, ἐδόκει δεῖν καὶ Κράλην μετιέναι ἀδικοῦντα καὶ παρασπονδοῦντα. ἐκεῖνος γὰρ τὸν παρὰ Ῥωμαίοις πόλεμον ὁρῶν πάντα τὰ αὐ- C τῶν διαφθεροῦντα ἄρδην, ὀλίγα τῶν πρὸς βασιλέα συνθηκῶν

ticbat, et eximius atque invictus dux apparebat, uno temporis momento despicabilis iacebat, et hostium pedibus conculcabatur: sed etiam quod qui ceciderant tam multi, cum tanta fortitudine, Romani erant: quos bellum istuc civile, plurimarum lacrymarum parens, velut auctarium quoddam ad summam calamitatem adiecisset. Momitzilus ad breve tempus sic floruit et visus est fortunam amplissimam consecutus, citiusque defloruit ac defluxit. Imperator secundum proelium Xanthiam, sedem Momitzili, contendit, ubi uxor; et Xanthienses, quod nihil super Momitzilo comperissent, primum quaerere, ubinam esset. Quem ut cum exercitu toto fusum acceperunt, propinquorum ac necessariorum suorum interitum lamentantes, urbem imperatori dedunt: qui in Momitzili coniugem mirifica usus clementia, iussit ei relinqui omnia, et aut in solo Romano in posterum quoque degere, si velit: aut in patriam (nam e Moesia erat oriunda) reverti: id quod etiam fecit, sublatisque secum rebus suis, discessit.

87. Momitzilo e medio iam sublato, Cralem quoque, ut iuris violatorem et foedifragum sibi ulciscendum decrevit. Qui dum cerneret bello Romanorum mutuo vastari funditus omnia, securus

φροντίζων, ἄλλας τε πόλεις τῶν Ῥωμαίοις ὑπηκόων εἶλε, καὶ A.C. 1345
Φερὰς ἐπὶ χρόνον συχνὸν πολιορκῶν, ἐν μεγάλῃ κατέστησεν
ἐνδείᾳ καὶ ἤδη ἐν ἐλπίσιν ἦν μετὰ μικρὸν ἑλεῖν· ἅμα δὲ
καὶ ἐκ τῶν ἔνδον ἔπραττόν τινες, ὡς Φεραῖοι, τῆς Ῥωμαίων
ἡγεμονίας ἀποστάντες, προσχωρήσουσιν ἑκόντες Τριβαλοῖς, τοῦ
Κράλη αὐτοῖς ὑποσχομένου τῆς πόλεως ἀποδείξειν ἄρχοντας,
ἂν τοιαῦτα τοὺς πολίτας πείθωσιν· ὧν ἦν κεφάλαιον Ἀσάνης
ὁ Μανουὴλ, θεῖος πρὸς πατρὸς Εἰρήνῃ τῇ βασιλίδι. Πα-
λαιολόγος δὲ Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου θεῖος,
καὶ Τζαμπλάκων Δημήτριος μέγας στρατοπεδάρχης ὁ τούτου D
γαμβρὸς τὰ Ῥωμαίων φρονοῦντες, ἀντέπραττόν τε τοῖς πράτ-
τουσι τὰ Τριβαλλῶν, καὶ πᾶσαν σπουδὴν εἰσῆγον, ὥστε μὴ
τοιαύτην πόλιν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀπολέσθαι, καὶ πρὸς
βασιλέα ἔπεμπον δεόμενοι βοηθεῖν. ἃ εἰδὼς βασιλεὺς ἔκρινε
δεῖν πρεσβείαν ποιεῖσθαι πρὸς Κράλην, κἂν μὲν ἀπόσχηται
Φερῶν, τηρεῖν καὶ αὐτὸν τοὺς ὅρκους καὶ τὰς σπονδάς· ἂν
δ' ἐκεῖνος διαλύῃ πρότερος, χωρεῖν ἐπ' αὐτὸν ἅμα στρατιᾷ
τῇ Περσικῇ. καὶ ἐπεὶ ἐδέδοκτο, πέμψας Ἰωάννην τὸν Βρυ-
έννιον, ἐκέλευεν ἀναχωρεῖν Φερῶν, ὡς αὐτῷ τῆς πόλεως
διαφερούσης, καὶ τοῦ λοιποῦ μηδὲν παρενοχλεῖν μήτ' αὐ-
τὴν, μήτ' ἄλλην τῶν Ῥωμαίοις ὑπηκόων πόλεων. αὐτὸν P. 653
μὲν γὰρ ἀεὶ μεμνῆσθαι τῆς εὐνοίας καὶ τιμῆς, ἧς ἀπέλαυσε
διατρίβων παρ' αὐτῷ, καὶ δίκαιον εἶναι οἴεσθαι τῆς εὐποιΐας
ἀπομνημονεύειν. διόπερ αὐτοῦ καὶ πρὸς Βερροίᾳ τὰς σπον-

percussi cum eo foederis, et alias urbes Romanae ditionis occupa-
rat, et Pheras diutina obsidione premens, ad miserabilem victus
inopiam redegerat, ut paulo post illa se potiturum confideret. Si-
mul autem ex incolis quidam laborabant, ut cives, desertis Romanis,
ad Triballos ultro deficerent: quibus Crales, si populo id persua-
sissent, magistratus urbis desponderat: quorum antesignanus erat
Manuel Asanes Irenes imperatricis patruus. Constantinus autem Pa-
laeologus, Andronici imperatoris patruus, et Demetrius Zamplaco
magnus stratopedarcha eius gener, factioni Triballicae adversantes,
Romanis favebant: nihilque non experiebantur, ne talis civitas a
Romano imperio avelleretur, et ab imperatore auxilium flagitabant.
Horum conscius imperator, Cralem per legatos conveniendum exi-
stimavit: et si quidem Pheris absisteret, sibi quoque foedera et
iuramenta servanda: sin ille prior ea profanaret, Persis quoque
adiutoribus invadendum. Quando igitur visum est maturum, misso
Ioanne Bryennio, ut Pheras relinqueret, hortatus est: urbem sua in-
teresse: ac de cetero nec illi, nec cuiquam Romanae urbi negotium
exhiberet. Apud se quidem illius benevolentiae honorumque, qui-
bus praesentem domi suae cohonestasset, nunquam intermorituram

A.C. 1345 δὰς ἀπειπαμένου καὶ ὕστερον πεπολεμηκότος φανερῶς καὶ τοὺς ὅρκους καταλελυκότος προφανῶς καὶ τὰς σπονδὰς, αὐτὸν μὴ κεκινῆσθαι πρὸς ὀργὴν, μηδὲ ἀμύνεσθαι ἐθέλειν, ἀλλὰ τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους ἀνανεοῦν, καὶ χάριν ἀποδιδόναι τῆς φιλίας ὅση δυνατή. ἂν δὲ μὴ πείθηται αὐτὸς, μηδὲ ἀφίστασθαι ἐθέλῃ τοῦ παρασπονδεῖν καὶ ἀδικεῖν, ἀλλὰ πολιορκῇ τὰς πόλεις, μὴ αὐτῷ ἐπάγειν αἰτίαν, ἂν ἀμύνηται,
B ὡς παραβεβηκότι τὰς σπονδὰς καὶ ἀγνωμονοῦντι πρὸς τὸν εὖ πεποιηκότα, ἡνίκα μάλιστα ἐδεῖτο. τοιαῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς ἐπρεσβεύετο πρὸς Κράλην. ἅμα δὲ ἔχων καὶ τὴν στρατιὰν,
V. 522 πρὸς Χριστούπολιν ἐχώρει, καὶ ἐστρατοπεδεύετο ἐν κώμῃ τοῦ Γαβριὴλ προσαγορευομένῃ, ὡς ἀφιξόμενος εἰς Φερὰς καὶ τῶν ἄλλων πόλεων πρόνοιαν ποιησόμενος, ὅσαι ὑπὸ τοῦ Τριβαλλικοῦ πολέμου ἔπραττον κακῶς. τούτων δὲ πραττομένων, Ἀπόκαυκος ὁ μέγας δοὺξ ὁρῶν ἤδη τὰς μὲν ἠπειρώτιδας πό-
C λεις πάσας Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα ὑφ' ἑαυτὸν πεποιημένον, καὶ τὴν τε Ῥωμαίων στρατιὰν ὀλίγου δεῖν ἅπασαν ἔχοντα αὐτὸν καὶ τοσαύτην ὑπὸ τῶν βαρβάρων συμμαχίαν, καὶ ὡς ἀδύνατον αὐτῷ ἀντικαθίστασθαι ἐκ τῆς ἠπείρου, πρῶτα μὲν ἐσκέψατο διὰ τῆς πρὸς τὰς δίκας ἀκριβείας καὶ δικαιοσύνης πείθειν Βυζαντίους αὐτῷ προσέχειν· ἔπειτα καὶ κεναῖς ἐλπίσιν ἐξηπάτα, ὥσπερ ἐν ὀνείροις πλουσιωτάτους ἐξ ἀπόρων ἐπαγγελλόμενος ποιήσειν, ἂν τὴν ὁλκάδα στήσῃ τὴν

10. et 21. καὶ add. M.

esse memoriam: et aequum arbitrari, beneficentiae meminisse. Quare cum ille apud Berrhoeam foedus retractasset, ac postea manifeste arma movisset, sancitaque foedera aperte violasset, non se ira exarsisse, neque ad vindictam incumbere: sed ea renovare voluisse, et amicitiae quantam potuerit gratiam retulisse. Quod si obsequi recuset, contraque foedus agere et iniuriam inferre non desinat: sed urbes obsidere pergat, ne se in culpa ponat, tamquam foedifragum et ingratum in bene merentem suum, quo tempore potissimum re aliena egebat, si armis poenas repoposcerit. Haec per oratores ad Cralem imperatorem, simulque cum exercitu Christopolim iter intendit, et ad vicum Gabrielis castra locat, ut Pheras venturus et aliis civitatibus bello Triballico vexatis provisurus. Dum haec geruntur, magnus dux Apocauchus videns iam urbes continentis omnes Cantacuzenum ad imperium suum traduxisse, Romanumque exercitum propemodum universum et nihilo minus non modica a barbaris auxilia habere, eique in continente haud quaquam resisti posse, primum quidem per diligentem iuris ac iustitiae custodiam Byzantios ad sibi obtemperandum allicere deliberavit: deinde spe vana eos delusit, velut per somnium ex pauperibus ditissimos effecturum pollicens, ubi onerariam a mercatori-

ἀργυρολογήσουσαν τοὺς ἐμπόρους. ὡς δὲ πάντα ἐξηλέγχετο A.C. 1345
ἀπάτη καὶ φενακισμοί, καὶ πάντες ἤδη πρὸς αὐτὸν ἀπέσκωπτον ἀδεῶς, δείσας μή τι νεωτερισθῇ περὶ αὐτὸν, ἐσκέψατο πᾶσαν τὴν δύναμιν εἰς τὴν θάλασσαν μετάγειν καὶ πρὸς τυραννίδα τὴν πολιτείαν μεθιστᾷν. καὶ πρῶτα μὲν ναυτικὸν D
συστήσασθαι καὶ ὁπλίτας, καὶ τούτοις πρός τε τὰς τριήρεις χρῆσθαι καὶ πρὸς φρουρὰν οἰκείαν, ἵνα μὴ ἐπιβουλεύηται, καὶ ἀμελεῖν μὲν παντάπασι τῆς ἠπείρου, νήσων δὲ ἔχεσθαι καὶ θαλάσσης, καὶ Βυζαντίους ἐκ θαλάττης τρέφεσθαι καθιστᾶν ἐμπορευομένους ταῖς ναυσί· πρὸς τούτοις δὲ καὶ τοὺς χρήματα ἔχοντας ἐν Βυζαντίῳ καὶ τῶν συγκλητικῶν, ὅσοι ἔτι ὑπελείποντο, ἐν δεσμωτηρίοις κατακλείειν, ἵν' ὁμοῦ τε ἀπαλλάττοιτο τοῦ δέους, (ἐδεδίει γὰρ μὴ ἐθελήσωσιν εἰρήνην τίθεσθαι πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα,) καὶ χρημάτων εὐπορίᾳ πρός τε τὸ ὁπλιτικὸν καὶ τὰς τριήρεις, τὰ ἐκείνων ἀφελόμενος. οὐ μὴν δὲ καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι μνησθέν- P. 654
τες πρότερον εἰρήνης, ἐν ταῖς οἰκίαις ὑπ' ἐκείνου κατεκλείσθησαν, ἢ ἐν φροντιστηρίοις ἀπρόϊτοι καθείργνυντο, πάντων τὰς οὐσίας ἀφελέσθαι μετὰ τὸ εἰς δεσμωτήριον ἀγαγεῖν· πρότερον γὰρ ἐκείνους ὀλίγων τινῶν ἀπεστέρησεν ἐκ τῆς οὐσίας· εἶτα καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι φόρους τάξαι ἐτησίους, ἐξ ὧν χρηματιζόμενος διαθρέψει τὸ ναυτικόν. δεσμωτήριον δὲ ἐν τοῖς βασιλείοις Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου κοινὸν ποιεῖν διενοεῖτο. οἴκου γὰρ ὄντος ἐκεῖ μεγάλου Ἰουστινιανείου

1. ἐξηλέγχοντο P. 16. ἀλλὰ post δὲ add. P.

bus pensiones exacturam firmasset. At ubi omnia fraudes et ludibria reperta sunt et vulgi iam fabula fuit, formidans, ne quid adversum se rerum novarum oriretur, potentiam suam omnem in mare transferre et politiam in tyrannidem mutare constituit. Ac primum quidem classem et cataphractos comparare, eorumque operam et in triremibus et ad corpus suum contra insidiatores tutandum adhibere: continentem penitus penitusque negligere: seseque in mari et insulis tenere, et ad Byzantios per mare alendos nauticas negotiationes inducere. Ad haec et qui nummati essent Byzantii, et quotquot restarent proceres, in carcerem contrudere, ut et timore vacaret, (metuebat namque, ne cum Cantacuzeno pacem inirent,) et ipsis spoliatis, pecunia ad stipendia in cataphractos et triremes suppeteret. Quin etiam aliorum omnium, quotquot alias mentione pacis facta aut in domibus propriis ab ipso inclusi essent aut monasteriorum septis, interdicto ad eos aditu, coercerentur, iis prius in carcerem datis facultates auferre: nam ante pauxillo eos privaverat. Insuper ceteris omnibus annuas pensiones praescribere, e quibus quaestum colligens, classem sustentaret. Carcerem autem in palatio Constantini magni communem aedificare cogitabat. Nam

A. C. 1345 προσαγορευομένου, τὴν στέγην ὑπὸ τοῦ χρόνου διεφθαρμένου, πᾶσαν εἴσοδον ἀναφράξας, οἰκίσκους ἔνδον ἐκείνου πλείστους
B διελεῖν ἐφ' ἑκατέρῳ μέρει, καὶ τούτοις κατακλεῖσαι τοὺς δεσμώτας ἄνωθεν καλωδίοις καθιείς, ὥστε νυκτὸς μὲν τοῖς οἰκίσκοις χρῆσθαι, ἡμέρας δὲ πρὸς μετρίαν ἄνεσιν τῷ ὑπολελειμμένῳ μεταξὺ χωρίῳ· τὴν δὲ φρουρὰν ἄνωθεν ἐγκαθιδρυμένην ἐπὶ τῶν τειχῶν διὰ πάσης νυκτός τε καὶ ἡμέρας τὴν φυλακὴν τῶν δεσμωτῶν ποιεῖσθαι, κἄν τινος δέοιντο, κάτωθεν πρὸς τοὺς φρουροὺς ποιεῖσθαι τοὺς λόγους φανερῶς, ὥστε ἅπαντας εἰδέναι, ἵνα μὴ λάθοιεν ἐπιβουλήν τινα συ-
C σκευασάμενοι, κρύφα τῶν φυλάκων τισὶ διαλεχθέντες. μετὰ τοῦτο δὲ ἔφασαν οἱ συνειδότες καὶ ἐπὶ βασιλίδα χωρεῖν διανοεῖσθαι καὶ ἀπορειρᾶν, εἰ βούλοιτο τὴν ἐκείνου θυγατέρα βασιλεῖ τῷ υἱῷ πρός γάμον συνάπτειν, εἴγε βούλοιτο αὐτὸν ὡς ὑπὲρ τέκνων ἀγωνιζόμενον, πάντα πλοῦτον τὸν αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐπὶ Καντακουζηνὸν ἀναλίσκειν πόλεμον. καὶ πρότερον μὲν γὰρ οὐδὲν ἐλλελοιπέναι προθυμίας καὶ πᾶσαν σπουδὴν πρὸς τὴν ἐκείνου κατάλυσιν ἐπιδεδεῖχθαι, καὶ πάντα ἀναλωκέναι τὰ κοινὰ καὶ ἃ ἀφείλετο ἐκ τῶν ἐκείνῳ προσεχόντων· νυνὶ δὲ εἰς τοὐναντίον ἅπαν τῶν πραγμάτων πε-
V. 523 ριελθόντων καὶ πᾶσαν ἐκείνου τὴν ἤπειρον ἀφελομένου, αὐτὸν κρατήσειν τῆς θαλάσσης, ἀναλίσκοντα ἐκ τῶν ἰδίων, καὶ Βυζαντίου καὶ τῶν νήσων ἀσφαλῶς καθέξειν τὴν ἀρχήν· κἂν
D μὲν ἐκείνη πείθοιτο τὴν θυγατέρα προσαρμόζειν βασιλεῖ τῷ

cum esset ibi domus, magnum Iustinianum appellata, tecto vetustate consumpto, destructis conclavibus, ipse domunculas plurimas sub terra ab utraque parte inaedificare volebat, et in his reos funibus demissos condere, ut noctibus quidem in domunculis manerent, diebus ad mediocrem remissionem area in medio relicta uterentur, illosque supra muros vigilibus constitutis, totum diem ac noctem custodiri. Quod si qua re indigerent vigiles illi, ut inferioribus custodibus clare et aperte dicerent, omnibus audientibus, quo insidiarum vitaretur suspicio, si clam cum quibusdam illorum fabularentur. Posthaec, ut referebant qui norant, et imperatricem aggredi cogitavit et tentare, an vellet ipsius filiam despondere filio suo imperatori, si paratus sit ipse, velut pro filiis decertans, omnes opes suas in bellum contra Cantacuzenum impendere. Nam et antehac nunquam non alacrem fuisse, et omne studium suum ad eum evertendum contulisse: et cum publicam pecuniam omnem, tum quam Cantacuzeni amicis abstulerit, in eo collocasse. Nunc cum res omnino secus, quam sperabatur, acciderint, et ille totam continentem occuparit, se mari dominaturum: sumptum de suo facturum: et Byzantii insularumque imperium secure retenturum. Et si quidem illa connubio an-

νίῳ, καὶ αὐτὸν εἶναι πατέρα βασιλέων καὶ πᾶσαν ἔχειν ἀρ- A.C. 1345
χὴν καὶ πράττειν, ἅττα ἂν δοκῇ· ἂν δ' ἀπαναίνηται τὴν δυσγένειαν, ἐπ' αὐτὴν χωρεῖν. δήλην γὰρ ἤδη εἶναι κακὰ βουλευομένην περὶ αὐτοῦ. συνεσκεύακε δὲ καὶ κατ' αὐτῆς ἐπιβουλὴν τοιαύτην. γράμματα πρὸς Πάπαν ἔγραφεν ὡς ἐξ αὐτῆς. ἐδήλου δὲ τὰ γράμματα, ὡς αὐτὴ μὲν ἐντραφείη ἔθεσι καὶ νόμοις τοῖς Ῥωμαίων, καὶ δόγματα πρεσβεύοι, ἃ καὶ ἡ Ῥωμαίων ἐκκλησία· βασιλεῖ δὲ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐκδοθεῖσα, ἀνάγκῃ τὰ ἐκείνου ὑποκρίνεσθαι. τὴν μέντοι πρώ- P. 655
τὴν εὐλάβειαν καὶ πίστιν καὶ ὁμόνοιαν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ περισώζειν καὶ αὐτὸν ἡγεῖσθαι πατέρα καὶ διδάσκαλον καὶ πρὸς τὴν πίστιν ὁδηγόν. καὶ βούλεσθαι μὲν καὶ μετὰ τὴν ἀνδρὸς αὐτίκα τελευτὴν δῆλα πάντα καθιστᾶν αὐτῷ, καὶ πειρᾶσθαι, καὶ πᾶσαν τὴν ἀρχὴν τὰ ἴσα ἢ πείθειν ἢ καταναγκάζειν περὶ τῶν τῆς πίστεως δογμάτων αὐτῇ φρονεῖν. κωλυθῆναι δὲ ὑπὸ τῶν περισχόντων πολέμων, τῶν μάλιστα παρὰ Ῥωμαίοις δυνατωτάτων πρὸς αὐτὴν ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς πολεμησάντων καὶ ἔτι μέχρι νῦν ἐπικειμένων. ὅθεν αὐτοῦ δεῖσθαι, πρῶτα μὲν αὐτῇ τὸ θεῖον ἱλεοῦσθαι διὰ τὴν δοκοῦσαν τῶν διεστραμμένων δογμάτων αἵρεσιν· ἔπειτα δὲ καὶ B
βοηθεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμοῦντας, ὅπως ἂν δύναιτο, ὡς, εἰ ἐκεῖνοι καταστραφεῖεν, αὐτῆς αὐτίκα τὰ τῆς Ῥωμαίων ἀποστολικῆς ἐκκλησίας πρεσβευσούσης φανερῶς καὶ τοῖς ἄλλοις ὑφηγησομένης. τοιαῦτα μὲν τὰ πρὸς Πάπαν τῆς βασιλίδος

nuat, se patrem imperatorum esse velle, habereque totum imperium in manu sua, et facere quae libuerit. Sin propter ignobilitatem suam conditionem hanc recuset, eam oppugnaturum: indicium quippe haud dubium fore, eam sibi malum machinari. Excogitavit etiam nequiter ac subdole huiusmodi contra eam insidias. Litteras in eius persona ad papam scripsit hoc exemplo. Se moribus ac legibus Romanorum educatam, eadem cum Romana ecclesia dogmata colere ac venerari. A suis autem consanguineis imperatori locatam, velit nolit, eius religionem simulare. Verumtamen quam ab infantia imbiberit religionem, fidem, concordiam, Romanae ecclesiae integram inviolatamque custodire, et ipsum parentem, magistrum ac ducem fidei agnoscere: voluisseque mox post mariti obitum statum ei suum exponere, et conari, ut totum quoque imperium, seu voluntarium, seu coactum eamdem secum religionem profiteretur: sed bellis urgentibus et usque hodie durantibus, quibus apud Romanos potentissimi super imperio secum dimicent, impeditam fuisse. Unde se precari illum, primum quidem, uti numen sibi propitiet, quod perversitatem istam dogmatum sectata videatur: deinde contra hostes eam pro viribus adiuvet: quibus subver-

A.C. 1345 δῆθεν γράμματα ἐδήλου. ἦν δὲ Κλήμης τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τότε προεστώς. καὶ ζωγράφῳ τινὶ Πραιποσίτῳ καλουμένῳ ἐγχειρίσας, ἐξέπεμπε πρὸς Πάπαν μηδενὶ ἐξειπεῖν κελεύσας τὸ ἀπόῤῥητον βασιλίδος. οὐδὲν δὲ ἐκεῖνος ᾔδει πλέον, εἰ μὴ ὅτι πέμποιτο πρὸς Πάπαν. Κλήμης δὲ ὁ Πά-
C πας, ἐπεὶ δέξαιτο τὰ βασιλίδος γράμματα, ὑπερησθεὶς, ὅτι καὶ ἡ βασιλὶς αἱροῖτο τὰ ἐκείνων, καὶ ὡς, εἰ τῶν πολέμων ἀπαλλαγοίη, φανερῶς αὐτοῖς προσθήσεται, ἀντέγραφε καὶ αὐτὸς, πρῶτα μὲν ἐπαινῶν τῆς προαιρέσεως, ὅτι καίτοι τυραννουμένη τῶν ὀρθῶν δογμάτων οὐκ ἀπέστη, ἀλλὰ τῇ Ῥω-
μαίων ἐκκλησίᾳ συμφρονοίη. ἔπειτα καὶ ἐδίδασκεν, ὡς χρὴ τῶν ἴσων ἔχεσθαι ἀεὶ, καὶ τοὺς ἄλλους ἐνάγειν ἠπατημένους καὶ τῆς ἀληθείας ἐκπεσόντας. τελευταῖον δὲ ἐπηύχετο, καὶ χρηστὰς ὑπετίθει τὰς ἐλπίδας, ὡς βοηθήσων ὅ,τι ἂν δύναιτο. ταῦτα τὰ γράμματα ἐνεγκόντος Πραιποσίτου, ἐφύλαττεν αὐ-
D τὸς ἐν ἀπορῥήτῳ, διενοεῖτό τε ὡς, εἰ μὲν πείθοιτο ἡ βασιλὶς αὐτῷ, ἐφ' οἷς ἂν ἀξιοίη, μηδὲν κινεῖν, εἰ δὲ μὴ, ταῦτα ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγνόντα, Βυζαντίους ἐπ' αὐτὴν παροῤμᾶν καὶ διαφθείρειν αὐτὴν καὶ παῖδας· ᾔδει γὰρ πρὸς τοῦτο πάνυ δυσανασχετοῦντας καὶ ῥᾷστα κατὰ παντὸς οὑτινοσοῦν χωρήσοντας, ἂν πύθωνται τὰ Λατίνων ἠρημένην· καὶ οὕτω πᾶσαν αὐτὸν Βυζαντίου καὶ τῶν νήσων ἔχειν τὴν ἀρχήν. εἰ δὲ μὴ προχωροίη, μηδὲ πείθοιντο οἱ Βυζάντιοι βασιλίδα καὶ

11. συμφωνοίη M.

sis, statim Romanae apostolicae ecclesiae doctrinam et ritus publice celebraturam et aliis exemplo praeituram. Imperatricis litterae ad papam, qui ea tempestate Clemens erat, huius nominis sextus, huiusmodi fuerunt. Eas pictori cuidam, cui nomen Praepositus, cum tradidisset Apocauchus, ad papam misit: mandans, ne cui arcanum Augustae patefaceret. Qui, nisi quod ad papam mitteretur, praeterea nihil sciebat. Clemens, litteris acceptis, omnibus incessit laetitiis, imperatricem secum communicare, et, si bello defungeretur, palam id facturam, rescribit. Ac principio eam de constanti voluntate laudat, quod quamvis sub iniquo domino, a legitimis dogmatibus non discesserit, sed cum Romana ecclesia consentiat. Deinde quomodo iisdem perpetuo adhaerere, et alios in fraudem inductos atque a veritate devios eodem reducere debeat, edocet. Tandem bene precatus et bene sperare iubens, quantum in se esset, opem laturum pollicetur. Has litteras cum Praepositus attulisset, ipse Apocauchus arcane servabat: ut si quidem petita sibi concederet, nihil moveret: sin minus, per eas in conventu lectas, plebem ad ipsam una cum liberis interimendam concitaret. Sciebat enim id aegerrime laturam, facillimeque cuivis se oppositurum, si eam Latinorum decreta complexam intelligeret: sic totum se Byzan-

τὰ τέκνα διαφθείρειν, πάντων ἤδη ἀπογνόντα, ἢ τῷ ἐν Μαγ- A.C. 1345
κάνοις πύργῳ κατακλείειν ἑαυτὸν, ὀχυρωτάτῳ ὄντι καὶ δυ-
ναμένῳ πρὸς πάντας Βυζαντίους ἀντέχειν πολιορκοῦντας, ἢ P. 656
τριήρει πρὸς Ἐπιβάτας ἀναχωρεῖν, κἀκεῖ τὸν ἐπίλοιπον βίον V. 524
διανύειν, ἀρχόμενον ὑπ' οὐδενός.

πϑ'. Τοιαῦτα μὲν ἐκεῖνος διενοεῖτο καὶ ἤδη ἤρχετο αὐτῶν. καὶ πρῶτα μὲν περιέστησεν ἑαυτῷ φρουρὰν ὁπλιτικὴν, ἣ προϊόντι τῆς οἰκίας συνείπετο ἀεὶ, καὶ οὐδεὶς ἐτόλμα B
τῶν ἄλλων ἐγγὺς ἐλθεῖν, εἰ μὴ ὑπ' ἐκείνου προσκληθείη. ἔπειτα καὶ τριήρη παρεσκευασμένην εἶχε πρὸς τοῦτο τὸν πάντα χρόνον ἐπὶ τῆς Ξυλίνης λεγομένης πύλης ἐφορμοῦσαν, ἔνθα ἦν αὐτῷ καὶ ἡ οἰκία ἐξεπίτηδες ἐκεῖ κατεσκευασμένη. ἀεὶ γὰρ ἐποιεῖτο πρόνοιαν ἐγγὺς εἶναι τῶν τειχῶν, μάλιστα τῶν πρὸς θάλασσαν, ἵν' εἴτι περὶ αὐτὸν νεωτερίζοιτο, ῥᾳδίως διεκπίπτῃ καὶ διασώζῃ ἑαυτόν. τότε δὲ μάλιστα σπουδὴν ἐποιεῖτο πλείστην εἴς τε τὴν περὶ αὐτὸν φρουρὰν καὶ πρὸς τὸ ἔξοδον αὐτῷ ῥᾳδίαν εἶναι, εἴ τινος αἴσθοιτο κακοῦ. ἑώρα C
γὰρ ἤδη πάντας πρὸς αὐτὸν κακῶς διακειμένους, καὶ μισοῦντας τῆς πονηρίας καὶ τῆς τοσαύτης τῶν Ῥωμαίων φθορᾶς, οὐ τοὺς ἔξωθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς οἰκειοτάτους αὐτούς· οἱ δύο γὰρ τῶν υἱῶν πολλὴν αὐτοῦ καταγνόντες σκαιότητα καὶ μοχθηρίαν τρόπων, ἀπέστησαν πρὸς βασιλέα· ὥστε καὶ πρός τινας αὐτῷ τῶν ἀπορρήτων κοινωνοῦντας λέγειν, οὐ

tii insularumque imperium adepturum. Quod si id secus eveniret, neque Byzantii ad imperatricem cum liberis trucidandam adducerentur, tum rebus desperatis, aut in arce Magnacensi munitissima et quae toti Constantinopoli posset resistere, se includeret; aut triremi ad Epibatas secederet, ibique liber ac suus, reliquum aevi perageret.

88. Talia volvebat animo et iam ordiebatur. Ac primo quidem se armatis custodibus circumsepiebat, sine quibus nunquam foras egrederetur, nemoque invocatus propius propter eos auderet accedere. Praeterea ad eumdem finem triremem quoque paratam habebat, semper stantem ad portam Ligneam, ut appellatur, ubi et domicilium ei de industria aedificatum. Semper enim studebat, ut prope muros esset, ad mare potissimum, ut si quid novi capiti suo immineret, expedite elapsus se conservaret. At tunc quidem et de custodia corporis, et de facili effugio, si quid sentiret impendere mali, mire erat sollicitus: videbat enim omnes iam, non alienos modo, verum etiam propinquitate coniunctissimos propter scelera sua et tantas Romanorum clades sibi infensissimos. Duo quippe eius filii, stoliditatem patris moresque improbissimos detestantes, ad imperatorem transierant: ut et quibusdam, quibus arcana sua credere solitus erat, non semel et iterum, sed crebrius diceret,

A.C. 1345 δὶς καὶ τρὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ὡς ὁρῶμεν ἤδη Καντακουζηνὸν ἰσχύοντα μεγάλα, καὶ δεδοίκαμεν μὴ καὶ Βυζαντίου περιγένηται· ἀλλ' εἴγε καὶ τοιοῦτο συμβαίη, γῆς μόνης κρατήσει καὶ οὐρανοῦ, τἆλλα δὲ αὐτὸς διαφθερεῖ πολεμῶν αὐτῷ μέχρι καὶ τοῦ δυνατοῦ, εἰ μέλλει καὶ αὐτὸς συνδιαφθείρεσθαι αὐτοῖς. τῆς τε οὖν φρουρᾶς τῆς περὶ ἑαυτὸν πολλὴν ἐποιεῖτο πρόνοιαν, καὶ τὸ ἐν βασιλείοις τοῖς Κωνσταντίνου δεσμωτήριον κατεσκεύαζεν ᾗ διενοεῖτο, δημιουργοῖς τισι τὸ ἔργον ἐπιτρέψας. συχνῶς δὲ καὶ αὐτὸς ἐπιφοιτῶν, ἐπεσκέπτετο τὸ ἔργον καὶ προσηνάγκαζε τάχιον κατασκευάζειν. οἱ δεσμῶται δὲ τότε δεσμωτήριον ὁρῶντες κατασκευαζόμενον, οὕτω δεινὸν καὶ ὀλίγα τάφων ἀποδέον, καὶ τὴν διάνοιαν οὐκ ἀγνοοῦντες, ἐσκέψαντο αὐτὸν ἀποκτείνειν, ὅταν γένηται ἐκεῖ, ἀμφοτέρωθεν αὐτοῖς οἰόμενοι τὸν ἐκείνου λυσιτελήσειν φόνον. ἄν τε γὰρ ἐπιτυγχάνωσιν, ἀπαλλάξεσθαι δεινοῦ τοσούτου καὶ ζήσειν ἐλευθέρως· ἄν τε ἡττῶνται, ἀποθνήσκειν καὶ αὖθις ἀπαλλάττεσθαι τοῦ ζῶντας κατορωρύχθαι. τοιαῦτα μὲν οἱ δεσμῶται ἐβουλεύσαντο καὶ παρετήρουν καιρὸν, ἐν ᾧ ἀποκτενοῦσιν ἐπιθέμενοι. δοὺξ δὲ ὁ μέγας τὸν ἄλλον χρόνον, ἡνίκα ἔδει πρὸς τὰ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασίλεια εἰσέρχεσθαι, πολλὴν πρόνοιαν αὐτοῦ ποιούμενος, (ἑπομένους τε γὰρ εἶχεν ἀεὶ τῶν δορυφόρων ὁπλιτῶν πολλοὺς, καὶ τοὺς δεσμώτας πέμπων κατέκλειεν ἐν ταῖς εἱρκταῖς, ἄχρις ἂν ἐκεῖθεν ἀπαλλάττοιτο,) τότε τῶν δεόντων

P. 657

1. ὁρῶ μὲν P. 2. δέκοικα P. 7. τῆς pro τοῖς P. et M.

quam nunc potentem cernimus Cantacuzenum; timendum, ne et Byzantio potiatur. At enim si id contigerit, sola terra et coelo potiturum: cetera se bellando cum ipso, quantum possit, perditurum, etiamsi cum illis ipse perdendus sit. De stipatoribus igitur sedulo sibi providebat, et in palatio Constantiniano carcerem, ut statuerat, opere artificibus locato aedificabat, saepiusque accedens, labores per se inspiciebat, ac fabros perurgebat. At vincti tum, carcerem adeo tetrum parumque a sepulcris differentem construi cernentes, et scopum minime ignorantes, redeuntem mactare cogitant, utrovis modo caedem ipsius sibi profuturam rati. Sive enim quod destinabant animis, assequerentur, a tanto malo immunes fore: sive exciderent, morte luituros: et ita rursum magno malo, ne scilicet vivi sepelirentur, carituros. Hoc illi consilium capiebant, et tempus captabant, quo eum adorti rem perficerent. Magnus autem dux cum alias magni Constantini palatium ingressurus, sollicite sibi caveret, (semper namque armatorum satellitum caterva eum sequebatur, et vinctos prius in ergastulis claudi iubebat, quoad abiret,) tunc quo facto maxime usus erat, praetermisit, a Deo, ut

οὐδὲν ἐποίει, τὸ φρονεῖν ὑπὸ θεοῦ, ὡς ἔοικε, παρῃρημένος A.C. 1345
καὶ ἐγκαταλειφθεὶς πρὸς τὸ ἀποθανεῖν. ἀλλὰ οἵ τε δεσμῶται
διεσκεδασμένοι, περιήεσαν τῶν βασιλείων τὴν αὐλήν, καὶ V. 525
αὐτὸς τὴν περὶ αὐτὸν δορυφορίαν ἔξω καταλιπὼν, εἰσῄει B
ἑνὸς παρεπομένου μόνου. οἱ δεσμῶται δὲ ὡς εἶδον οὕτως
ἀφύλακτον εἰσιόντα, καιρὸν ἐπιθέσεως νομίσαντες, ὥρμησαν
ἐπ' αὐτὸν, ὀλίγοι τινὲς πρῶτον, οἳ ἔτυχον ὄντες ἐν ταὐτῷ.
ἐν οἷς καὶ ὁ ἀνεψιὸς ἦν αὐτῷ Ἀλέξιος ὁ δοὺξ ὑπὲρ Καντα-
κουζηνοῦ τοῦ βασιλέως τὸ δεσμωτήριον κατακεκριμένος καὶ
αὐτὸς ὑπὸ τοῦ θείου. πρῶτα μὲν οὖν ἐχρῶντο λίθοις ἐπ'
αὐτῷ· οὐ γὰρ εὐπόρουν τινὸς σιδήρου. ἔπειτά τις αὐτῶν
ῥοπάλῳ κατὰ τύχην εὑρημένῳ ἔπληξε κατὰ τῆς κεφαλῆς πολ-
λάκις καὶ κατήνεγκε. μετὰ τοῦτο δὲ χρησάμενοι σκεπάρνῳ
τῶν τὸ δεσμωτήριον οἰκοδομούντων τεκτόνων, ἀπέτεμον αὐ- C
τοῦ τὴν κεφαλήν. ἡ δὲ περὶ μέγαν δοῦκα φρουρὰ καὶ οἱ
ἄλλοι, ὅσοι εἵποντο, ὡς ᾐσθάνοντο ἐκεῖνον τεθνεῶτα, οὐ πρὸς
ἄμυναν ἐτράποντο ὑπὲρ ἐκείνου, ἀλλὰ καταπλαγέντες πρὸς
τὴν τόλμαν, ἄλλοι ἄλλοσε διεσκεδάσθησαν. οἱ δεσμῶται δὲ
πρῶτα μὲν πρὸς τὴν ταραχὴν συνέδραμον πάντες. ἠγνόουν
γὰρ αὐτῶν οἱ πλεῖστοι ὅ,τι εἴη. ὡς δὲ ἔγνωσαν τὸν μέγαν
δοῦκα τεθνηκότα, τὸ σῶμα μὲν ἀνήρτησαν ἐπὶ τῶν τειχῶν
τῶν θρασυτέρων τινές. τὴν κεφαλὴν δὲ περιπείραντες ἀκον-
τίῳ, καὶ αὐτὴν ὁμοίως ἐπέστησαν τοῖς τείχεσιν, ἵν' εἴη πᾶσι

coniicimus, mente privatus, et ad caedem desertus. Ceterum captivi atrium palatii sparsim obambulabant, et ipse satellitio suo foris relicto, uno tantum comite ingrediebatur. Tum illi, ut ita incustoditum aspexerunt, tempus adesse rati, insiliunt, pauci quidam primum, qui forte simul erant, in quibus et Alexius dux, Cantacuzeni causa et ipse damnatus carcere, sororis filius ab avunculo suo. Ergo lapidibus eum initio insectantur, quod ferrum in promptu non erat. Post quidam fustem fortuito repertum saepius in caput impingit. Ad extremum arrepta bipenni a fabris materiariis, qui carcerem exstruebant, caput illi amputant. Tum custodia, et quidquid satellitum sequebatur, ut eum interfectum audierunt, ultione praetermissa, tanta audacia attoniti, alius alio diffugerunt. Captivi ad tumultum omnes concurrentes, (maior enim pars eorum quid esset nesciebat,) ut magnum ducem occisum cognoverunt, quidam audaciores, cadaver de muro suspendunt, caputque telo praefixum similiter in muro pro spectaculo statuunt. Gratum enim populo facere se arbitrabantur, qui illum pro communi hoste haberet, tamquam huius belli civilis fontem scilicet primamque originem: nemo enim iam quae contigerant non sciebat. Ipsi vero pro copia praesenti, si qui eos aggrederentur, defensionem parabant: sublimibus palatii muris potissimum fidentes. Simul etiam spes quaedam

A.C. 1345 καταφανής. ᾤοντο γὰρ μᾶλλον κεχαρισμένα τῷ δήμῳ δρᾶν,
D πολέμιον κοινὸν τὸν μέγαν δοῦκα ἡγουμένῳ, οἷα δὴ τοῦ ἐμφυλίου πολέμου ὄντα αἰτιώτατον. πάντες γὰρ ἤδη τὰ γεγενημένα οὐκ ἠγνόουν. αὐτοὶ δὲ παρεσκευάζοντο ἐκ τῶν ἐνόντων, ὡς ἀμυνούμενοι, ἂν ἐπίωσί τινες, τοῖς τείχεσι τῶν βασιλείων μάλιστα θαῤῥοῦντες οὖσιν ὑψηλοῖς. ἅμα δὲ καὶ ὑπέσαινέ τις αὐτοὺς ἐλπὶς, ὡς οὐδεὶς ὑπὲρ ἐκείνου ἀμυνεῖται, πάντων ἐχθραινόντων, καὶ ἡ βασιλὶς δὲ, δείσασα μή τι νεωτερίσωσι πλέον περὶ αὐτῶν, οὐ μόνον ἀμνηστίας ὅρκους παρέξεται καὶ ἀπαθείας, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἕτερά τινα αἰτήματα ὑπείξει. ἡ μὲν οὖν βασιλὶς αὐτίκα ὡς ἐπύθετο, πανυπερσέβαστον Ἰσαάκιον ἐκέλευε τὸν Ἀσάνην, (οὗτος γὰρ αὐ-
P. 658 τίκα διεδέχετο τῶν πραγμάτων τὴν ἀρχὴν,) πᾶσαν πρόνοιαν ποιήσασθαι καὶ ὅρκους παρέχειν τοῖς δεσμώταις, ὥστε τῶν βασιλείων ἐξελθεῖν. ἔδεισε γὰρ περὶ αὐτῶν ἅπερ κἀκεῖνοι ὑπενόουν. ἐκεῖνος δὲ, ὄχλου πολλοῦ πραγμάτων ἀθρόον περὶ αὐτὸν γεγενημένου, ἠμέλει τῶν δεσμωτῶν. καὶ τήν τε ἡμέραν ἐκείνην καὶ τὴν νύκτα διήγαγον, οὐδενὸς ἐπιθεμένου· καθ' ἣν εἰ ἐβούλοντο, διεσώζοντο ἄν, ἢ ἐν τῷ τῆς τοῦ θεοῦ γενόμενοι νεῷ Σοφίας, ἢ ἄλλοσέ ποι διασκεδασθέντες· οὐδεὶς γὰρ αὐτοὺς ἐφρούρει. μεγάλα δὲ ἐλπίσαντες ἀνοήτως, καὶ τῆς φίλης ἀπεστέρηνται ζωῆς. ἐς τὴν ὑστεραίαν γὰρ Ζεφραΐτις ἐκ τῶν οἰκετῶν μεγάλου δουκὸς, αἵμασι χαίρων ἄν-
B θρωπος καὶ πικρὸς καὶ ἀπάνθρωπος κολαστὴς, (δημίου γὰρ

7. ἀμυνεῖον P., ἀμυνεῖ V. 23. τοῦ ante μεγάλου add. V.

illis subblandiebatur, neminem eius ultorem prodituram, in quem omnium odia conspiravissent: et Augustam metuentem ne quid amplius novarent, non solum oblivionem facti et impunitatem illis iuraturam, verum etiam aliis quibusdam petitionibus satisfacturam. Imperatrix, accepto caedis nuntio, statim Isaacium Asanem panhypersebastum, (hic enim mox summae rerum praepositus est,) videre iubet, ne quid res publica detrimenti capiat: et fidem dare publicam captivis illis, ut palatio exirent: ea enim illis timebat, quae et ipsi suspicione praecipiebant. Verum Asanes sexcentis simul negotiis obrutus, captivos posthabuit: qui diem illum et noctem consequentem nemine invadente illaesi transegerunt: quo tempore, si voluissent, vel in aedem Sophiae, vel alio quopiam dissipati confugientes, cum non custodirentur, servati fuissent. Sed quia magna praemia insipienter sperabant, etiam caras sibi animas suas perdiderunt. Postridie siquidem Zephraetis e famulis magni ducis, homo sanguinarius saevusque et immanis, (carnificinam enim, domino superstite, faciebat) ad vindicandam interfecti caedem populum concitat: classiarios imprimis, quibus quod assiduo inserviret, perbe-

ἐπεῖχε τόπον ἐκείνου περιόντος,) ὑπὲρ τοῦ δεσπότου ἀμυνό- A.C. 1345
μενος, τὸν δῆμον ἐκίνει, καὶ μάλιστα τὸ ναυτικὸν, εὔνοιαν B
πρὸς ἐκεῖνον κεκτημένον οὐ μικρὰν, οἷα δὴ περὶ αὐτοὺς ἀεὶ
ἠσχολημένον. καὶ ὅπλα ἀναλαβόντες ἐχώρουν ἐπ' ἐκείνους.
οἱ δὲ τῶν χρησίμων εὐπορούντες οὐδενὸς, (ὅπλα τε γὰρ αὐ-
τοῖς οὐ παρῆσαν, οἷς φραξάμενοι ἐπιστήσονται τοῖς τείχεσι,
καὶ τὸ τοῦ φρουρίου μέγεθος κρεῖττον ἦν, ἢ ὥστε παρ' αὐ-
τῶν φυλάττεσθαι, ὄντων ἐλασσόνων, ἀπείρων τῶν ἐπικειμέ-
νων ὄντων καὶ πανταχόθεν περιῤῥυέντων,) ὡς ἤσθοντο διο-
ρυσσόμενα τὰ τείχη καὶ ἁλίσκεσθαι μέλλειν ἤδη, τὸ φρού-
ριον ἐκλιπόντες ἐπὶ τὸν ἐγγὺς κατέφυγον ναὸν τὸν τῶν ἐννέα C
ταγμάτων προσαγορευόμενον. καὶ οἱ μὲν αὐτῶν τὰ ἄδυτα
εἰσῆεσαν, οἱ δὲ ἐν ὑπονόμοις κατεκρύπτοντο οὖσιν ἐκεῖ πλεί- V. 526
στοις καὶ δυσελίκτοις. ὁ δῆμος δὲ ἐπελθόντες ὁρμῇ τινι ἀ-
σχέτῳ καὶ μανιώδει, τοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέσφαξαν τῶν ἀδύ-
των ἔνδον, τοὺς δὲ ἄλλους οἳ κατελαμβάνοντο, καὶ διέδρασαν
τὸν κίνδυνον ὀλίγοι πάνυ καὶ μάλιστα οἱ τὸν μέγαν δοῦκα
ἀπεκτονότες. οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἀπεσφάγησαν ὄντες οὐκ ὀ-
λίγοι. σαφέστατα γὰρ τὸν ἀριθμὸν οὐκ ἐξεγένετο μαθεῖν,
διὰ δὴ ἐκ διαφόρων πόλεων συνειλεγμένων. ἐκεῖνοι μὲν οὖν
οὕτω τόν τε μέγαν δοῦκα ἐπιθέμενοι ἀπέκτειναν καὶ αὐτοὶ
ἀπώλοντο ὑπ' ἀβουλίας. οἱ δὲ ἐν Βυζαντίῳ φίλοι βασιλεῖ, D
ὡς ἐγένετο αὐτίκα φανερὸς τεθνηκὼς ὁ μέγας δοῦξ, γράμματα
πρὸς βασιλέα ἔγραφον περὶ τῶν γεγενημένων καὶ παρῄνουν,
πάντα ἐν ὑστέρῳ θέμενον τάχιστα ἥκειν πρὸς Βυζάντιον,

nevolis utebatur. Quamobrem sumptis armis in miseros vadunt. Qui destituti omnibus ad pugnam requisitis, (nam et armis carebant, quibus tecti in muris starent, et maius erat palatium, quam ut a paucis defendi posset, cum innumeri essent, qui adorirentur et undique se circumfunderent,) ut muros perfodi et se capiendos senserunt, relicto palatio sive castello, ad templum in proximo, Novem Ordinum cognominatum, perfugiunt. Et alli quidem adyta subeunt: alii in cuniculis, (qui plurimi ibidem et tortuosi erant,) sese occultant. At populus superveniens praecipiti et insano furore quosdam eorum intra ipsa adyta, alios ubi eos comprehendebat, iugulat: paucique admodum effugerunt, et illi praesertim, qui magnum ducem peremerant: reliqui omnes iique frequentes necati sunt; quorum numerus, quod ex diversis urbibus erant collecti, ad liquidum iniri non potuit. Atque hi quidem hoc modo magnum ducem occiderunt, et ipsi vicissim per imprudentiam suam occisi sunt. Porro amici imperatoris, qui erant Byzantii, simul necem magni ducis fama vulgavit, rem gestam ad eum perscribunt, admonentes, ut omnibus intermissis Byzantium advolet, captivis quippe

A.C. 1345 ὡς τῶν δεσμωτῶν τὰ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασίλεια κατασχησόντων, καὶ εἰ τάχιστα παραγένοιτο, Βυζάντιον παραληψόμενος ἐκεῖθεν. τὰ μὲν οὖν τῶν φίλων γράμματα ἐν τῇ τοῦ Γαβριὴλ προσαγορευομένῃ κώμῃ ἐστρατοπεδευμένῳ ἦκον βασιλεῖ. ἅμα δὲ καὶ ἐκ Διδυμοτείχου παρὰ γυναικὸς τῆς
P. 659 βασιλίδος ἀπηγγέλλετο τὰ ἴσα.

B πθ'. Τῆς αὐτῆς δὲ ἡμέρας καὶ οἱ πρὸς Κράλην πεμφθέντες πρέσβεις ἐπανῆκον ἀπήγγελλόν τε, ὡς Κράλης μὲν καὶ πρὶν αὐτοὺς ἥκειν ἀποσταίη Φερῶν πρὸς τὴν οἰκείαν, δείσας τῶν Περσῶν τὴν ἔφοδον, ὡς ἠγγέλλοντο ἐπιόντες. αὐτῶν τε ἔνθα ἦν παραγενομένων καὶ ἀπαγγειλάντων τὴν πρεσβείαν ἀποκρίνασθαι, ὡς εἰδείη καὶ αὐτὸς τὰ δίκαια καὶ διὰ τοῦτο ἀποσταίη καὶ Φεραίων, οἷς ἐξέσται βασιλεῖ χρῆσθαι ὡς οἰκείοις. ἔλεγον δὲ οἱ πρέσβεις, τοὺς Φεραίους δεῖσθαι πολλῆς προνοίας τῆς τε ἄλλης καὶ τοὺς τὰ Κράλη πράσσοντας ἐξελαθῆναι· οὐ γὰρ ἐάσουσιν ἐκεῖνοι τὸν ὄχλον ἠρεμεῖν, ἀλλὰ
C ἀναπείσουσι Κράλῃ προσχωρεῖν, ἂν ἀπολαύωσιν ἀδείας. βασιλεῖ μὲν οὖν ἐδόκει ἀμφοτέροις δεῖν σπουδῆς πολλῆς καὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων ἄμφω εἶναι, καὶ ἐμερίζετο τοῖς λογισμοῖς· ἐκκλησίαν δὲ ἐκ τῶν ἐν τέλει ποιησάμενος, καὶ Ἀμοὺρ παρόντος τοῦ σατράπου καὶ Σουλιμὰν τοῦ Σαρχάνη παιδὸς, εἰς κοινὸν προὐτίθει τὴν βουλὴν καὶ ἐκέλευε γνώμην ἕκαστον εἰσάγειν, ἥ ἂν ἐν τοῖς παροῦσι δοκοίη λυσιτελεστέρα εἶναι· ἐδόκει μὲν οὖν πᾶσι κοινῇ πρὸς Βυζάντιον ἰτέον εἶναι καὶ

P. 670 ϛβ'. Ἐδόκει δὲ ἤδη καὶ τὸν τῶν βασιλέων τρόπον στέφεσθαι, ἐπεὶ καὶ πατριάρχης ὁ τῶν Ἱεροσολύμων παρῆν αὐτῷ καὶ τῶν ἀρχιερέων ἄλλοι οὐκ ὀλίγοι. καὶ χρυσοχόοις ἐπιτρέψας στέμματα κατασκευάζειν, καὶ τἆλλα ὅσα ἐπιτήδεια πρὸς τὴν τελετὴν, ἐπεὶ πάντα ἦσαν ἤδη παρεσκευασμένα, ἐστέφετο ὑπὸ Λαζάρου τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων πατριάρχου κατὰ μῆνα Μάϊον, ἡνίκα καὶ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου καὶ Ἑλένης τῆς μητρὸς τῶν ἰσαποστόλων βασιλέων ἡ μνήμη γίνεται. ἔστεφε δὲ καὶ αὐτὸς κατὰ τὸ ἔθος Εἰρήνην βασιλίδα τὴν γαμετὴν, καὶ πάντα ὅσα εἴωθεν ἐτελεῖτο ὅσον μάλιστα ἔξῆν. ἀπόδεσμοί τε γὰρ ἐῤῥίπτοντο ἀργύρου καὶ χρυσοῦ, καὶ πότοι καὶ φιλοτησίαι ἐπὶ πλείστας ἡμέρας ἐτελοῦντο. ὄντων δ' ἐκεῖ διὰ τὴν ἑορτὴν συνειλεγμένων τῶν ἀρχιερέων καὶ λόγου περὶ πατριάρχου τοῦ Ἰωάννου γεγενημένου, εἰ χρὴ αὐτῷ κατὰ τὴν ἱερωσύνην εἶναι κοινωνοὺς τοι-

V. 535

B

C

4. συντύχῃ P. 8. οὕτω P. 24. τὰ add. P. ante τὴν.

muris scalas confractas deiiciunt, ac plures in paucos, incolaeque in advenas irruentes, ad praesentissimum eos discrimen redigunt. Nihilo minus imperatorii resistentes fortiter, ad muros repellendis Hierensibus pervenerunt: inde se, qua cuique sors obtigit, non sine periculo deiecerunt. Urbs hoc modo servata est. Ex imperatoriis unus pugnando intus occubuit: alter cum aliis desiliens, diffracto crure periit: reliqui omnes incolumes evaserunt. Imperator ut vidit urbem paene captam non potuisse capi, Adrianopolim se recepit.

92. Iam vero placuit etiam imperatorum more coronari, quandoquidem et patriarcha Hierosolymorum et episcopi complures coram adessent. Cumque mandasset artificibus, ut coronam, et aliis ut alia ad eam celebritatem ceremoniamque accommodata conficerent, paratis omnibus a Lazaro patriarcha Hierosolymitano, mense Maio, quando Constantini magni et Helenae matris eius, apostolis comparandorum memoria colitur, corona induitur. Coronat autem et ipse, ut mos tenebat, Irenen coniugem suam, omniaque solitis ritibus quam maxime fieri potuit, peracta sunt. Nam et argentea atque aurea numismata spargebantur: et convivia poculorumque

αὖτα τολμῶντι, ἐπεὶ καὶ παρὰ τῶν ἐν Βυζαντίῳ ἀρχιερέων, A.C. 1346
οἳ ἐν ταῖς οἰκίαις ἀπρόϊτοι διῆγον, ἐπετρέποντο πρότερον ἀποσχέσθαι τῆς ἐκείνου κοινωνίας· ἐπεὶ ἐδόκει πᾶσι καλῶς ἔχειν ἀφίστασθαι ἐκείνου καὶ ἐπεψηφίζετο καὶ ὁ βασιλεὺς, τῶν ἱερῶν ἁπάντων ἐξῆγον τὴν ἐκείνου μνήμην, καὶ πᾶσιν ἀπείρητο ἐκεῖνον ἡγεῖσθαι πατριάρχην, καὶ ἐκ τῶν βασιλείων ὁμοίως ἡ ἐκείνου μνήμη ἐξεβάλλετο. μετὰ τοῦτο δὲ οἱ ἐν τέλει πάντες καὶ τῆς στρατιᾶς οἱ ἡγεμόνες, ἅμα δὲ καὶ ἡ στρατιὰ, προσελθόντες βασιλεῖ, ἐδέοντο καὶ Ματ- D
θαῖον τὸν υἱὸν ἀποδεικνύναι βασιλέα, ἵν' εἴτι περὶ αὐτὸν συμβαίη, καὶ τρόπῳ δή τινι ἐξ ἀνθρώπων γένοιτο, βασιλεύοιντο ὑπ' αὐτοῦ· τοῖς γὰρ πολεμίοις οὐ θαρρεῖν, ἐξαρχῆς τε πρὸς αὐτοὺς δυσμένειαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐπιδεδειγμένοις, καὶ μέχρι νῦν τὴν ἴσην γνώμην διατηροῦσι. βασιλεὺς δὲ
αὐτοῖς τῆς μὲν εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς αὐτὸν χάριν ὡμολόγει, δίκαιά τε ἔφασκε καὶ προσήκοντα αἰτεῖν, δεομένους τὸν υἱὸν ἀποδεικνύναι βασιλέα· πόρρω δὲ παντάπασιν εἶναι τῆς ἐκείνου διανοίας. οὔτε γὰρ ἐξαρχῆς τοῖς βασιλέως παισὶν ἐπιβουλεύων εἵλετο τὸν πόλεμον, οὔτε μέχρι νῦν, καίτοι P. 671
τοσαῦτα παρὰ τῶν πεπολεμηκότων ὑπομείνας τὰ δεινὰ, τὴν πρὸς τοὺς παῖδας βασιλέως εὔνοιαν ἀπέβαλεν, ἀλλὰ τότε μὲν, ἐκείνων πολλὰς συκοφαντίας πλασαμένων καὶ διαβολὰς

21. ἀπέλαβεν P.

invitationes ad dies plurimos frequentabantur. Congregatis illic propter diem festum hunc episcopis, de Ioanne patriarcha quaesitum est, ecquid eius sacerdotium revereri et cum illo communicare oporteret: quando tam scelerate egisset et ab episcopis etiam, qui Byzantii in aedibus interdicto accessu coercebantur, ab eius communione abstinendi potestas iam ante concessa esset. Postquam visum universis, ab eius societate penitus recedendum, eamque sententiam suffragio suo imperator comprobavit, e sacris omnibus eius nomen expunctum est, et decretum factum, ut ne quis de cetero illum pro patriarcha agnosceret. E palatio similiter eius profligata memoria. His actis, proceres et duces omnes atque adeo totus exercitus imperatorem orare, uti Matthaeum filium imperatorem designaret, ut si quid ipsi humanitus accideret, ab eo regerentur: non enim fidendum hostibus, qui ab initio non vulgare illius odium prae se tulissent et nunc eodem essent animo. Imperator de amica in se voluntate gratias agit, petendoque filium imperatorem declarari, eos haud iusta, nec convenientia petere ait, et istuc a cogitationibus suis esse remotissimum. Neque enim ab initio, quod filiis imperatoris insidiaretur, arma sumpsisse: neque usque ad illum diem, quamvis adeo dira ab inimicis perpessum, benignum erga eos animum exuisse. Sed tum quidem illis multa men-

A.C. 1346 καὶ βασιλίδα πρὸς τὸν πόλεμον κεκινηκότων καὶ ζητούντων ἀναιρεῖν ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας, οὔτ' ἐπιθυμίᾳ δόξης βασιλικῆς, (καὶ βασιλέως γὰρ ἔτι περιόντος, ἔχειν, εἰ ἐβούλετο, ἔξῆν,) οὔτ' ἀπληστίᾳ καὶ πλεονεξίᾳ γνώμης, ἐπὶ τὸ βασιλεύειν ἥκειν· ἀλλ' αὐτῶν πολλὰ δεηθέντων, μὴ καταλιπεῖν ἐν καιροῖς κινδύνων τὴν προστασίαν, μηδ' ὥσπερ κυβερνήτην ἐν κλύδωνι καὶ σάλῳ τῶν οἰάκων ἀποστῆναι, οὐ μᾶλλον τῆς αὐτοῦ σωτηρίας ἕνεκα ἢ ἐκείνων πρὸς ταύτην ἐλθεῖν τὴν ἐπιχείρησιν, συνορῶντα, ὡς ἑτέρως οὐκ ἔστι διασώζεσθαι. νυνὶ δ' ἐπεὶ θεὸς παρέσχετο τῶν πεπολεμηκότων ὀφθῆναι κρείττους, δέον τὴν ἀρχαίαν γνώμην περὶ τοὺς βασιλέως παῖδας διασώζειν, ἵνα μὴ δοκῶμεν τότε μὲν ἐξαπατᾶν, μὴ πολεμεῖν τοῖς βασιλέως λέγοντες παισὶν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων μᾶλλον καὶ κοινῆ τῶν ἄλλων Ῥωμαίων ὠφελείας ἕνεκα ἑλέσθαι τὸ βασιλεύειν, ἡνίκα ἔτι τὴν τοῦ περιέσεσθαι ἄδηλον ἐλπίδα εἴχομεν, νυνὶ δὲ ὅθ' ἡμῖν περίεστιν ἐκ τῶν πραγμάτων ἔλεγχον διδόναι τῆς γνώμης ἐναργῆ, τἀναντία τοῖς πρότερον ἐλέσθαι. τοιγαροῦν οὔτε πρότερον τῆς ἀρχῆς ἀποστερεῖν τὸν βασιλέως παῖδα, οὔτε νῦν αἱρήσομαι, ἀλλὰ πάντα τρόπον ἐπιχειρήσω συνδιασώζειν ἐκείνῳ τὴν ἀρχήν. εἴτε γὰρ πολέμῳ Βυζαντίου τε κρατήσω καὶ αὐτοῦ βασιλέως, εἴτε πρὸς εἰρήνην χωρήσωσιν ἐμοὶ συμβάσεις θέμενοι ἐπὶ τῷ βασιλέα στέργειν, εἰθ' ἑτέρῳ τρόπῳ δή τινι περιγένωμαι, τῆς πα-

23. περιγένομαι P.

dacia calumniasque comminiscentibus et imperatricem ad bellum exstimulantibus ac se insontem perimere quaerentibus, nec desiderio augustae maiestatis, qua adhuc vivo imperatore frui potuisset, si voluisset, nec inexplebili opum cupiditate ad imperandum accessisse: verum ipsis impense rogantibus, ne periculosis temporibus procuratione abiret, nec ut infidus gubernator, in fluctibus et salo clavum dimitteret, non magis suae, quam ipsorum salutis causa ad hoc munus aggressum: cum intelligeret, aliter eos servari non posse. Iam, quoniam divino concessu hostes debellarit, antiquam erga liberos imperatoris conservandam esse pietatem, ne fraude usus videatur, cum tunc professus sit, non se bellum adversus imperatoris filios gerere, sed ob eorumdem Romanorumque communem utilitatem potius imperare velle, quando adhuc in incerto erat spes victoriae: nunc vero cum facultas sit, re ipsa huius propositi palam testificandi, contra quam pollicitus sit, faciat. Proinde neque antea filium imperatoris imperio spoliare cogitasse: neque nunc spoliaturum, sed id omnimodis ei conservaturum. Sive enim armis Byzantium cum ipso imperatore capiat, sive pacem illi accipiant seque certis conditionibus imperatoris collegam patiantur: sive alio quodam modo vincat, paterno eum principatu non depulsurum, sed

τρόπας ἀρχῆς οὐκ ἀποστερήσω, ἀλλ' αὖθις μετ' ἐμὲ Ῥωμαίων A C. 1346
εἶναι βασιλέα καταστήσω, θυγατέρα τὴν ἐμὴν ἐκδοὺς πρὸς V. 536
γάμον. οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ πρότερον συμβαίη, ἢ ἑτέραν
ἐκεῖνον ἀγαγέσθαι τοῦ πολέμου παρατεινομένου, ἢ παῖδα
τὴν ἐμὴν πρὸ τοῦ γάμου τελευτᾷν, οὐδ' οὕτω πράττειν ἑτέ- D
ρως ἔγνωκα, οὐδὲ διὰ τὴν ἑτέρων ἀγνωμοσύνην κακὸς αὐ-
τὸς καὶ ἀχάριστος περὶ τὸν ἐμοὶ φιλτατον ἐκεῖνον βασιλέα
καὶ τοὺς παῖδας ἀποδείκνυσθαι. οὕτω δὲ τούτων κεκριμέ-
νων παρ' ἐμοὶ, ὡς ἀδύνατα αἰτεῖτε, συνορᾷν ἤδη καὶ ὑμῖν
ἐξέσται. οὐ γὰρ δὴ λήϊον ὥσπερ βασιλέων ἀποδείξομεν,
ἀλλ' ἢ μηδένα ἕτερον εἶναι βασιλέα δέον, ἢ καὶ τὸν ὄντα
ἀποκτιννύναι. τοῦτο δὲ ὡς ἀδύνατον ἐμὲ ποιεῖν, οὐδ' ἀπο-
δείξεως οἶομαι δεήσεσθαι. ἴστε γὰρ σαφῶς, ὡς εἰ πάντες,
ὅσοι καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἄρχουσι κατὰ τὴν οἰκου-
μένην, κοινῇ ψήφῳ δουλεύσειν ἐπηγγέλλοντο ἐλθόντες καὶ P. 69a
κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀποδείξειν βασιλέα, ἐπὶ τῷ βασι-
λέα τὸν νέον Ἰωάννην ἀποκτείνειν, μᾶλλον ἂν εἱλόμην ἐσχά-
τῃ συζῆν πενίᾳ καὶ ἀφανείᾳ πολλῇ, ἢ οὕτω φαῦλα καὶ
παράνομα προελόμενος συμπάντων ἀνθρώπων ἄρχειν, οὐ
μόνον διὰ βασιλέα τὸν πατέρα, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸν, οὐδε-
μίαν αἰτίαν πρὸς τὸν πρὸς ἐμὲ κεκινημένον πόλεμον παρεσχη-
μένον. διὰ γὰρ τὴν ἡλικίαν οὐδεμιᾶς οὐδέπω διοικήσεως
πραγμάτων ἧπται, ὥστε καὶ αἰτίαν παρασχεῖν. ὡς οὖν οὕτω

6. ἑτέρως P. 9. ἡμῖν P.

rursus imperatorem Romanum, filia sua in matrimonium ei data, secum esse permissurum. Nec istuc solum: sed etsi contigerit illum aliam ducere, (bello longius extenso scilicet,) aut filiam suam ante nuptias in fata abire, non aliter facere, nec propter aliorum improbitatem nequam se et ingratum erga imperatorem demortuum, sibi carissimum, eiusque filios ostendere decrevisse. His apud se fixis, illos posse cognoscere, quomodo petant, quae ipse praestare nequeat. Non enim profecto instar segetum creandos imperatores; sed aut nullum alium esse imperatorem, aut qui est, eum occidi oportere. Hoc autem se facere neutiquam posse, demonstratione non egere. Certo enim sibi persuadeant, si omnes, quotquot Graecis et barbaris per orbem terrarum imperitant, venirent, unanimesque promitterent, se ipsi subiectos fore et communem omnium mortalium regem salutaturos, sub ea conditione, ut Ioannem imperatorem adolescentem interficeret, electurum potius vitam perpetuo pauperrimam obscurissimamque degere, quam adeo improba et scelerata in animum inducentem, omnibus hominibus iura dare: idque non solum propter patrem eius imperatorem, sed etiam propter ipsum, qui in causa belli adversum se suscepti nullo modo fuerit. Ob aetatem enim infirmiorem nihil adhuc publici muneris

A.C. 1346 γνώμης ἔχοντα, μηδ' αὐτοὶ πειρᾶσθε τῶν δεδογμένων ἀφι-
B στᾶν· εἰ δ' ἄρα ἄλλως ἐγνώκατε ὑμεῖς καὶ μηκέτι δουλεύ-
ειν ἐκείνῳ βούλεσθε, ἀλλ' ἕτερόν τινα τὸν ἄρξοντα ὑμῶν
ἐπιζητεῖτε, παρ' ἐμοὶ μὲν οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν, μᾶλλον δὲ ἀδύ-
νατον· ἀποστᾶσι δὲ ἐμοῦ, τὰ κατὰ γνώμην ἔξέσται πράτ-
τειν· αὐτὸς γὰρ οὐ μόνον οὐ συνέψομαι πρὸς τὴν ἐπιχείρη-
σιν ὑμῖν, ἀλλὰ κωλύσω καὶ τὰ δυνατά." τοιαῦτα μὲν ὁ βα-
σιλεὺς πρὸς τοὺς ἐν τέλει διειλέχθη καὶ τὴν στρατιὰν, ἀξι-
οῦντας τὸν υἱὸν ἀποδεικνύναι βασιλέα. ἐκεῖνοι δὲ ἐπεὶ μὴ
πείθειν εἶχον, ἡσύχασαν, θαυμάσαντες τὴν βασιλέως ἐπιεί-
κειαν καὶ μεγαλοψυχίαν, ὅτι μετὰ τοσούτους πόνους καὶ κιν-
δύνους οὐ τοῖς οἰκείοις μᾶλλον, ἀλλὰ τοῖς βασιλέως βού-
C λοιτο παισὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν παραδιδόναι.

D ϛγ'. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ὁ ἐν Θεσσαλο-
νίκῃ δῆμος ἀνεῖλε πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἐξ αἰτίας τοιαύτης.
ὁ τοῦ μεγάλου δουκὸς υἱὸς Ἀπόκαυκος ὁ Ἰωάννης, μέγας ὢν
V. 537 πριμμικήριος τὴν ἀξίαν, τὴν ἀρχὴν Θεσσαλονίκης ἐπιτετραμ-
μένος, οὔθ' οὕτως εἶχεν, ὥστε μαίνεσθαι κατὰ τῶν ῥᾳθυμεῖν
δοκούντων τὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως, οὔτε φα-
νερῶς συνέπραττεν αὐτοῖς. ὁρῶν δὲ τοὺς Ζηλωτὰς ἰσχύον-
τας ἐπιπολὺ καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν ἄγοντας δι' ἑαυτῶν, ἐκεί-
P. 673 νῳ δὲ κενὸν ὄνομα τῆς ἀρχῆς περιλειπόμενον, δεινὰ ἐποιεῖτο

20. ἰσχύοντας om. P.

administrasse, ut id facere potuerit. Quia igitur ita ipse statuerit, ne se a sententia detorquere conentur; si forte aliter ipsi sentiant, nec heredi legitimo subesse in futurum velint, alium autem quaerant, qui ipsis imperet: apud se quidem illum haud facile aut omnino nunquam inventum iri. Si a se desciscant, potestatem habituros faciendi, quae libuerit: se tamen molitionem illorum non modo non secuturum, sed quantum in se sit, etiam prohibiturum. Haec ad proceres et exercitum imperator, cum filium eius imperatorem designari peterent. Quem ut permovere nequiverunt, petitione destiterunt, eius modestiam animique praestantiam suspicientes, quod post tot casus et discrimina rerum non magis consanguineis, quam imperatoris defuncti liberis imperium tradere cuperet.

93. Sub idem tempus populus Thessalonicensis multos cives occidit ex tali quadam causa. Magni ducis filius Ioannes Apocauchus, dignitate magnus primicerius, et praefectus Thessalonicae, neque sic erat comparatus, ut contra eos, qui Cantacuzeni partium videbantur, fureret, neque tamen aperte eorum studia adiuvabat. Cernens autem non modicam Zelotarum potentiam, et eos urbem totam per se gubernantes, sibique inane praefecti nomen relictum, inique ferebat, nec leviter indignabatur. Michael enim Palaeologus,

καὶ ἡγανάκτει οὐ μετρίως. Παλαιολόγος γὰρ ὁ Μιχαὴλ, κε- A.C. 1346
φάλαιον ὢν τῶν Ζηλωτῶν καὶ συνάρχειν ἐκείνῳ τεταγμένος, λυπηρὸς ἦν μάλιστα, τῇ ἐξουσίᾳ χρώμενος οὐκ ἴσως. τὸ μὲν οὖν φανερῶς ἀντικαθίστασθαι πρὸς πόλεμον οὐκ ἐδοκίμαζεν. ἐδεδίει γὰρ πολλοὺς ὄντας τοὺς Ζηλωτὰς καὶ τὸν δῆμον ἀγόμενον ὑπ' ἐκείνων, ἄλλως θ' ὅτι καὶ ὁ πατὴρ ἐκείνῳ ἔτι ἔζη. ἐσκέψατο δὲ τρόπῳ δή τινι ἑτέρῳ διαφθείρειν καὶ τὴν ἀρχὴν ἅπασαν ἐφ' ἑαυτὸν μετάγειν τῶν πραγμάτων, καὶ τοὺς μάλιστα ἀρίστους καὶ τὰ Καντακουζηνοῦ δοκοῦντας ἡρῆσθαι τοῦ βασιλέως ὑπεποιεῖτο καὶ προσηταιρίζετο, συνομιλῶν ἡδέως καὶ παραφαίνων ἀμυδρῶς, ὡς τὰ ἴσα καὶ αὐ- B
τὸς αὐτοῖς αἱροῖτο. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνοι ῥᾷστα προσεχώρουν καὶ σύστημα ἦν περὶ αὐτὸν οὐκ ἀγεννὲς, ἐπεβούλευεν εὐθέως ἀποκτείνειν τὸν συνάρχοντα. συνεξώρμων δὲ μάλιστα καὶ οἱ φίλοι, ἀπεχθῶς περὶ ἐκεῖνον μετὰ πάσης ἔχοντες ὑπερβολῆς. οὐδὲν γὰρ παροινίας καὶ πικρίας ἐκεῖνος πρὸς αὐτοὺς ἐνέλιπε κατὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον, τάς τε οὐσίας δημεύων καὶ δεσμωτηρίοις κατακλείων καὶ ὑπερορίους ποιῶν τοὺς πλείους, καὶ πᾶσαν κακίας ἐνδεικνύμενος ὑπερβολήν. ἦν γὰρ μάλιστα ἔχων εὐφυῶς περὶ τὸ κακουργεῖν, καὶ μικρᾶς ἕνεκα αἰτίας καὶ ὑποψίας μόνης μεγάλας δίκας ἀπαιτῶν. ἐπεὶ δὲ ἐδέδοκτο ἀποκτείνειν, καὶ ὑφίστατο τὸ ἔργον C
τις τῶν πρότερον ὑπ' ἐκείνου πολλὰ κεκακωμένων, Ἀπόκαυκος τοὺς περὶ αὐτὸν ἔχων πάντας ἔνδον ὡπλισμένους, ἵνα

1. ὁ om. P. 17. τοῦ om. P.

Zelotarum caput eiusque in praefectura collega, aequalitate magistratus minime contentus: sed plus sibi arrogans, vehementer eum cruciabat: cui vi et armis resistendum non putabat, cum Zelotas tam multos et plebem quae ab illis regebatur pertimesceret. Accedebat, quod pater adhuc vivebat. Alium itaque modum circumspiciebat, quo illo disperdito, praefecturam solus obtineret. Ob id optimates potissimum, et qui Cantacuzeno studere videbantur, ad auctoritatem suam alliciebat, sibique socios adiungebat, iucunde cum illis confabulans, seque earumdem esse partium subinsinuans. Ubi illi nullo negotio in eius fidem concesserunt, et honorato eum comitatu cinxerunt, statim collegae per insidias caedem moliri instituit. Quo cum simul amici, Palaeologum capitali odio prosequentes, maximopere incitabant, quod per tempus belli omne in eos acerbitatis ac petulantiae suae virus effuderat, facultates eorum publicando, ipsos in carcerem compingendo, multos in exilium eiiciendo, et omnem denique sceleris modum exsuperando. Erat enim ad male faciendum natus: et levi de causa atque ob suspicionem dumtaxat atroces poenas exigebat. Postquam de eo interimendo

A. C. 1346 μὴ ὧσι κατάφωροι νεωτεριζοντες, πρὸς τὰ τῆς πόλεως μάλιστα ἀοίκητα μέρη ὑπεχώρει, τοῦ δήμου τὴν κίνησιν ὑποπτεύων καὶ τὴν ἐκ τοῦ φόνου ταραχήν· σκηψάμενος δέ τι βουλεύεσθαι τῶν κοινῶν, μετεκαλεῖτο καὶ τὸν συνάρχοντα, ὡς κοινωνήσοι τῆς βουλῆς. ὁ δὲ μηδὲν εἰδὼς τῶν ἐσκαιωρημένων ὀλίγους ἔχων περὶ αὐτὸν, ἦκε πρὸς ἐκεῖνον. λόγων δὲ ἀμφιβόλων κεκινημένων, ὁ Παλαιολόγος, οἷα δὴ πρότερον
D ἐκ τοῦ ὑπερέχοντος τοῖς ἄλλοις εἰθισμένος ὁμιλεῖν, καὶ τότε τραχυτέρας τὰς ἀποκρίσεις ἐποιεῖτο· οἱ δὲ μᾶλλον ἐξεπίτηδες ἠρέθιζον τρεπόμενοι πρὸς ὕβρεις. ὁ δὲ ὑποπτεύσας ὅπερ ἦν, νεωτεριζειν βούλεσθαι ἐκείνους, ὥρμητο μὲν πρὸς φυγὴν, τὰ ἔσχατα διαθήσειν ἀπειλῶν. φθάσας δὲ ἐκεῖνος ὁ τὸ ἔργον ὑποστὰς, ὥθησε τὸ ξίφος κατὰ τῶν σπλάγχνων καὶ ἀπέκτεινεν. εὐθὺς μὲν οὖν οἱ Ζηλωταὶ ὑπεχώρουν καὶ κατεδύοντο εἰς χηραμούς, ὅ,τε δῆμος οὐδὲν ὑπὲρ τοῦ πεσόντος ἠγανάκτησεν. ἦν γὰρ οὐδὲ πρότερον καλῶς διακείμενος περὶ τοὺς Ζηλω-
P. 674 τάς. ἦσαν γὰρ ὁμοίως καὶ περὶ τὰ θεῖα ὥσπερ καὶ περὶ τὰ ἀνθρώπινα ὑβρίζοντες καὶ πολλὴν ἐπιδεικνύμενοι τὴν μοχθηρίαν. οὐ μόνον γὰρ ἠδίκουν ἀδεῶς καὶ διεπόρθουν τὴν χώραν ἐπιόντες, καὶ τὰς κοινὰς συμφορὰς ἀφορμὰς ποιούμενοι ἰδίας εὐπραγίας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ἀγυιὰς, δεξαμενάς τινας ὕδατος πληροῦντες, εἶτα καὶ ὑφάπτοντες κηροὺς, τινὰς τῶν τὰ Καντακουζηνοῦ ῥῆσθαι δοκούντων βασιλέως συλλαμβάνοντες, ὄντας ἐκ τοῦ δήμου, ἀνεβάπτιζον ὡς ἀπο-

convenit, et quidam de iis, quos mire vexaverat, hoc sibi muneris depoposcit, Apocauchus cum stipatoribus suis, omnibus intrinsecus armis contectis, ne quasi res novas molirentur, deprehendi possent, ad regionem civitatis in primis solitariam secedit, populi motum ac tumultum ex caede oriturum veritus: simulataque deliberatione de re publica, collegam, ut cum eo sententiam collaturus, accersit. Qui meditatae sibi necis ignarus, paucis comitantibus accedit. Cum ambiguus sermo texeretur, Palaeologus antea in congressione ob magistratum fastuosior, tunc quoque asperius respondit. Illi de industria conviciis hominem magis irritare. Tum rem ipsam suspicione attingens, eos videlicet novi quippiam machinari, ad fugam cum minis dirissimis effertur. Quem praeveniens qui caedem susceperat, gladio in viscera adacto eum interficit. Zelotae subito e medio recedentes, latibulis se condunt. Eius morte populus nihil doluit, alioqui etiam a Zelotis alienus: siquidem divina et humana iura contumeliose ac sceleste violabant. Non enim dumtaxat absque ullo metu irrogabant iniurias, regionemque devastabant, et ex communibus miseriis suas sibi felicitates comparabant: sed et per vicos urbis, soliis aqua repletis, et cereis accensis, quosdam de plebe,

μοσαμένους τὸ βάπτισμα διὰ τὴν ἐκείνου κοινωνίαν· τούς τε A.C. 1346
παριόντας ἐκέλευον ἀργύριον ῥητὸν κατατίθεσθαι εἰς τὴν ἑορ-
τήν. καὶ ἦν ἀνάγκη πράττειν κατὰ τὸ ἐκείνων κέλευσμα, ἢ V. 538
ὑποπτεύεσθαι αὐτίκα ἦν, ὡς τὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασι- B
λέως ἠρημένον καὶ ἀχθόμενον πρὸς τὴν ἐρεσχελίαν. μετὰ
τοῦτο δὲ μεθύοντες ἐν καπηλείοις, καὶ τὰ ἄλλα ἐξωρχοῦντο
τῶν Χριστιανῶν μυστήρια, τῆς δίκης ἀνεχομένης καὶ ἀμε-
λούντων τῶν κεραυνῶν. ὧν τὴν ἀτοπίαν μισήσας καὶ ὁ δῆ-
μος, πρότερόν τε ἔκ τινων αἰτιῶν κεκινημένος, τῶν Ζηλω-
τῶν τινας ἐν τῷ τῆς θεοτόκου τῆς ἀχειροποιήτου τεμένει
τοὺς μὲν ἀπέσφαξαν ἀνηλεῶς, ἕνα δὲ καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς
κατέσυραν, λίθοις βάλλοντες καὶ ξύλοις τοῖς προστυχοῦσιν,
ἕως ἀπέπνευσε συρόμενος· καὶ τότε οὐδὲ ἠγανάκτησε διὰ
τὸν Παλαιολόγου φόνον, ἀλλὰ δῆλος ἦν ἡδόμενος ἐπὶ τῷ
ἀποσκευάζεσθαι τοὺς Ζηλωτάς. Ἀπόκαυκος δὲ ἤδη πᾶσαν C
ἔχων τὴν ἀρχὴν αὐτὸς, παῤῥησίας τε μετέδωκεν οὐ τῆς τυ-
χούσης τοῖς τὰ βασιλέως πράττουσι, καὶ αὐτὸς ἦν φανερὸς
τὰ ἐκείνου ἠρημένος, καὶ τῶν Ζηλωτῶν, ὅσοι μὲν ἐν λόγῳ
ἦσαν, κατέκλεισεν ἐν δεσμωτηρίῳ, πρὸς Πλαταμῶνα πέμψας
καὶ τὰς ἄλλας πολίχνας, ὅσαι ὑπ' αὐτῷ ἐτέλουν· τὸν δὲ ἄλλον
συρφετὸν ἐξήλασε τῆς πόλεως. ἐκεῖνος δὲ εἴτε τὸν πατέρα
δεδοικὼς, εἴτε τοῖς συνοῦσιν ἀπιστῶν, πρὸς τὴν ἀκρόπολιν
ἐλθὼν διῆγε· καὶ Θεσσαλονικέων, ὅσοι τὰ βασιλέως ἔξαρχῆς
ἠροῦντο, οὐκέτι ὑπεστέλλοντο, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας προσί-

20. ἄλλων P.

qui Cantacuzeno favere videbantur, comprehensos, velut qui per eius communionem baptismum eiurassent, denuo lustrabant: ac praetereuntes constitutum pretium ad ferias agitandas iubebant persolvere. Qui si abnuerent, statim in suspicionem Cantacuzenismi incidebant, et ludibriis illis offendi putabantur. Praeterea in cauponis usque ad ebrietatem perpotantes, Christianis mysteriis illudebant, patiente et fulmina continente divina iustitia. Quorum nefanda scelera populus exosus, et antehac quasdam ob causas exacerbatus, Zelotas nonnullos in Deiparae non manufacto templo absque misericordia occidit: unum per forum traxit, lapidibusque et lignis obviis tamdiu impetivit ac contudit, donec animam expiraret. Tunc itaque ob occisum Palaeologum haud irascebatur: sed libere et palam propter summotos Zelotas laetitiis incedebat. Apocauchus solus iam praefectus, amicis imperatoris non parvam libertatem impertiebat, ipseque earumdem se partium esse non dissimulabat, et Zelotas insigniores ad Platamonem atque ad alia oppidula iuris sui mittens, in carcerem tradebat, reliquam colluviem ex urbe exterminabat. Deinde vero sive patrem timens, sive diffidens suis, arci se credit, et Thessalonicenses, quotquot ab initio ab imperatore

A.C. 1346 εσαν ἐκείνῳ, καὶ αὐτοῦ ὑποποιουμένου μάλιστα καὶ παρασκευάζοντος, ἣν ἔχει περὶ βασιλέα γνώμην ἕκαστος ἐκφαίD νειν. ἐπεὶ δὲ πάντας ἤδει ἀκριβῶς, μεταβαλὼν ἀθρόον, ἠργυρολόγει τοὺς πλουσίους, Καντακουζηνισμὸν ἐπικαλῶν. οἱ δὲ, ἐπεὶ ἀδύνατοι ἦσαν ἐξαρνεῖσθαι, (αὐτοὶ γὰρ ἐξηλέγχθησαν ὑφ' ἑαυτῶν,) ῥητὸν ἀργύριον κατέβαλον ἐπὶ τῷ αἰτίας ἀπολύεσθαι· πρὸς δὲ τοὺς ἐπιλοίπους οὐκ ἦν βαρύς, ἀλλὰ μόνον ἐδόκει τὴν προτέραν περὶ βασιλέα γνώμην μεταβάλλειν. τὸ δὲ οὐκ ἦν, ὥσπερ ὑπωπτεύετο, ἀλλὰ τὸν πατέρα δεδοικὼς, μὴ διὰ τὸ Ζηλωτὰς καθῃρηκέναι καὶ τὰ βασιλέως δοκεῖν ἠρῆσθαι, ἐξελαύνοιτο τῆς πόλεως, πέμψαντος P. 675 ἐκείνου πρὸς ὀργήν, ἢ καὶ δεινόν τι ἕτερον ὑποσταίη, ὑπεκρίνετο αὖθις φρονεῖν τὰ βασιλίδος, ἵν' ἐν ταὐτῷ χρηματίζοιτό τε καὶ παραιτοῖτο τὴν ὀργὴν ὑπὲρ ὧν ἐδόκει προσκεκρουκέναι. ἐπεὶ δὲ μεταξὺ τοῦ χρόνου τριβομένου ἠγγέλλετο αὐτῷ ὁ πατὴρ ἐν τοῖς Κωνσταντίνου βασιλείοις ὑπὸ τῶν δεσμωτῶν ἀνῃρημένος, οὐκέτι ὑπεκρίνετο οὐδὲν, ἀλλὰ φανερῶς τὰ βασιλέως ἔπραττε καὶ πρός τε ἐκεῖνον ἔπεμπε τοὺς μηνύσοντας, ὡς αὐτὸς ἐκ πολλοῦ τὰ ἐκείνου ἠρημένος, οὐ μόνον διὰ τὴν ἐπιείκειαν τῶν τρόπων καὶ τὴν ἡμερότητα καὶ τὸ μόνον ἄξιον ἡγεῖσθαι Ῥωμαίων βασιλεύειν, ἀλλ' ὅτι B καὶ τῷ πατρὶ πολλὰ συνῄδει σεσυκοφαντηκότι καὶ ἀδίκως πολεμήσαντι, πάλαι μὲν βουληθείη ἀποστῆναι πρὸς αὐτὸν μετὰ πρωτοστράτορος τοῦ γαμβροῦ, τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν καὶ

faciebant, nihil iam reformidantes, secure se illi iungebant: cuius auctoritate et opera, quid quisque de imperatore sentiret, publice ostendebat. Cum iam omnes explorate nosset, repente mutatus, divites obiecto Cantacuzenismo pecuniam poscit. Qui cum negare non possent, quod semetipsi prodiderant, quo a culpa absolverentur, mulctam definitam pendebant: tenuioribus molestus non erat. Et cum tantummodo priorem de imperatore sententiam mutasse videretur, id secus erat. Etenim patrem metuens, ne illo sibi propter Zelotas occisos et quam sequeretur imperatoris factionem irato, urbe per aliquem submissum pelleretur, aut dirum aliquid pateretur rursum se imperatrici addictum fingebat: ut eodem negotio et pecuniam acquireret et iram eius propter commissa mitigaret. Ceterum ubi tempore intermisso nuntius illi de patre in Constantini palatio a vinctis interempto venit, omni simulatione deposita, se ab imperatore esse, factis propalam declarat atque ad eum mittit indicatum, se eius partes iampridem amplexum, non solum ob morum ipsius aequitatem ac mansuetudinem, quodque unum illum Romano imperio dignum arbitraretur: sed etiam, quod multis calumniis ac bello iniusto a patre exagitatum sciret, cum

ἐκείνου γνώμην ἔχοντος, κωλυθείη δὲ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὑπω- A.C. 1346
πτευκότος καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν πρὸς Θεσσαλονίκην
πέμψαντος. νυνὶ δὲ τοῦ καιροῦ καλῶς παρασχομένου, τὰ
πάλαι κατὰ γνώμην εἰς ἔργον ἄγειν μετὰ πάνυ καλῆς καὶ
θαυμασίας τῆς προσθήκης. ἄγειν γὰρ μεθ' ἑαυτοῦ καὶ Θεσ-
σαλονίκην, μετὰ τὴν μεγάλην παρὰ Ῥωμαίοις πρώτην πό-
λιν, καὶ ὑποχείριον αὐτῷ ποιεῖν, οὐ μικρὸν τῆς Ῥωμαίων
ἡγεμονίας μέρος οὖσαν. οὗ δὴ ἕνεκα καὶ αὐτῷ μεμηνυκέναι,
ἵνα καὶ αὐτὸς συνήδοιτο, ὡς χωρὶς πραγμάτων καὶ πολέμων
τηλικαύτην πόλιν ἔχων. καὶ αὐτὸς ἐκκλησίαν φανερῶς συνα- C
γαγὼν ἔκ τε τῶν ἀρίστων καὶ τῆς στρατιᾶς καὶ τῶν ἄλλων
πολιτῶν τῶν μάλιστα ἐν λόγῳ, ἐβουλεύετο φανερῶς, εἰ δεῖ
βασιλεῖ προσχωρεῖν τῷ Καντακουζηνῷ, καὶ αὐτὸς τὴν οἰκείαν V. 539
γνώμην προετίθει, ὡς εἴη λυσιτελὲς ὑπ' ἐκείνῳ μᾶλλον εἶναι,
ἢ Βυζαντίοις προσέχειν, οὐδὲ ἑαυτοῖς πρὸς ἄμυναν ἐξαρ-
κοῦσι. καὶ πάντες ὥσπερ ἐκ συνθήματος ἐπεψηφίζοντο. Κω-
καλᾶς δὲ Γεώργιος, πολλὰς μὲν καὶ αὐτὸς ὑποστὰς μετα-
βολὰς παρὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον, ὅμως δὲ τὰ βασιλέως
μᾶλλον ἠρημένος, ἐπεψηφίζετο καὶ αὐτὸς τότε τὴν βουλήν·
ὁμοίως δὲ καὶ Παλαιολόγος Ἀνδρέας, τοῖς Ζηλωταῖς μὲν D
πρότερον συνὼν καὶ συμπράττων ὅσα μάλιστα ἐνῆν, μέτριος
δὲ εἶναι δοκῶν καὶ ἀρετῆς ἀντιποιεῖσθαι καὶ φόνων ἀπέ-
χεσθαι καὶ ἁρπαγῶν, δι' ἃ καὶ τῶν ἄλλων Ζηλωτῶν ἐλαυ-
νομένων, ἠξιοῦτο φειδοῦς αὐτὸς, διὰ τὴν προσοῦσαν σύνε-

11. τῆς om. P. 23. διὰ P.

protostratore socero eadem sentiente pridem ad eum transire voluisse: verum a patre prohibitum, qui istuc olfaciens, Thessalonicam se misisset. Nunc, quoniam praeclara se occasio obtulerit, quae diu iam apud animum proposuerit, opere exsequi, cum praestanti ac nobili auctario: secum enim adducere et illi subdere Thessalonicam, qua post Constantinopolim Romani urbem maiorem et illustriorem non habeant. Quocirca, hoc ei significare, ut et ipse citra molestias et pugnas tantam se civitatem accipere laetetur. Palam autem exercitus et primariorum civium principes in concilium vocans, num ad Cantacuzenum esset transeundum quaesivit, suamque primus sententiam dixit, praestare illi subesse, quam parere Byzantiis, qui nec semet possint defendere. Omnibus una mente assentientibus, Georgius Cocalas, qui ipse quoque bello hoc varia sorte usus, tamen imperatori magis adhaerebat, hunc consensum suffragio suo etiam confirmavit: similiter et Andreas Palaeologus, qui antea inter Zelotas numeratus, summopere eos adiuvabat: sed quia moderatior et virtutis amantior atque a caedibus et rapinis abhorrentior apparebat, idcirco aliis expulsis, veniam

A.C. 1346 σιν καὶ τὴν ἐπιείκειαν τῶν τρόπων οὐδὲν πρὸς τὴν βουλὴν ἀντεῖπεν, ἀλλὰ συνεπεψηφίζετο. δῆλος δὲ ἦν ἀχθόμενος πρὸς τὰ πραττόμενα.

P. 676 ϛδ'. Ἐπεὶ δὲ ἐδέδοκτο πᾶσι κοινῇ προσχωρεῖν τῷ βασι-
B λεῖ, πρεσβευτὰς ᾑροῦντο πρὸς Καντακουζηνὸν Μανουὴλ τὸν βασιλέως υἱὸν ἐν Βερροίᾳ διατρίβοντα, Νικόλαόν τε τὸν Καβάσιλαν καὶ Φαρμάκην. ἦν γὰρ ἐξουσίαν βασιλεὺς τῷ υἱῷ παρεσχημένος, εἴ τις τῶν πόλεων προσίοι καὶ δέοιτο αὐτοῦ εὐεργεσιῶν τινων τυχεῖν, παρέχειν μὲν ἐκεῖνον, ὅσα νομίζοι προσήκοντα καὶ δυνατά· στέργειν δὲ αὐτὸν καὶ κα-
C τὰ μηδένα τρόπον πειρᾶσθαι καταλύειν. ἃ καὶ Θεσσαλονικεῖς εἰδότες, ἔπεμπον τοὺς πρέσβεις πρὸς ἐκεῖνον καὶ ᾐτοῦντο οὐ μόνον ἀτέλειαν κοινῇ τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ πριμμικηρίῳ τε τῷ μεγάλῳ καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν δυνατωτέρων ἰδίᾳ τιμὰς καὶ προσόδους τὰς προσηκούσας καὶ τῇ στρατιᾷ καὶ τοῖς ἄλλοις μετ' ἐκείνους ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἀναλογίαν. ὁ τοῦ βασιλέως δὲ υἱὸς δίκαιον νομίσας μηδὲν μικρολογεῖν, τηλικαύτην γε πόλιν μέλλων προσάγειν πατρὶ τῷ βασιλεῖ, πάντα ὅσα ᾐτοῦντο παρείχετο οἱ πρέσβεις, καὶ πολλὴν τὴν φιλοτιμίαν περὶ τὰς εὐεργεσίας ἐπεδείκνυτο. ἐπεὶ δὲ εἰς Θεσσαλονίκην οἱ πρέσβεις ἐπανῆκον φέροντες καὶ τὰς βασιλέως εὐεργεσίας, ἡ πόλις μὲν ἤδη πᾶσα φανερῶς εὐφήμει βασιλέα, καὶ διὰ πάσης γλώσσης ἦδετο, καὶ ἡ στρατιὰ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ταῖς δεδομέναις τιμαῖς ἠρκοῦντο. Ἀνδρέας δὲ

18. μέλλον P.

obtinuerat, propter eam qua valebat intelligentiam humanosque mores nihil communi iudicio repugnans subscripsit. Dubium tamen non erat, illum quae agerentur aegre ferre.

94. Postquam placuit omnibus, Cantacuzenum imperatorem complectendum, ad Manuelem Cantacuzenum eius filium Berrhoeae morantem, Nicolaum Cabasilam et Pharmacen legatos deligunt. Dederat autem filio potestatem pater, ut si qua urbium se dederet et ab eo aliquid beneficii rogaret, praestaret quae decere et fieri posse existimaret: se, quae egisset, firma et rata in perpetuum habiturum. Quod cum Thessalonicenses minime fugeret, per oratores non solum vectigalium immunitatem urbi in commune, verum et magno primicerio, et aliis potentioribus separatim honores, reditusque honestos, similiterque praesidio, et aliis, unicuique pro portione commoda petunt. Imperatoris filius non sibi scrupulosius causandum putans, ut amplissimam civitatem patri liceret acquirere, concedit omnia, seque illis gratificandi cupidissimum ostendit. Legatis Thessalonicam reversis cum beneficiis impetratis, tota urbs imperatori omnia fausta ac felicia comprecari, eumque omnium lin-

ὁ Παλαιολόγος ἐδυσχέραινεν ἄλλων προτιμωμένων, ὧν ᾤετο A.C. 1346
αὐτὸς δίκαιος εἶναι ὑπερέχειν, καὶ ἀντεῖπε φανερῶς πάντων D
ἠθροισμένων ἐν τῇ Ἀποκαύκου οἰκίᾳ· καὶ διχοστασίας γενομένης, ἀσυντάκτως ἀνεχώρει. ἐκεῖνοι δὲ ὑπολειφθέντες, ἐθορύβουν μόνον καὶ τῶν δεόντων οὐδὲν ἐποίουν· δείσας δὲ ὁ Παλαιολόγος μὴ ὑπ' ἐκείνων διαφερομένων παραπόληται, αὐτίκα τὴν πρὸς θάλασσαν πύλην, ὥσπερ τινὰ κατελάμβανε φυλακήν· περὶ ἣν οἰκοῦσι πᾶν τὸ ναυτικὸν, οἱ πλεῖστοί τε ὄντες καὶ πρὸς φόνους εὐχερεῖς, ἄλλως τε καὶ ὡπλισμένοι πάν- V. 540
τες, ὥσπερ τὸ κράτιστόν εἰσι τοῦ δήμου, καὶ σχεδὸν ἐν ταῖς P. 677
στάσεσι πάσαις αὐτοὶ τοῦ παντὸς πλήθους ἐξηγοῦνται προθύμως ἑπομένου, ᾗ ἂν ἄγωσιν αὐτοί· ἔχουσι δὲ καὶ ἰδιάζουσαν ἀρχὴν αὐτοὶ παρὰ τὴν τῆς ἄλλης πόλεως· ὧν ἐκεῖνος τότε ἦρχε. διά τε οὖν τὸ ἄρχειν καὶ τὴν ἄλλην εὔνοιαν, ἣν εἶχον πρὸς αὐτὸν, προθύμως ὑπὲρ ἐκείνου ἀνελάμβανον τὰ ὅπλα καὶ ἀμύνεσθαι ἦσαν ἕτοιμοι παντὶ τῷ ἐπιόντι. Κωκαλᾶς δὲ οὐδ' αὐτὸς μὲν ἡσυχάζειν ἐγίνωσκεν ἐν τοῖς παροῦσιν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπεβούλευεν Ἀποκαύκῳ· μᾶλλον γὰρ ἑαυτῷ ἢ ἐκείνῳ ᾤετο προσήκειν. ἐλέγετο δὲ καὶ ὑπωπτευκέναι ἠδικῆσθαι παρ' ἐκείνου πρὸς τὸν γάμον· δι' ἃ B
ἐβούλετο εἰ δύναιτο διαφθείρειν. φανερῶς μὲν οὖν ἐκεῖνος οὐκ ἀντικαθίστασθαι ἐδόκει, ἀλλὰ πρεσβεύων παρ' ἑκατέροις ἐπὶ τῷ διαλύειν, μᾶλλον συνέκρουε καὶ παρώξυνε τὸν πόλε-

9. ἄλλος P. 22. ἀνθίστασθαι P.

guis in caelum ferre, militesque et alii omnes concessis honoribus contenti esse. Solus Andreas Palaeologus alios sibi praelatos, quibus iure praeferendus fuisset, moleste patiebatur: totique conventui in aedibus Apocauchi se opponebat: natisque discordiis, indicta salute abscedebat. Tum ceteri fremere tantum, et nihil quod officium poscebat, facere. Timens autem Palaeologus, ne illorum a se discrepantia malam sibi mortem afferret, statim portam versus mare ut aliquam custodiam occupavit: circum quam habitant omnes classiarii, quorum magna est et ad trucidationes obeundas haud impigra multitudo. Adhaec gravis armaturae omnes, tamquam robur populi: cui ferme in cunctis seditionibus praeeunt, alacriter sequenti, quo ipsi duxerint. Habent vero suum proprium magistratum, cui tunc Palaeologus praeerat. Quam ob causam, et quia ceteroqui illum diligebant, prompti pro eo arma capessebant, et cuilibet contra se ferenti resistere parati erant. Cocalas in praesenti nec sibi otium agendum, sed de praefectura Apocaucho, quam sibi, non illi convenire opinabatur, insidiandum duxit. Dicebatur etiam suspicatum esse, sibi ab eo factam iniuriam propter nuptias. Quamobrem occidere hominem cupiebat, si posset. Apocauchus igitur aperto Marte resistendum non existimans, ad utrumque de

A.C. 1346 μον. Παλαιολόγος δὲ τοὺς Ζηλωτὰς, ὅσοι περὶ Θεσσαλονίκην ἦσαν, μετεκαλεῖτο· ἔνιοι δὲ καὶ κατακρυπτόμενοι ἐν ἀδύτοις ἐξαίφνης ἀνεφαίνοντο. καὶ ὁ δῆμος ἅπας ἐξεκυμαίνετο ὑπ' αὐτῶν, καὶ δῆλοι ἦσαν αὖθις χωρήσοντες ἐπὶ τοὺς ἀρίστους. ὁ μέγας δὲ πριμμικήριος μετὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν καὶ τῆς στρατιᾶς ὑπὲρ ὀκτακοσίους ὄντες, ὡς ἐλέγετο, δεινὰ ἐποιοῦντο, εἰ Παλαιολόγου μόνου μετὰ τῶν παραθαλασσίων, (ὁ γὰρ ἄλλος δῆμος οὐδέπω οὐδετέροις καθαρῶς προσέκειτο,) τοσοῦτοι ὄντες ἡττηθεῖεν· ὅμως Ἀπόκαυκος οὐκ ἠμέλει τοῦ μὴ χωρεῖν πρὸς τὰς συμβάσεις, ἀλλὰ πρὸς τοῦτο Παλαιολόγου ἔπεμπε τὸν Κοτεανίτζην πρεσβευτὴν, τῆς στρατιᾶς ὄντα ἡγεμόνα, διαλεξόμενον περὶ εἰρήνης. πρὶν δέ τι πρὸς ἐκεῖνον εἰπεῖν, οἱ Ζηλωταὶ προσπεσόντες, (οὐ γὰρ ἐδόκει ἡ εἰρήνη αὐτοῖς λυσιτελεῖν,) πολλὰς μὲν προσήνεγκαν πληγὰς καὶ ξίφεσι καὶ δορατίοις· καταβαλεῖν δὲ οὐκ ἠδυνήθησαν τεθωρακισμένον ἔνδον ὄντα, ἀλλ' ἐξέφυγε, τὴν χεῖρα μόνην ἐπὶ τῷ καρπῷ τραυματισθείς. Ἀπόκαυκος δὲ ἐπεὶ τὴν αὐθάδειαν ἐπύθετο, ὥρμησε μὲν ἐπελθεῖν τοῖς παραθαλασσίοις καὶ τοῖς Ζηλωταῖς ὑπὸ Παλαιολόγου τεταγμένοις, καὶ ῥᾳδίως ἂν ἐκράτησεν, ἔτι ἀπαρασκεύοις ἐπελθών, τοῦ τε δήμου μήπω παντὸς αὐτοῖς συντεταγμένου· ἐπέσχε δὲ ὁ Κωκαλᾶς ἀπατήσας ἐν προσχήματι βουλῆς. ἐπηγγέλλετο γὰρ αὐτὸς χωρὶς αἱμάτων Παλαιολόγον πείσειν πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν καὶ συμφρονῆσαι. ἅμα δὲ, ἐπεὶ ἤδη ἐπεγένετο καὶ ἡ

11. Τεανίτζην M.

compositione mittendo, bellum magis irritavit et incendit. Palaeologus Zelotas, quotquot Thessalonicae erant, coegit: nonnulli etiam in aditis absconditi, repente prodierunt, a quibus populus omnis instar fluctuum est concitatus: et apparebat eos rursum in optimates ituros. Magnus porro primicerius et alii cives, et praesidium, (quorum omnium numerus ad octingentesimum putabatur ascendere,) pro indigno habebant, si a Palaeologo solo cum maritimis seu classiariis, (populus enim nondum alterutri parti liquido adhaerebat,) ipsi tam multi vincerentur. Tamen Apocauchus pactorum haud negligens, Theanitzen praesidii ducem pacis conficiendae mittebat. Quem priusquam orationem inciperet, Zelotae quibus pax parum videbatur conducere, irruentes, gladiis et hastis appetiverunt, multosque ictus incusserunt: prosternere tamen, intus thorace ferreo munitum, non potuerunt: sed in vola tantum vulneratus effugit. Apocauchum audita eorum insolentia maritimos et Zelotas, qui a Palaeologo serviebant, invadendi impetus cepit: et facile adhuc imparatos, populoque nondum illis succenturiato, oppressisset, nisi Cocalas specie consilii eum deludens cohibuisset. Promittebat enim, citra sangui-

νὺξ, Ἀπόκαυκος μὲν μετὰ τῆς στρατιᾶς καὶ τῶν ἄλλων πο- A. C. 1346
λιτῶν πρὸ τῆς ἀκροπόλεως ηὐλίσαντο τὴν νύκτα ὡπλισμένοι. Παλαιολόγος δὲ αὖθις ἐπὶ τῆς πρὸς θάλασσαν πύλης μετὰ τῶν παραθαλασσίων καὶ τῶν Ζηλωτῶν διενυκτέρευε, καὶ σύγχυσις δεινὴ καὶ ἀταξία τὴν πόλιν εἶχε, καὶ ἡ μὲν βασιλέως τοῦ Καντακουζηνοῦ προσηγορία αὖθις ἀπεσβέννυτο, φόβος δὲ περιειστήκει πανταχόθεν τοὺς τἀκείνου ἠρημένους. καὶ ἦν ὁρᾶν πρὸς μὲν τὴν θάλασσαν φρυκτούς τε συχνοὺς ἀνισχομένους καὶ πάταγον δεινὸν καὶ θροῦν ἄσημον ἐξακου- P. 698
ούμενον καὶ τὴν σάλπιγγα διὰ πάσης τῆς νυκτὸς βοῶσαν καὶ συγκαλουμένην τὸν δῆμον ἐπὶ τοὺς δυνατούς· ἐκείνους δὲ πρὸ τῆς ἀκροπόλεως ἐστρατοπεδευμένους ἀθορύβως μὲν καὶ τεταγμένως, προθύμους δὲ ὅμως συμπλέκεσθαι τῷ δήμῳ ὄντας. ἤλπιζον γάρ τι καὶ μέρος αὐτοῖς συνέσεσθαι τοῦ δή- B
μου, ἄλλως θ' ὅτι, καὶ τῆς ἄκρας ὑπ' αὐτῶν κατεχομένης, ἐλπίδας εἶχον οὐκ ἀγεννεῖς, εἰ καὶ ἥττους φαίνοιντο τῶν ἀντιτεταγμένων, οὐδὲν πείσεσθαι δεινὸν, ἀλλ' ἀναχωρήσειν πρὸς τὴν ἄκραν. πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἐκ Βερροίας ἥξειν ἤλπισαν συμμαχήσουσαν στρατιάν. ἅμα γὰρ τῷ Παλαιολόγον ἤρχθαι τοῦ πολέμου, πρὸς τὸν βασιλέως οὗτοι πέμψαντες υἱὸν, ἢ αὐτὸν ἥκειν ἐδέοντο μετὰ τῆς στρατιᾶς, ἢ πέμπειν συμμαχίαν. οὕτω μὲν οὖν διῆλθεν ἡ νὺξ, ἀμφοτέρων ἀλλή- V. 541
λοις ἀντιστρατοπεδευομένων καὶ παρασκευαζομένων πρὸς

1. μὲν om. P. 8. τὴν om. P. 23. ἀντιστρατευομένων P.

nem se a Palaeologo concordiam societatemque persuasurum. Noctu Apocauchus et praesidium aliique cives ante arcem in armis manent. Palaeologus iterum ad portam versus mare cum maritimis et Zelotis pernoctat: confusio ac tumultus ingens civitatem occupat: Imperatoris Cantacuzeni appellatio rursum evanescit et amicos eius undique metus et horror circumstat. Et iuxta mare quidem faces crebrae sustollebantur, strepitus terribilis et obscurum murmur et buccina per totam noctem insonans plebemque contra optimates convocans exaudiebatur. At illi alii ante arcem quieti et dispositi sedebant, ad pugnam cum plebe committendam alacres: sperabant enim etiam illius partem aliquam sibi auxilio fore. Praeterea cum et arcem tenerent, quamvis adversariis succubuissent, nihil singulare passuros, sed in eam confugituros vehementer confidebant. Berrhoea insuper subsidium exspectabant. Simul enim Palaeologus bellum orsus erat, ad filium imperatoris miserant rogantes, ut vel ipse cum militari manu adveniret, vel copias auxiliatum mitteret. Sic ambobus sibi castris oppositis et utrisque ad praeliandum paratis, noctis tempus exactum est. Claro iam die Apocauchus cum suis pugnaturiens descendit: et Cocalas denuo utrosque separatim adiens specie quidem de pace disserebat, re autem ipsa ad dimicationem

A.C. 1346 τὸν πόλεμον. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἤδη ἦν, Ἀπόκαυκος μὲν μετὰ τῆς στρατιᾶς κατέβαινε διαγωνισόμενος· Κωκαλᾶς δὲ αὖθις πρὸς ἑκατέρους ἐπιφοιτῶν τὸ δοκεῖν μὲν περὶ εἰρήνης διελέγετο, τῇ δ' ἀληθείᾳ παρώξυνε πρὸς μάχην. διαλεχθεὶς δὲ καὶ τοῖς ἡγεμόσι τῶν λόχων, κρύφα διέφθειρε καὶ κατέπειθε μὴ μάχεσθαι, ἀλλὰ γενομένης συμβολῆς, πρώτους καθ' αὑτοὺς θέσθαι τὴν τροπήν. ἐπεὶ δὲ τοιαῦτα ᾠκονόμητο, τὸν C δῆμον αὐτοῖς ἐπῆγεν, ἄχρι τότε μήπω φανερὸς γεγενημένος ὅτι πολεμεῖ. ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἦσαν καὶ ἠκροβολίζοντο, οἱ στρατιῶται οὐκ ἔφασαν δεῖν πρὸς ὁμοφύλους μάχεσθαι, οὐδὲ τοὺς οἰκείους ἀποκτείνειν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἄκραν ἀναχωρεῖν, ἐνὸν ἀκινδύνως σώζεσθαι· καὶ ἅμα ἀνεχώρουν, συνείποντο δὲ ἀνάγκῃ καὶ οἱ ἄλλοι. ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο πρὸς τῇ ἄκρᾳ, Ἀπόκαυκος μὲν ἐδεῖτο πρὸ τῶν τειχῶν ἀμύνεσθαι καρτεροῦντας, (ἦν γὰρ καὶ τὸ χωρίον ἐπιτηδείως ἔχον πρὸς ἱππηλασίας,) ἡ στρατιὰ δὲ οὐκ ἔφασαν δεῖν, ἀλλ' ἔνδον εἰσιέναι καὶ ἀμύνεσθαι ἀναβάντας ἀπὸ τῶν τειχῶν. ἐπεὶ δὲ ἔνδον ἦσαν, παD ρακαλούμενοι αὖθις ἐπὶ τὰ τείχη ἀναβαίνειν καὶ ἀμύνεσθαι οὐκ ἠθέλησαν, μὴ εἰδέναι φάσκοντες τειχομαχεῖν, μηδὲ κτείνειν τοὺς οἰκείους ἢ κτείνεσθαι, ἀνάγκης μηδεμιᾶς ὑποὐσης. Ἀπόκαυκος δὲ μετὰ τῶν ἄλλων, ἐπεὶ τὴν προδοσίαν κατενόουν καὶ τὸν κίνδυνον περιεστηκότα συνεώρων, ὥρμητο φεύγειν ἔξω τειχῶν. συνέβη δὲ τὸν τὰ κλεῖθρα τῆς ἄκρας κατέχοντα τῶν Ζηλωτῶν ἕνα εἶναι, ὃς ἐπεὶ διχοστατοῦντας εἶδε καὶ ὡρμημένους φεύγειν, συνεὶς τὸ μέλλον, ἀπεκρύ-

eos inflammabat. Duces item allocutus clam eos corrumpebat et a conflictu dehortabatur, suadebatque, ut eo coepto, primi terga darent. His ita compositis, populum in eos ducit. Ac tum primum hostem esse patuit. Cum propiores iam iacula torquerent, milites dicere, contra populares non pugnandum, neque domesticos occidendos, sed in arcem, ut in tutum perfugium, recedendum, ac simul recedere, quos alii vellent nollent sequebantur. Ad eam ut venerunt, Apocauchus orare, uti ante muros obversi hostem pugnando sustinerent: erat namque locus equestri proelio idoneus. Milites detrectare affirmareque, ingrediendum, et muris conscensis, inde hostem propellendum. Ubi intus fuerunt, rogati, ut muros adscenderent impetumque hostilem inde arcerent, noluerunt dicentes, nescire se de muro pugnare, neque cives suos sine ulla causa velle occidere aut ab illis occidi. Apocauchus et ceteri, cum proditionem perspicerent periculumque praesens animadverterent, fugam extra arcem arripere cogitabant. Forte fortuna claves arcis penes Zelotam erant, qui ut dissidium et ad fugam inclinatos vidit, futuri providus eas abscondit. Duabus autem portis arcis longius inter se distantibus, Apo-

πτετο τὰ κλεῖθρα ἔχων. πολὺ δὲ τῶν πυλῶν ἑκατέρων τῆς A.C. 1346
ἄκρας ἀλλήλων διεχουσῶν, Ἀπόκαυκος μὲν μετὰ τῶν ἄλλων
ἐχώρουν ἐπὶ τὴν ἐξάγουσαν τῶν τειχῶν. ἐπεὶ δὲ ἦν κεκλει-
σμένη, ἐπεχείρουν διακόπτειν· ὁ δῆμος δὲ ὁ τῆς ἄκρας, (πό-
λει γάρ τινι ἔοικε μικρᾷ καὶ οἰκήτορας ἰδίους ἔχει,) οὐκ εἴων P. 679
διαδιδράσκειν ἐπαγαγόντας αὐτοῖς τὸν δῆμον, ἀλλ' ἔνδον μέ-
νοντας ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιόντας μετ' αὐτῶν. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα
ἐτελεῖτο, ὁ δῆμος πῦρ ἐνίεσαν ταῖς πύλαις τῆς ἄκρας ταῖς
πρὸς τῇ πόλει, ἐπεὶ μηδεὶς ἠμύνετο. Στρατήγιος δὲ ὁ τὰ κλεῖ-
θρα ἔχων (οὕτω γὰρ ὠνόμαστο,) ἤνοιγεν ἐλθών, καὶ ὁ δῆ-
μος εἰσεχεῖτο, καὶ αὐτίκα μὲν πρὸς ταῖς πύλαις δύο τῶν πο-
λιτῶν ἀπέσφαξαν, ἔπειτα πρὸς ἁρπαγὴν ἐτράποντο ὅπλων
τε καὶ ἵππων. Ἀπόκαυκος γὰρ καὶ οἱ ἄλλοι, ὅτι ἑάλωσαν
ἰδόντες, ἐπεὶ μὴ φεύγειν ἦν, τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες καὶ
ἀποδυόμενοι τὰ ὅπλα κατεκρύπτοντο, ἐλάνθανον δὲ ὀλίγοι,
τοὺς πλείους δὲ ἀποδύοντες κατέλειπον γυμνούς. Κωκαλᾶς
δὲ καὶ Παλαιολόγος περιεποιοῦντο τοὺς στρατιώτας καὶ Β
ἐκέλευον μὴ ἀποδύειν· ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἵππους εὑρίσκοντες
παρείχοντο ἑκάστῳ, ἀμειβόμενοι τῆς προδοσίας, ἅμα δ' ὅτι
καὶ ὅρκους αὐτοῖς πρότερον παρείχοντο, ὡς οὐδὲν πείσονται
δεινόν, ἂν τοὺς ἄλλους προδιδῶσιν. οὕτω μὲν οὖν τὸ Καν-
τακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως μέρος προδοθὲν ὑπὸ τῆς στρατιᾶς
ἡττᾶτο κατὰ κράτος. Κωκαλᾶς δὲ καὶ Παλαιολόγος τὸν
μὲν δῆμον ἐξήλαυνον τῆς ἄκρας· ἤδη γὰρ διήρπαζον καὶ τὰ

19. παρείχοντο P.

cauchus cum aliis sociis ad eam, qua e moenibus egressus est, accessit: quam cum clausam invenirent, diffindere tentaverunt. At populus arcis (erat siquidem instar parvae urbis propriosque habebat incolas) fugam eos capessere et se populo urbano, quem superduxissent, prodi non sinebat, sed oppugnantibus intus eos secum resistere volebat. Haec dum fiunt, populus urbanus foris ignem portae arcis versus urbem, quandoquidem nemo propugnabat, implicat. Claviger Strategius (hoc enim illi nomen) accurrens aperit, populus se infundit, subitoque in ipso aditu cives duos trucidat: deinde ad arma equosque diripiendos convertitur. Apocauchus et socii captos se adspicientes, quoniam fuga excludebantur, de equis descendunt, armis depositis se occulunt, pauci tamen latuerunt, plures ab hostibus despoliati armis nudi relicti sunt. Cocalas et Palaeologus milites tuebantur et eos vetabant spoliari: quosque inveniebant equos, singulis donabant, tum ut pretium proditionis, tum quod iurassent ipsis nihil mali illaturos, si ceteros prodidissent. Sic itaque Cantacuzeni pars a militibus prodita vi devicta est. Cocalas et Palaeologus populum, iam etiam incolas arcis diripientem, expulerunt:

A. C. 1346 τῶν ἐγχωρίων, αὐτοὶ δὲ περιμείναντες ἄχρι νυκτὸς, τοὺς
C μὲν στρατιώτας πάντας οἴκαδε ἀπέπεμπον καί τινας τῶν
φίλων αὐτοὶ διέσωζον· Ἀπόκαυκον δὲ καὶ τῶν πολιτῶν ὀλί-
γῳ ἐλάσσους ἑκατὸν κατέκλεισαν ἐν δεσμωτηρίῳ πρὸς τῇ
ἀκροπόλει καὶ φρουρὰν ἐπέστησαν αὐτοῖς. ἅμα δὲ ἕω εἰς
V. 542 τὴν ἐπιοῦσαν καὶ ἡ ἐκ Βερῥοίας στρατιὰ παρῆν. ἐπεὶ δὲ
ἐπύθοντο, ὡς ἄλοιεν οἷς ἦκον συμμαχεῖν, καταδραμόντες εἵλ-
ἵσαντό τινα ὀλίγα, καὶ ἀνέστρεφον εἰς τὴν οἰκίαν. περὶ μέ-
σην δὲ ἡμέραν φήμη τις προσέπιπτεν ἀθρόον πρὸς τὴν πό-
λιν, ὡς οἱ δεσμῶται πάλιν τὴν ἄκραν κατασχόντες τὴν ἐκ
Βερῥοίας στρατιὰν εἰσδέχονται. ἐλέγετο δὲ, ὡς τῶν Ζηλω-
D τῶν τινες τὰ τοιαῦτα καταψεύσαιντο ἐπὶ τῷ ἀποκτεῖναι τοὺς
δεσμώτας, καὶ ὁ δῆμος αὖθις τὰ ὅπλα ἀναλαβόντες ἐχώ-
ρουν πρὸς τὴν ἄκραν ὑπό τε θυμοῦ καὶ οἴνου στρατηγούμε-
νοι. οἱ πρὸς τῇ ἄκρᾳ δὲ δείσαντες τὴν ἔφοδον τοῦ δήμου,
μὴ τὰ ὄντα ἔνδον διαρπάσωσι γενόμενοι, ἀπέκλεισαν τὰς
πύλας· ἀναβάντες δὲ ἐπὶ τῶν τειχῶν ἐδέοντο μὴ διαφθείρειν
σφᾶς, ὡς πᾶν ποιήσοντας τὸ κελευόμενον. οἱ δ' ἐκέλευον
τοὺς δεσμώτας ἄγειν καὶ κατακρημνίζειν πρὸς αὐτούς, καὶ
αὐτίκα οἱ δεσμῶται ἦγοντο γυμνοί. καὶ πρῶτον μὲν Ἀπό-
καυκος κατεκρημνίσθη· οὕτω δὲ συμβὰν ὀρθὸς ἔστη καὶ
ἔμεινεν ἐπιπολὺ, μηδενὸς προσάπτεσθαι τολμῶντος. ἔπειτά
τις προσελθὼν τῶν Ζηλωτῶν, καὶ μαλακίαν τῶν ἄλλων κα-
τηγορήσας, ἀπέτεμεν αὐτὸς τὴν κεφαλὴν μαχαίρᾳ. εἶτα καὶ

8. οἰκείαν M.

ipsi usque ad noctem exspectantes, dimissis domum militibus, amicos quosdam servarunt: Apocauchum et cives paulo infra centum in arcis carcere, apposita custodia, clauserunt. Sequenti diluculo auxiliarii Berrhoea affuerunt: qui, ut acceperunt captos esse quorum gratia veniebant, cum mediocri populatione domum redierunt. Circa meridiem rumor quidam urbem afflavit, vinctos, rursum arce occupata, Berrhoeense subsidium intromittere: quem Zelotae ad necem illis curandam ementiti ferebantur. Populus de integro ad arma ire, atque ad arcem, vino ac furore ducibus, procedere. Arcis indigenae impetum ac direptionem rebus suis metuentes portas occludunt: in muros adscendunt: misericordiam rogant, facturi quidquid tandem iuberentur. Iussi vinctos adducere et ad ipsos praecipites dare. Protinus nudi adducuntur. Ac primus quidem Apocauchus praecipitatur, qui forte quadam erectus stetit, ac nemine audente illum contingere, diu sic mansit. Postea unus de Zelotis mollitiem aliis exprobrans accedit, caput ei a cervicibus gladio abscindit. Deinde ceteri quoque circumfusi totum corpus vulneribus consauciant. Post haec non uno, sed pluribus locis reliqui, Zelotis no-

οἱ ἄλλοι περιστάντες κατέτρωσαν τὸ σῶμα ὅλον. ἔπειτα καὶ A.C. 1348
τοὺς ἄλλους ἐῤῥίπτουν ἀπὸ τῶν τειχῶν, ἀπαιτούντων ὀνο- P. 680
μαστὶ τῶν Ζηλωτῶν, οὐκ ἐφ' ἕνα τόπον, ἀλλ' ἐπὶ πλείους. καὶ ὁ δῆμος θηριωδῶς καὶ ἀπανθρώπως κατηκόντιζον περιϊ-
5στάμενοι· ἐνίων δὲ ἀπέτεμνον καὶ κεφαλὰς, καὶ πάντας οὕτως ὠμῶς ἀπέκτειναν πλὴν ὀλίγων λίαν, οἳ ὑπὸ τῶν τὴν ἄκραν οἰκούντων κατεκρύπτοντο. παρῆσαν δὲ καὶ Κωκαλᾶς καὶ Παλαιολόγος ἀποσφαττομένων, καὶ ἐδόκουν μὲν πρὸς τὰ πραττόμενα δυσχεραίνειν, ἀνακόπτειν μέντοι τὴν ὁρμὴν τοῦ
10δήμου ὑπεκρίνοντο μὴ δύνασθαι· ἔπειτα ἐκεῖθεν ὁ δῆμος ἐτράπετο πρὸς τὰς οἰκίας καὶ ἀπέκτειναν καὶ ἄλλους τινὰς τῶν πολιτῶν· ἐλθόντες δὲ καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν Κωκαλᾶ, τῶν B
Ζηλωτῶν ἐναγόντων, τὸν Φαρμάκην ᾔτουν ἐκεῖ κατακρυπτόμενον ὑπ' ἐκείνου· ὃς Κωκαλᾶ τῆς γυναικὸς ἀδελφῇ συνῴ-
15κει, μέγα δὲ ἐδυνήθη παρὰ Ἀποκαύκῳ ἄρχοντι καὶ πλεῖστα ἐκάκωσε τοὺς Ζηλωτάς. δείσας δὲ ἐκεῖνος, μὴ ὑπὸ τοῦ δήμου διαφθαρῇ, παρέδωκε τὸν συγγενῆ, καὶ ἀνῃρέθη εὐθὺς ὑπὸ τοῦ δήμου. ἐλέγετο δὲ καὶ στέατος ἀνθρωπίνου ἅψασθαί τινας τῶν τοῦ δήμου τότε. ἀνατεμνομένων γὰρ τῶν ἀποκτει-
20νομένων, τὰ ἔγκατα ἐξεχεῖτο. ὧν τις ὑπ' ἄκρας ἀναισθησίας καὶ ἀναλγησίας στέαρ συναγαγὼν οἴκαδε ἀπήγαγε· τὴν γυναῖκα δὲ μὴ εἰδυῖαν ὅθεν εἴη, νομίσασάν τινος ἑτέρου εἶναι ζώου, ἥδυσμα τῇ χύτρᾳ προσεμβαλεῖν, μετὰ δὲ τὸ φαγεῖν αἰσθέ- C
σθαι, τοῦ ἀνδρὸς ὡς εἴη ἀνθρώπινα εἰπόντος. οὕτω μὲν

